Sed hæc opinio omissis aliorū argumentis ex eo conuincitur,q̄ bonos mores non est ꝓmissio non reuocandi testū,q̄ supra probauimus ex fortunio. Nam si promissio non reuocandi testū ablq; iuro toleratur, cur iureiurando cadē promissio firmari nequit? Dices ió tolle non esse ita periculosum, aīe promissionem simplicem frāgere sicut iuratā, & ob id magis tolli adiecto iuro testandi libertatē, q̄ simplici promissione,id.n.fateor, negotamen bonis moribus repugnare, vt quis sibi ipsi toll. r testan-

testandi libertatē, tametsi pacta, p quæ hæc libertas auferetur.a iure ciuili improbentur ea rōne, q̄ leges ægrè ferant,ac odio habeant,esse quem solicitum de viuentis hæreditate.l.si.l.pactum quod dotali. C.de pact.l.pactū dotali.C.de colla.Quod si dixeris occasionem captandæ mortis à l.tolli,vtq; improbam, bonisq; morib. cōtrariā refelli,fatebor vtique occasionem hanc lege improbari, quasi hoc ipsum legum latoribus vtile visum fuerit reipublicæ,ne priuatim vitæ humanæ insidiaretur , nec cō sectum sequitur id ita contra bonos mores esse , vt peccatum sit pacta prædicta iniri , cùm dicta occasio non sit admodum crimini proxima,quippe quæ praui animi p̄sumptionem maximā exigat,quæ in Christiana religione nō est facilster admittenda. Constat etenim ex substitutionib.ac bonorū vinculis, quæ ex primogenijs oriuntur,vt post mortem vnius alteri bona obueniant , occasionem captandæ mortis quodammodo prauis, ac scelestis hominib.exhiberi,& tñ passim prædictæ substitutiones,& primogenia licite fiunt, & honestissimè ꝓmittuntur. Nam licet in d.l.vlt.C. de pact.ex eo pactum contrarium bonis moribus iudicetur , q̄ occasionem præbeat captandæ mortis,ea tñ ratio non est principalis ad hoc, sed illa,quod turpe sit agere de bonis illius,cui succedendum forsan est,eo viuente,ac non consentiente, vt in eadem constituti ne probatur. Siquidem iuxta illius constitutionis sñiam pactio illa turpis nō sit , si accesserit cōsensus illius,cui succedendum est. eademq; rōne est intelligenda decisio tex.in l.ex eo.C.de inutilib.stipula.

Præterea,nonne maior libertas in matrimonio exigit q̄ in testō.c.cum locum.de sponsi.Et tandem iurm, quo quis aliquam fœminam accipere in aliquam fœminam accipere in vxorem pollicetur, validum est, & periurio irritetur is,qui id nō seruauerit.c.sicut ex literis. de spōsalib.quibus rōnib.Bar.opinio, quæ à iuris ciuilis professoribus crebro recipitur,falsa apparet.

Tertia igitur opinio,licet concedat testamentū secundum primo præferri. testatorem tamē periurum esse ꝓfitetur,ex prædictis rationibus . quam sententiam asserūt Ioann. Andr.in regu.quod semel.de regul.iur.6.Archid. in d.c. vltima uoluntas.Ancharan.in c.cum clles.columpen.Ioan.Imo.in c.dilecto.2.col.de præb. Salyc.in d.l.fancimus.col.fi.Corsi.consi.294.vol.4.Fran.in c. j. de sepul.in 6.col.j.Bal.in l.j.in repe.col.fin. C. de sacruf.eccle.Fort.de vltimo fine.illat.20.ver. Tertius casus: Alex. consi.16.coll.2.vol.3. idem in d.l. stipulatio hoc mō concepta.col.2.Old.consi.127.Imol.in c. cum contingat. de de iureiuran.nu.35.Felin.in c.in pōtia. de probat. nu. 6. Soc.Iun.consi.65.nu.50.vol.1. & hæc est communis opinio secundum Alc.in doct.c. cùm contingat. nu.77. Philip.Probum in c.de procur.in 6.col.fi. & Guli. Mayner. in l.nemo potest.nu 93.&in l.quidam.ff.de reg.iur.nu.121.

Quid ergo dicemus ad l.stipulatio? vbi Iulianus Iurisconsultus ita scribit:Stipulatio hoc † mō cōcepta, si hæredem me non feceris,tantum dare spondes,inutilis est, quia,contra bonos mores est. Verum lex illa pœnalem stipulationem contra libertatem testādi adiectam , bonis moribus contrariam esse asserit , siquidem illicitum, & inhonestū est pœnæ adiectione quemquam uelle alterum adstringere ad certā hæredis institutionē . Et huic auidæ ambitioni eorum,qui aliorum hæreditates & patrimonia consequi nimia cupiditate contendunt, lex occurrit,quo eorum insatiabilem auaritiam reprimat, nō tñ ex his sequitur,promissionē simplicē uel iuratam ablque pœnæ adiectione bonis moribus aduersam esse.sicut in simili spē ꝓmissio matrimonij contrahendi licita est, siue fiat simpliciter,siue cū iuro,& tñ ꝓmissioni huic pœna addi bonis morib.refragatur.l Titia. ff.de verb.obli. Ex quo infero pœnalem stipulationem, cuius meminit d.l.stipulatio,iuramento firmari non posse . quod ibidē Bar.& cæteri Doctores concedunt.

Sed o intero,promissionem pœnalem, quæ in d.l. Titia.& in c.Gemma.de sponsil.reprobatur , nequaquam iuro uires accipere.authore Bar in d l. Titia.nu.11.& in l si quis pro eo.ff.de fideiussori.nu.6.Licet Corn. contrarium consulendo responderit.consi.29.3.in 4.vol.& Fortu.dubitauerit in dicta illatione 20.versi. vñ et singulariter.& ver.dico ergo Hinc probari poterit,donationē ictam in pœnam mutationis, aut reuocationis testū minime valere,ex cōi omnium sñia in d.l.stipulatio. sicut asserit & probat Alex.consi.30.lib.3.Imo ejusdem Bal. in l.fancimus.C. ifto titu. Paul. & Alex.in d.l.stipulatio. Frācus in reg.quod semel.de reg.iur.in 6.& plerique alij frequēter dixerint,hanc pœnam posse adiici reuocationi certi legati,licet non possit apponi reuocationi totius testi,p pensa declaratione Claudij in d.l.stipulatio.nu.5.Et licet itidem eandem pœnam fauore piæ cāæ admittat Ias. in d.l.stipulatio.& consi.169.vol.4.nihilominus Carol.in d. consi.25.cōcm opinionem etiam in his duobus casib.non uisime sequitur.cuius opinio satis ex ꝑmissa consideratione defenditur.

Porro illud erit præter alia & hic considerandum, q̄d Cœpola animaduertit cautela 117.dicens, posse in prædicto casu fieri,ut testamentum secūm sit nullum , si is,qui iurauit primum testamentum non reuocare, a iudice ecclesiastico admoneatur , petente hī de scripto in primo testamento,trina canonica monitione,ut testamentum illud seruet illæsum,& ne illud reuocet, indicta excōicatione aduersus eū,si id testamentū mutauerit, tunc etenim testamentū † posterius erit nullū , quippe quod factū sit ab excōicato , qui testari non pōt . ut existimant Io.Mona.in c q̄q̄.de usur.Host.in ca.pia. de excep. in 6. gl.in c.decernimus.ce sent.excom.eo.lib. q̄ dixit singul. Fran.in rub.ista lib.6.casu 16.quasi deportato æquiparetur excōicatus.Hoc tñ non est admittendum , quia falsa rōne iuuatur,cùm excōicatus testari possit regulariter. quod probatur ex eo,q̄ oēs testari possunt, qui iure expressim non ꝓhibentur.l.si q̄ramus.ff.eo.§.fi.inst. quib. nou est permissum facere testam.l.j.C.de fact.eccle. Sed excōicatus nō ꝓhibetur testari, igitur pōt testamentū facere.Præterea ſpalle est in excōicato p̄p hæresim.c.excōicamus.§.credentes.de hæret.auth.credētes. C. de hæret.is.n.testari non pōt,sicuti nec excōicatus ex percussione cardinalium.c.Fœlicis.de pœn in 6. ergo excōicatis ob alias cās non est interdicta testandi potestas . atq; ita hanc sñiam ueriorem esse opinantur Arch.in d.c.pia. Io.And.ac cæteri in d.c decernimus. Fred.consi.74.Bart. in d.l.si quæramus.Bal.in l.fi.col.3.C.si a non comp.iudice.Abb.in c.ueritatis.de dolo & cont.nu.32.Abb. hic 2. hic 2.col.Imo.in c.2.infra eo.post alios Guil.Bene. in c. Raimūtius.verbo,mortuo itaque testatore.in 1.nu.288. eo.titul.Io.a Sel.de beneficio,3.par.q.4.col.1.q̄ opinionem sequuti fatentur communem esse Fely.in cap. cum voluntate,de senten.excommu. idem in c. ad probandū de re iud.col.2.Barba.in d.c.2.Franc.in d. rubr. casu.16. Aret.in d.l.si quæramus. & Gualde. in libello de arte testandi.tit.1.caut.10.nec refert an sit publicè uel occultè excommunicatus,secundum eos,quibus accedit gl.in c. pastoralis.§.verum. de appel. quæ excōmunicatum simi lem esse ait relegato,& tñ relegatus testari potest. l. relegatorū.§.j.& seq.ff.de interd. & releg. Huius etiam cōmunis sententiæ author fuit Inn. in d.c. cum uoluntate. qua perpensa Cœpolæ cautelam reprobat And.ab Exea. in rub.ff.de pact.nu.525.

His vero,q̄ de libertate mutandi testamenta diximus, aptissimè conuenit disputare,quo pacto fiē testamentum,cui testator in primo derogauit, validum sit.quam quidem rem egregie tractauit Bartol.in l.si quis in principio testamenti.ff.de legat.3.cuius uerba variis in locis adnota-

adnotarunt, qui post eum scripsere. Nec tñ verebimur nos ea pro viribus explicare, quasdam ex Bart. cæterisque conclusiones colligentes, quibus hic tractatus, ni fallimur, apertissime expedietur.

Prima conclusio. Primum testamentum simpliciter sequentibus derogans tollitur per secundum, in quo specialis sit revocatio primi, licet in eo nulla mẽtio fiat clausulæ derogatoriæ. Atq; exempli gratia fit derogatio in primo testamento in hunc modum concepta.

Quod si aliud testamentum fecero, nolo illud valere. Specialis autem mentio primi in secundo hoc modo fit, non obstante priori testamento, quod præsente F. Notario condidi. Est.n hæc mentio necessaria & sufficiens, vt notat Bar. in d.l.si quis in princ. nu.8. per tex. ibi. & licet Paul. Cast. cons. 182. 1. vol. col. 3. aduersus Bart. exigat in secundo testamento verba illa, Non obstantibus quibuscunque verbis derogatorijs in priori testõ appositis, tñ sñia Bart. veriot est, cũ in specie & nominatim primum testamentum tollatur. Eadem verba Bar. Ias. retulit, nec ausus est improbare in l.si mihi & tibi. §. in legatis. 2. lectione. col. pe ff. de leg. 1. & subdit Corn. consi. 86. 3. vol. col. pe hanc esse communẽ opinionem post Cyn. in l. sancimus. C. de testam. Imo satis erit in secundo testamento hæc apponere verba, Non obstante quocunque alio testõ sub quacunque verborum forma cõcepto, ex Arc. in c. j. de refer. col. 6, hanc opinionem in derogatione legum, & canonum asserente per tex. quem sing. appellat in c. alma mater. § si de sent. excom. in 6. quem Fel. sequitur in c. nonnulli. col. 7. vers. 2. fallit de rescrip. additque ipse Arct. hanc esse communem opinionem.

Secunda conclusio. Testamentum primum, cui adiecta fuit clausula derogatoria ptãtis testandi, seu revocandi illud testamentum, per secundum tollitur etiam simpliciter factũ, nulla adhibita mentione, nec gñali primi testi. quod probatur, quia derogatio ptãtis testãdi a iure ciuili improbatur, & inutilis cẽsetur. l. stipulatio hoc mõ concepta. ff. de verb. ob. qua rõne Bar. in d §. in legatis. hanc conclusionẽ ꝓbat, camq; cæteri cõiter recipiunt, vt ibi testatur Ias. 1 lec. & Soc. 2. col. eandem tenent Cin. Fulg & doct. communiter. in d.l sancimus. & Corn. communem hanc professus dicto consil. 86. 3. volu. colũ pen. Accurs. tamen in d.§ in legatis. & in d. l. si quis in princi. verbo, nemo. n. nullam in hac re dfiam constituit inter verba derogatoria voluntatis & ptãtis, imò idem vtrobique seruandum fore apertissime censet. Cuius opinionem Io. ab Imol. in d.§. in legatis. defendit, & Sal. in l sancimus. Disputat ẽt Soc. in d.§. in legatis. quod iure verius esse apparet ex eo, q rõ, cui innititur cõis sñia, minime procedit, perpenso intellectu vero d.l. stipulatio hoc mõ concepta, quẽ paulo ante tradidimus.

Tertio conclusio. Primum testamentum habens clausulam sequentis derogatoriam, non tantum simplicem, & gñalem, sed & specialẽ, certisque limitibus circunscripta, per secundũ tollitur, in quo fit gñalis mentio primi, & illius clausulæ derogatoriæ commemoratio indefinita. Fit.n. tunc mentio spãlis primæ voluntatis, quod est necessariũ, & sufficit, quis in specie verba clausulæ derogatoriæ minime repetantur quod Barto. not. in d.l.si quis in prin. 3. col. quem ibi cæteri Doct. & in d.l. sancimus. cõiter sequuntur, ficuti fatentur Corne. cons. 86. 3. vnl. Alberi. in d.l. si quis in prin. testi. nu 7. & 16. Alex cõ sil. 134. vol. j. Soc. & Ias in d.§. in legatis. 2. lect. col 3. Cardi. cons. 102. Alex & Ias in d.l. sancimus. Barba in c. cum esses. ifto ti. nu. 18. Ant. Rub. cons. 24 Soc. cons. 143. vol. 2. pen. col. quam ẽt ꝓbat Dũic. cons. 115. & asserit esse cõem Soc. Iun. cons. 124. vol. col. 2. & 3. super qua disputant Barba. in d. nu. 18. idẽ cons. 72. volu. 3. & Ias. in d. §. in legatis. inquirentes an ex vera iuris rõne sit necessaria in pñti dubio specialis mentio verborum clausulæ derogatoriæ, ꝙ testator primo testamento adiecerat. Sed Doct. sñia ex illis amplissimis verbis defenditur, non obstante quocunque testõ a me condito, quæcunque verba derogatoria habente. Hic.n. fit mentio specialis clausulæ derogatoriæ, quamuis ad verbũ nõ repetatur. quo sufficit, & probatur in l. oẽs. C. de pœter. 20. vel 40 annor. & iul. Titius. ff. de lib. & posthu. Ex quib sequentia corollaria deducuntur.

Primum, in quæstione præcedentis assertionis, quæ tertia est, minime sufficere primi testi mentionẽ, nisi & clausulæ derogatoriæ faltem in gñe testator meminerit. Nec.n. sat erit dicere, volo hoc testamentum valere, non obstante alio quocunque testõ per me facto, seu cassum & irritum faciens quodcunque aliud testamentũ. oportet siquidem addere, sub quibuscunque verbis derogatorijs conditum. ex mente glo. & Doct. in d.§. in legatis. Bar. & aliorum in d.l si quis in princ. testi. 3. col. & probatur per tex. ibi. licet Iacob. de Aret. cuius opinionẽ aduersus vulgo receptam veriorẽ esse existimat Albe. in d. l.si quis nu. 7. & 16. asserat, non esse necessariam mentionem clausulæ derogatoriæ, nec in specie, nec in genere. & Bald. expresim teneat in l. humanum. C. delegi. colum. penul. sufficere, testatorem in sco testõ scribere illa verba, cassum & irritum faciens quodcunque aliud testamentũ, quæ quidẽ dicta reprobat Soc. in d. §. in legatis. col. 4. & Paul. Cas. cõs. 206. vol. 1. Nam revocatio primæ voluntatis præcipue in ipsa testatoris consistit contraria volũtate, cũ non ꝓsumitur, nisi in spe prioris actus mentionẽ fecerit, vt in ead. l. si quis in principio testi. Iurisconsultus scribit, cuius verba hanc communem opinionem acerrime tutantur.

Secundum, nõ esse necessariam clausulæ derogatoriæ ita spãlem mentionem, vt ad verbum referatur ipsius derogationis qualitas, quod cõis omnium sententia probatur, vti Soc. refert in d.§. in legatis. col. 4. pter alios, quos nominatim citauimus. Tametsi refragentur glos. in d.§. in legatis. Saly. in d.l. sancimus. col. pen. Dinus in reg. qd semel. de reg. iuris in 6. Barb. in d.c. cum esses. col. pen. & fi. eod. tit. licet Ias dubitet in d.§ in legatis. 2. lect. col. 3.

Tertiũ, hanc tertiã cõclusionẽ procedere opinamur, ẽt si unicũ tantũ testamentũ præcesserit, nec erit satis in sco in gñe irritũ facere, cassumq; decernere quodcunque aliud præcedens testamentum, nisi saltẽ gñalis verborum derogantiũ mentio fiat. contra Bar. in d.l, si quis in prin. 3 col. cuius verba si sensum perpendimus, ac cõctoribus eum allegantibus exhibenda fides est, depravata circũferunt. Nam dum dicit nu. 9. cassans omne aliud testamentum meum, in quo sunt verba derogatoria, vel sunt hæc ultima verba, in quo sunt verba derogatoria omnino delenda, vel referenda ad Bar. non ad ipsum testantẽ, & contra Bar. tenent Ang. Pau. Imo. Alex. & Arc. in l. 2. ff. de lib. & posth. Mar. Soc. cons. 163. in 2. vol. Bar. Soc. in d.§. in legatis col 4. Pau. Cast. cons. 284. 1. uol. col. 4. Bald. in auth. hoc inter liberos. C. de testa. Ale. cõs. 25. vol. 3. col. 2. Guil. Bened. in c Rayn. ifto tit. verb. testamẽtũ. 2. nu. 22. Ant Rub cons. 24. col. 4. & esse eã cõem asserũt ipsam sequuti Ias. in d.l sancimus. col 3. Cur. Iun. cõs. 26. col. 2. & Alex. in d. cõs. 25. Nec.n. hic prioris sit voluntatis spãlis mẽtio, licet vnicum testamentũ pcesserit, cũ sit necessaria mẽtio non tantũ testi, sed & clausulæ derogatoriæ in eo cõtentæ, qd non est necessariũ in d.l. 2. q Bar. ꝓ se adducit, quia ibi requirit solũm certa & nominata expresio. Vũ verior apparet cõmunis opinio, licet Barto. conentur defendere Socyn. & Ias. in d.l. idẽ Soc. cons. 2. in 3. volum.

Quartũ, ex his cõstat primũ testamentũ hãs clausulã derogatoriã spãlẽ, non tolli p sctm, in quo noiatim fiat primi testi mẽtio, nisi testõr saltẽ in gñe clæ derogatoriæ meminerit, cũ cius clausulæ revocatio requirat o imo, ex

tertia conclusione, ex qua licet dubius hoc infert Socy. in d.§. in legatis. col. 5. contra Bal. in l. humanum. C. de legi. dicentem satis esse si in secundo testamento dictum sit, Non obstante alio testõ per me coram F. notario cõdito. quæ quidem verba nequaquam sufficiunt si aduertamus ad tex. in d.l. si qui in principio testamenti. & ad prædictam omnium doct. sententiam.

Quarto conclusio. Primum testamentum hãs quæcũ que verba derogatoria, etiam admodũ specialia, p secũ dũ tollitur, nulla prioris voluntatis, nec specialis, nec generali mentione facta, mõ constet ex coniecturis testantem prioris voluntatis pœnituisse. Bal. cõiter receptus in d.l. sancimus. vbi post alios Ias. 2. col. Et probatur ea rõne, q revocatio primi testi vtcumque facti a voluntate testantis pendet, ipso Iurisconsulto teste in d.l. si quis in principio testi. Igitur si eius voluntas coniecturis deprehendi potest, minimè dubia erit actus mutatio. quod & Bar. ip e in d.l. si quis In principio. sæpissime fatetur. Cui opinioni, quã cõem esse fatentur, aliquot adducunt coniecturas Pau. Pari. cons. 10. vol. 3. nu. 21. & Soc. Iun. cõs. 124. vol. j. nu. 52. & seq. vltra eas, quas Doct. in d.l. sancimus, adnotarunt, eandẽ sñiam ꝓbantes, ex quibus & ex alibi consideratis, sequentes illationes explicare libuit.

Prima, testamentum primum hãs quęcunque uerba derogatoria, etiam specialia, per secũdum, adiecto iuro tollitur, nulla facta mentione prioris voluntatis. Bald. in d.l. sancimus. cui cæteri Doct. assentiuntur ibi. & Soc. cõ si. 73. vol. 2. col si. Guid. Pap. decis. 128. Anto. Rub. cons. 24. col. 3. Corse. in rub. de iureiu. 24. & 26. priuilegio iuramenti, quorum omnium concors est rõ illa, quæ a præmissa cõclusione colligitur, si quidẽ is, qui iuro præstito secundum testamentum condit, ob religionem iuri, vt cuiuscunque prioris voluntatis contrarię pœnitere, atq; hęc est maxima coniectura, quæ hanc mutationem manifestam facit. Quo fit, vt isthęc prima illatio sit admittenda, ẽt si in testõ sco nec gñalis primi revocatio fiat, illis verbis, cassum & irritum decernes, quodcunq; aliud testamentum ꝓ me factum, aduersus Ias. in d.§. in legatis j. lect. col. pen. & Soc. dubitantem ibi pen. col. Ant. Rub. d consl. 23 nu. 9. & Guli. Bened. in d.c. Raynutius, verbo, testamentum. in 2. nu. 19. Nam & ipse Ias. ingenuè fatetur sibiipsi communem sententiam obstare, a qua recedendum non esse Soc. admonet. in d. col. pen.

Secundo infertur ex eadẽ rõne, Primum testamentũ, quod testator iurauit revocare, vel cui iurm addidit, ex hoc clausulã derogatoriã sequentis, & spãlẽ habere. Bar. in d.l. si quis in principio. fi. col. Alex. & Iun. in d.l. sancimus. & in d.§. in legatis. Ias. in §. item si quis postulante. Inst. de act. nu. 14. Quorum opinio plurimum probatur ex glo in d.c. cum non deceat. de elec. in 6. quæ asserit, generalem canonũ, vel statutorũ derogationem minime tollere statutum iuratum. quam gl. existimant esse sing. Rom sing. 7. Alex. in l. j. col. pe. ff. ad l. Fale. Ias. cons. 173. C. si contra ius. col. fi. commendant Abb. col. 3. Fel. col. 2. in c. constitutus. de rescr. Ale. cõs. 38. in 3. vol. optime Ludo. Gomez. post Crot. in c. j. de const. in 6. nu. 20. de spons. Notant Bar. & Io. Crot. in Lomnes populi. ff. de iusti. & iure. 3. q. prin. Io. Staphi. de liter. gra. & iust. fo. 99. col. 2. & plures alij, quos Repu. citat in forma mandati apostolici, verbo, iurm. qui post alios ad hanc rẽ meminit gl. in cle. dudum. §. fi. de sepul. verb. pacta. quam dicit sing. Cremen. sing. 39. hoc tñ procedit in iuro spãli, non in generali, sctm Dom. in cons. 83. Car. in cons. Alex. 27. lib. 3. ad fi. quibus exacte perpensis, ita erit necessaria in secundo testõ mentio iuri, vt non sufficiat mentionẽ facere primi testamenti, & derogatoriæ clausulæ spãliter p illa verba, cassum & irritum decernens quodcunq; aliud testamentum, quibuscunq; verbis derogatorijs a me cõ ditum, qd expresim no. Pau. Cas. 284. vol. 1. col. 2. & Fulgo. cons. 36. Cæterum si in secundo testõ ita scriptũ sit, non obstante quocunque alio testõ à me facto, & hãte quæcunque verba derogatoria, quę hic forent ad uerbũ referenda, ea etenim pro expressis habeãtur, vt hac clausula interim vtamur, poterit quibusdã videri adhuc nõ esse sufficientẽ prioris voluntatis mentionẽ, quia vbi ex presio spãlis exigitur, prædicta clausula nõ sufficit. Pau. Cast cons. 278. vol. 1. Card. cons. 136. Calde. cons. 11. tit. de priuileg. Frederi. cons. 133. & alij quos retulit Fely. in c. accedentes. de præscript. ese enim mentio specialis necessaria, quæ in dictis verbis non est ex not. in clemen. appellanti. de appellanti. de appel. & in l. certũ. ff. cer. pet. & fatentur hanc esse opinionẽ communẽ Fely. in d.c. accedentes. idẽ in c. nonnulli nu. 6. de refer. Ias. in cõs. 121. & 155. vol. 4. Selua de Benef. 4. par. q. 14. Dec. cõs. 165. col. 2. idem cons. 373. fi. col. And. Tiraq. de iure maritali. in in glo. 5. ad finem. Tho. Gram decis. 20. quibus accedit tex. optimus in c. qui ad agendum. de procur in 6.

Rursus erunt qui contrarium respondere non dubitent, eo qd ꝓdicta verba satis tollant priorem derogationẽ, cuius spãlis expresio requiratur. l. omnes. C. de præscrip. trig. vel quadra. anno. ubi Bal. & Ang. hoc notant, eamq; legem miris laudibus efferunt quotquot hac in re scripsere. idem Abb. in c cum instantia. de censi. Ant. Bu. cons. 49. Collect. & Bal. in c. cũ dilecta. de rescrip. Alber. in l. j. C. qñ imper. inter pupil. & vidu. Bald. cõs. 409. vol. 5. Soc. in tract. de uisitat. nu. 45, Anto. cons. 2. Paul. cons. 3. vol j. Felyn. in c. humanũ genus. j. dist. col. 4. & in hac spẽ testõrum Albert. Brun. in tract. de form 2. col. 24. & esse hanc opinionem cõem asserit Fred. cons. 47. Anani. cons. 55. & idẽ Tiraq. in d.gl. 5. Rebuf. in forma mandati Apost. verbo ꝓ expresis. Aymõ Sauilli. cõl. 126. col. fi. Bar. Soc. cõs. 3. vol. 3. col. 4. Chofmas in pragm. sanct. tit. de collatio §. qd si quis ver. ad verbũ. ac cæteris diligentius insigni breuitate Præceptor meus obseruãdissimus Martinus ab Azpilcueta Nauar. in c. si qñ. de refer. col. 4. Qua in re oportet maximã hanc controuersiã quibusdã explicitis, q cõsulte tradunt, distinctã lectorib. exhibere.

Primũ equidẽ constat, hãc vltimã sñiam frequentiori calculo receptã esse, atq; seruandã fore, absq; dubio si curiæ Romanæ praxis eã admiserit. Nã huius styli sunt testes Ant. cons. 2. Collectar. in d.c. cũ dilecta. Probus in c. colla. col. 3. de of. leg in 6. Lud. Gomez. in ꝓœmio reg. cãc. q. 6. nu. 8. Dõi. cõl. 65. col. 6. & cõs. 120. col. 2. Io. Staphil. de lit. grat. & iust. fol. 103. col. 2. qd ꝓbari vr in c. j. de transac. & c. quia sæpe. de elect. in 6. c. alma mater. de sent. excom. co. lib. in fi. extraug. rẽ non nouã, de iol. & con. Fel. in d.c. nõnolli. nn. 6. & in d.c. accedentes. col. 3.

Sctm ẽt ex iuris rõne seculo stylo procedit, nępe dicta verba priorẽ clausulã cuius spãlis, & ad verbũ expresio requirit, oino tollere, si in lege, canone, vel cõstitutione exprimat, sic.n. ꝓcedunt iura, q mõ citauimus, & fatentur Ang. Ale. & Ias. in l. sed & si quis. §. qsitum. ff. si quis caut. & ex his qui priorẽ sñiam approbant, Fely. in d.c. nonnulli. nu. 6. & in d.c. accedẽtes. Dec. cõs. 165. & cõs. 273. Ias And. Tiraq. Rebuf. quos superius adduximus, in quo video doctores oẽs consentire. sic & idẽ erit si in sco rescripto, aut priuilegio principis ꝓdicta verba motu ꝓprio apponant. vt fatentẽ Fel. in d.c. accedẽtes. Dec. in dictis locis. Cal. cõl. 11. de priuil. Ro. cõs. 327. Ang in d.§. qsitũ. in fi. ubi Ale. & Ias. & Fel. in d.c. fedes. col. 8. de rescri. Ripa in c. j. de refer. nu. 8. Soc. cons. 3. vol. 3. col. 4.

Tertiũ ad disputationis discrimen recidit, & tñ iuris rõne examinata, verius esse arbitror in priuilegio sco, aut rescripto petitionẽ alicuꝰ cõcesso nõ sufficere ꝓfatã clam, vt tollant priora, & ita spãlia verba derogatoria, quo sequor priorẽ illã sñiã, q ex Cald. & alijs autorib. re tuli, tãetsi refragẽtibus, qui posteriorẽ opinionẽ frequẽs sequun-

sequuntur, eamq; in hoc ipso casu procedere existimãt.

Quartum nostræ quæstioni propius accedit. Nã hęc verba, non obstante quacunque alia dispositione, cuius ad verbum esset mentio faciendi, eam expressam censentes, non tollunt priorem actum iuro firmatum, ex glo. in d. c. cum non deceat. adiunctis his, quæ ad eam notauimus in hac ipsa quæstione, nisi reuocatio prioris actus fiat per legem, aut constitutionem, vel addatur in reuocatione clausula, motu proprio, vt notant Ias. in l. fi. C. si contra ius vel vtilit. pub. fi. col. & Felyn. in c constitutus. col. 3 de rescrip. hi tñ loquuntur in gñali clausula, nõ obstanrib. non aũt in ista, qua expressa finguntur ea, quæ in spẽ exprimenda forent. Vũ Ias in d. l. fi in fi. sentit iurm p eam tolli, & aperte no. Soc. cons. 196. vol. 2 col. 2. qui huius opinionis rõnem constituit, & deducit ab illa ista, q̃ in praxi, & vsu receptam esse diximus, & cõmuniorem secimus, & ideo quæ in ea dicta sunt ẽt ad derogandum iuro erunt prænotanda, atq; ex his satis fieri potest dubitationi, quę proposita fuit circa derogationem primi testamenti iurati.

Quinto ea, quæ diximus intelligẽda sunt in principe, qui potest supplere illam specialem mentionem in actu requisitam, ac fingere eam factã fuisse, inferior uerò non tractum gerens non potest fingere expressum fuisse, id quod ex lege nominatim est exprimendum tex. admodum singu in c. qui ad agendum. de procu. in 6. l. sed & si quis. §. quæsitum. ff si quis caut vbi Ang. Ale. S. Ias. 2. col. hoc ipsum not. Ias. in cons. 173. vol. 4 col. fi. Ale. in l. quic quid. 2. col. ff. de uerb. ob. Tiraq & Rebuf. paulò ante ci tati, quorum opinio in testis non procedit circa verba derogatoria, ex eo q̃ eorum mentio principaliter ex hominis, nõ legis dispositione requiritur. Atq; de his satis.

Tertio ex principali conclusione deducitur, testamẽtum primu, cui iurm accessit, non tolli per secundũ itẽ iuratũ, nisi primi, eo mõ, quem diximus, mentio fiat, qñ per reuocationem primi tendit testator ad periurij crimen, quod probatur. Non. n est præsumendum, quenq; velle mortale crimen committere, nisi euidenter hoc constiterit l. merito. ff pro socio, maxime in actu, qui p pe mortem fit. c. literas. & ibi glo. verb. tam graue. de p sump. Vnde cum reuocatio prioris voluntatis consistat in præsumpta, vel euidenti testantis intentione, dicendum est non videri primum testamẽtum sublatum per secundum in casibus, quibus ex hac reuocatione testator periurus esset, nisi id appareat manifeste.

Quarto constat ex eadem assertione, primum testamentum habens clausulam derogatoriam specialem, nõ censeri per secundum sublatum, etiam si in secundo fiat mentio specialis derogatoriæ clausulæ, si testator in primo dixerit, velle primum illud testamentum reuocari non posse, aut irritum minime censeri per secundũ, ẽt si in eo specialiter primo derogetur, est enim necessarium non tantum prioris clausulæ derogatoriæ reuocationẽ adscribere, sed & addere derogationem secundæ clausulæ, verba verissima verba, ex quibus manifestum sit, testatorem a priori uoluntate cessisse. cuius illationis sit exẽplum primi testamenti. Et nolo mecum hoc testamentũ firmum, ac perpetuum esse, nec censeri reuocatum per aliud, quod fecero, testamentum, nisi in eo ad verbũ scripta sit angelica salutatio. etiam si nominatim huius primæ uoluntatis meminero. Oportet n. ad hæc verba derogatoria tollenda, in secũdo mentionẽ facere huius derogationis in hunc modum, non obstante quocunque alio testamento p me facto, quæcunque uerba derogatoria habente, quacunque uerborum forma concepta. Nã per illa verba, quæcunque uerba derogatoria habẽte, tollitur prima clausula derogatoria, & per sequentia reuocatur secũda. vt animaduertit Paul. Cast in cons. 284. col pen. vol. 1. Anto. Rub. cons. 24. col. pen. & si sic ergo erit intelligẽdus Bar. in d. l. si quis in principio testi. col. 3. & 4. dicẽs, testamentũ primũ habens derogatoriã clausulã, & derogationis futuri testi reuocationẽ, tolli per secũdum, in quo fit specialis mentio prioris derogationis.

Hinc scribit Pau. in auth. hoc inter liberos C. de testã. primum testamentum factum inter liberos, adiecta spã li clausula derogatoria, non tolli per secundum, in quo dictum sit: Non obstante alio quocunque testamento, etiam inter liberos facto, nisi additum sit etiam si in eo sit clausula derogatoria, quia duplex derogatio tolli debet specialiter. Nec sit erit reuocari derogationem, quę ex liberorum priuilegio insurgit, nisi alia secunda tollatur. idem notat Cur. Iunior consil. 189. col. 3. & est communis opinio, authore Rubeo, d. cons. 24 col. 3. qui ex hoc, illud considerat, testamentum hũs iurm, & clausulã derogatoriam spãlem, non tolli per secundũ, in quo iurimentio fiat, nisi & in eo prior clausula derogatoria expressim retractetur. quod etiam Ful. adnotauit cons. 39. ex diuerso hanc dubitationem expendens.

Quintò ex præmissis apparet, voluntate testantis perpensa, primum testamentum, quamcunque specialẽ derogationem hũs, per secundum reuocari, in quo gñalis tantum mentio primo fiat, si post primum testamentũ orta sit inimicitia inter testatorem, & hæredẽ in primo testõ nominatum. l. 3. §. non solum. l. ex parte. iuncta gl. ff. de adimen leg. l. fi cum Cornelius. ff. de solut. notat in specie Bald. in d. l. sancimus. Socy. in d. §. in legatis. col. fi. Guli. Bene. in c. Raynutius verbo, testamentum. 2. num. 20. eleganter Mari. Socy. cons. 163. vol. 2. col. 6. Bar. Soc. cons. 2. vol. 3. col. 3 idem dicens in quacũque alia cã post primum testamentum cõtingenti, ex qua mutatio prioris uoluntatis præsumi possit. quod explicant late Paul. Pari. cons. 10. vol. 3. nu. 21. Socy. Iun. cons. 124. num. 52. vol j. atque erit hoc arbitrio iudicis relinquendum, vt Barth. Socy. existimat in d. §. in legatis. Cæterum & hac in re aduertendum est, nam hæc quinta illatio uera erit, qñ inimicitia orta fuerit culpa hæredis, quod si culpa testatoris sequuta fuerit, non erit locus huic præsumptioni. ex Bar. in l. cum tabulis. §. j. ff. de his, qui. vt ind quem sequuntur Rom sing. 196. Hippol. in l j. §. præterea. nu. 59. ff. de q. & in §. cum quis. eiusdem legis Thom. Gram 59. ff. de q. & in §. cum quis. eiusdem legis Thom. Gram ma. voto 30 nu. 19. a quo tñ discedunt Ias. in l. fi filiã. C. de inof. testam. & in l. hæreditas. 2. col. C. de his qui, vt in dig. Ripa l. vlti. C de reuo. dona. q. 45. Io. Lupi in rub. de don. §. 78. nu. 27. idem Io. Lupi in eadem rub. § 70. nu. 9. rursus idem Ripa in c. j. de iud. nu. 14. Gerard sing. 5. Io. ab Amicis cons. 4. quib. accedo ob plumptam testatoris uoluntatem, q̃ locum sibi vendicat, inimicitia eius ẽt culpa sequuta, quod probat tex. in l. 4. ff. de adim. leg. verbo pœnituerit Etiam si Bar. opinio a multis recepta fuerit, quorum meminit diligenter Catellianus Cotta dictione, inimicitiæ. vers. secũda dubitatio. Qui sorori proprię patrocinatus eam sequitur, asseuerans communem esse.

Sextò deducitur ex præsumpta uolũtate mutandi primum testamentum nõ inutilis assertio, qua profitemur primum testamentum hũs spãlem clausulam derogatoriam per secundum inter liberos factum mutatum penitus censeri, non facta prioris clausulæ speciali mentione, gl. iuncta tex. in auth. de testa. imper. d. & si quidẽ. ver. p fecta. in fi. quã dicit sing. Ias in d. §. in legatis. j. lectione. col. pen. & idẽ notauit Bal. in auth. hoc inter liberos. C. de test. quẽ frequentius Doct. ibi, & in d. §. in legatis. sequunti. & Guilelmus Benedict. in d. testamentum. 2. nu. 20. Ias. in l fancimus. 7. fallent. C. eo. tit. Soc. Iun. cõs. 124. nu 31. quorũ opinio probari vt in d. aut. hoc inter liberos cui cõuenit regula 18. ti. j. par. 6. vbi statuitur, primũ testamentum inter liberos factum, habere ad sequentia testamenta clausulam specialem derogatoriam, quod tamen locum habet, quando in sequenti testamento

instituuntur extranei, secus vero si idem testamentũ solem liberos testantis hæredes habeat, tunc etenim dato pari fuore in vtroque testamento, posteriori standum erit. gl. sing. in auth. de testam. imperf. in princ. & § & siquidem. verbo perfecta. quam Bal. Saly. & communiter doctores sequuntur in d. auth. hoc inter liberos Ale. consi. 134. vol. 1. col. 7. Rom. cons. 79. col. 6. Crottus in c. 1. col. 8. de constit. in 6. dicens hanc opinionem esse communẽ licet dubitet ibi Lud. Gomez. nu 171. eandem opinionẽ, quam communem esse diximus, probat & explicat Soc. Iun. dic. cons. 124. nu. 33. & cons. 127. nu. 90. 1. vol. & Roman. cons 385. Verum dicta decisio auth. hoc inter liberos. ita fauorabilis est, vt procedat, ẽt si testamentum inter liberos sit factum per nũcupationem cõram duobus testibus. Ias. cons. 223. 2. vol. Rom. cons. 179. col. 6. Crot. in d. c. j. col. 9. Doct. communiter in d. auth. hoc inter liberos. vbi hanc esse cõem fatentur Ang. Alex. & Ias. idẽ post eos asserit expresse Guliel. Benedict. in d. verbo, testamentum 2. nu. 20. Barb. cons. secundo. vol. 1. col. 2. q̃ conclusionem probare vł gl in d. verbo, perfecta. in authen. de testam. imperfec. quamuis contrarium asserant Ange. & Barb. in dictis locis, qui omnes latè tractant dictæ authen. hoc inter liberos. intellectum. & Dec. consil. 244. Igitur si testamentum factum inter liberos censet habere specialem sequentium testamentorum derogationem, eadem ratione idem erit dicendum in testamẽto secundo inter liberos condito, vel derogationem specialem habeat cuiuscunque præcedentis testamenti.

Hanc vero opinionem improbant Soc. conf. 163. col. pen. vol. 2. Bar. Soc. in d. §. in legatis. col pen. Alex. consil. 146. vol 2. Anto Rub. cons. 24. non enim secundum eos sequitur testamentum inter liberos habere derogationem præcedentium testamentorum, eo quòd sequentiũ derogationem ex lege habeat. Item derogatio, quæ fauore liberorum conceditur, non est ita efficax, vt illa quæ ex clausula speciali derogatoria insurgit, cum hęc sit expressa, illa tacita. l. fi. in priu. ff. de leg. 2. Sat etenim est ad euitandam priorem derogationem dicere, nõ obstante quocunque testamento, etiam facto inter liberos: at in derogatione expressi reuocanda oportet vti illis verbis, non obstante etiam clausula derogatoria in primo testamento expressa, sicuti frequentissime doct fatentur.

Præterea d. authen. hoc inter liberos. exorbitãs est, & ideo restringi potius debet, quàm extendi. His ergo rõnibus ab ea sententia, quæ communi consentũ recipitur, Soc. & cæteri discessere.

Sed adhuc communis opinio verior apparet, ex præsumpta testantis voluntate, quæ in hoc est semper considerandа Nec in contrarium adducta procedunt, si voluntas testantis attẽdenda est, nam ex ea Doctorum opinio comprobatur. atque l. fi. ff. de leg. 2 non loquitur in clausula derogatoria legis, qualis est ista, & iuramenti, siquidem à lege hæ derogationes sunt constitutæ. Alia etiam ratio cessat, quia ita expressa est illa derogatio, non obstante quocunque testamento facto inter liberos, uel iuramenti religione adhibita sicut illa, non obstante quocunque testõ, & clausula derogatoria in eo expressa. Et si testamentum primum factum inter liberos cum derogatione speciali, non potest tolli per secundum, in quo fiat mentio testamenti huius facti inter liberos, nisi etiã tollatur expressa prior derogatio, hoc procedit, quia est istiæc derogatio duplex, non ex eo, q̃ sit fortior derogatoria hominis, q̃ derogatoria a lege, fauore filiorum, & ex præsumpta mente testantis inducta.

Septimo, eadem rõne existimant quidam, testamentum primum habens specialem clausulam derogatoriã, tolli per secundum ad pias causas factum, etiam si in eo primæ derogationis specialis mentio non fiat, quod sentit Oldra. cons. 129. expressit Soc. cons. 229. vol. 2. col. fi.

Alex. cons. 103. vol. 4. Ias in d. authẽ. hoc inter liberos. 2. col. quibus accedit, q̃ testamentum inter liberos, & ob piam causam, equalia in iure censentur. ca. relatum. in 1. isto tit iuncta l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. eo. Et potissime ratio præsumptæ uoluntatis mutandi primum testamentum hanc sententiam defendit, licet dubitauerit in hoc Io. Crottus in d. c. 1. de const. in 6. col. 9. & contrarium asserat Anto. Rub. cons. 24.

Octauo idem ius erit, si in testamento secundo instituatur hæres aliquis valde dilectus testatori, nã per hoc tolletur prima clausula specialis derogatoria, ẽt si in secundo testamento huius specialis derogationis mentio non fiat, quod notat Rom. cõs. 179. col pen. dum allegat glo. sing. in l. in testõ. ff. de fidetc. liber. & quanuis hoc displiceat Iasoni, in l. non dubium. C. de testam. in fi. & Guliel. Bened. in uerb. testamentum. 2. nu. 21. Defendi tñ iure põt pensata testantis voluntate ex prædictã coniectura, quæ maximam amicitiam, aut dilectionem requirit erga hũdem in secundo testõ nominatum, quod iudex prudenter arbitrabit, secundũ Tho. Grã. deci. 62. nu. 27.

Nono non erit his dissimile testamentum primũ hãs specialem derogationem, minime tolli per secundum, in quo prioris derogationis sufficiens mentio non fit, ẽt si post primum testamentum decẽnium sit elapsum. Aret. & Ias. in l. fancimus. C. eo. Guliel. Bened. d. verbo, testamentum. 2. nu. 20. Ant. Rub. cons. 24. quasi non præsumatur mutata derogatio prima ex decennij transcursu, quod probari potest in d. l. fancimus. vbi non censet ex solo transcurso decennii mutatum primum testamentum. Rursus ex eadem lege quibusdam contrariis sñia placuit, dum ibi probatur, primum testamentum solenne tolli per secundum minus solenne factum post decennium a primo testamento. Ex quo Bal. Fulg. Pau. & cæteri in d. l. fancimus. notant primum testamentum habens clausulam derogatoriam specialem tolli per secundum, in quo mentio specialis primi non fit facta, si id testamẽtum post decennium a primo conditum fuerit. idem notat Soc. in d. §. in legatis. fi. col. quod est memoriæ commendandum pp Bakli authoritatem secundum Corne. in d. l. fancimus. Bal. ẽt sequitur Alex. cõs. 603. vol. 4. col. 2. & Pau. Paris. dicens hanc sciam communem esse. cons. 10. vol. 3. col. 3. ex ea item ratione, q̃ testator post longũ tẽpus immemor præsumatur prioris derogationis. l. peregrè. ff. de acq. pos. qua ratione ego malem primã opinionem sequi, quia si memor esset testator primę derogationis, forsan secũdum testamentum minime fecisset. Nec vrget ex aduerso d. l. fancimus. cũ ibi euidenter constet voluntas mutandi primum testamentum.

Decimo sunt qui existiment, primum testamentũ habens specialem derogationem, per secundum sublatum censeri nulla facta mentione prioris derogationis, modo testator in eo dixerit, uelle hoc testamentum præcise ualere. ita Iaco. Arenæus in Iomnes populi. ff. de iusti. & iure. Io. Bapti. & Ias. in d. l. fancimus. col. 3. Soci. in d. §. in legatis col. fi. Gul. Bene. in d. uerbo, testamentũ. 2. nu. 22. ea rõne, q̃ dictio precise, habet uim specialis derogationis. Abb. fel. & Dec. in c. 2. de rescr. vlt. not ab. Barba. cons. 6. col. 12. vol. 4. q̃ perpensa uoluntate testantis ex eadem coniectura admittendum est, non alias.

Vndecimò, quando sic libuit interiorem testantis mẽtem ex signis exterioribus coniecturi, idem dicendum erit, si in secundo testamento dictum fuerit, cassum & irritum decernens quodcunque aliud testamentum à me conditum, quo non obstante, hoc testamentum volo omnino ualere. per hęc enim uerba prima clausula derogatoria tollitur, absque expressa eius mentione. ita Baptis. de S. Seuerino in d. l. fancimus. quem sequitur Soc. in d. §. in legatis. Bal. referens, ut opinor, cons. 389. vol. 5. qui tamen non loquitur, quando in primo testamento esset

specialis clausula derogatoria, sed simplex, cuius in prima conclusione memini. Quin & ipse Bald. scribit dicta verba eundem effectum habere, quem illa, Non obstantibus quibuscunque testamentis, quacunque verborum forma conceptis. Et tũ per hæc vltima non censetur sublata prior specialis derogatio, vt Paul. Castren. existimat cons. 284. vol. j neque sequitur, testator vult omnino valere testamentum, hoc ergo vult derogare prius facto testamento maxima cum solennitate, & speciali clausula derogatoria. Vnde ab hac illatione discedunt Ias. in d. l. sancimus. & Gulielmus Bene. d. nu. 22. oportet ergo exactissima diligentia voluntatem testantis perscrutari.

Duodecimo, ab eodem fonte procedit, quod Mar. Socyn. scribit in cons. 173 col fi. volum. 2. atque item eius filius Barth. Soc. in d. §. in legatis. col. penul. circentes, primum testamentum non tolli per secundum, in quo fit adiecta clausula codicillaris, nisi fiat mẽtio in specie derogatoriæ clausulæ, quam habet primum testamentum. Siquidem testator apponens clausulam codicillarẽ vult id testamentum ratione deficientis solennitatis minime perire, non tamen ex hoc profitetur illud nec periclitari posse ex defectu voluntatis, qui præsumitur eo ipso, ꝙ prioris derogationis non meminerit

Decimotertio, si quo casu probari, aut præsumi possit, derogationem specialem primo testamento adiectã fuisse præter consensum testantis, id testamentum per secundum omnino revocatum censebitur, etiam si in eo mentio non specialis prioris derogatoriæ orationis & clausulæ, sicuti eleganter Barb. rẽdit consil. 72. vol. 3. & not. Guli. Bene. in d verb. testamentum. 2. nu. 16.

Decimoquarto, eodem iure & præsumpta voluntate testantis consulit Dom. cõs 115. Primum testamentum hãs spãlem clausulam derogatoriam, per secundum mutatum cẽseri, in quo expressa fuere verba hęc, volo istud testamentum penitus valere. non obstante quocunque alio testõ per me facto, & imprecor mala cuicũque hãc meam voluntatem impugnanti. hoc etenim præsumpta testantis intentione procedit, & iure defendi potest.

Decimoquinto, hinc pensitari potest quod scribit Saly. in l. 2. C. de codi. dicens sublata, aut revocata speciali clausula derogatoria primi testi per codicillos, tolli id testamentum per secundum, in quo nulla fiat mentio illius clausulæ derogatoriæ, quæ p codicillos sublata nullum præstat impedimentum futuris testamentis. refert, & sequitur Saly. Ias. in d. l sancimus col 4. idem Ias. in l. si ita scriptũ. nu. 24. ff. de leg. 1. Ang. in §. pen. inst. de codi.

Decimosexto, ex eadem conclusione principali, quæ præsumptæ testantis volũtati inniti tur, defendi potest sentẽtia Bal. qui in d. l sancimus. dixit primum testamẽtum hãs specialem derogationem tolli per secũdum cõ dirum coram principe, vel apud acta iudicis, licet in co nulla in specie mentio fiat prioris clausulæ derogatoriæ, quasi qui sic testatur, velit ita firmiter testari, vt & spãlẽ derogationem prioris testamenti tollere præsumatur. idem asserũt Fulg. & Cast. in d. l. sancimus. & Soc. in d. §. in legat. col. fi. tametsi dissentiant Alex. & Ias. in d. l. sancimus. idem Ias. in l. omnium. C. de testam. col. 3. Gabiel. Bened. in d verbo testamentum. 2. nu. 20.

Decimoseptimo, ex præmissis necessario admittendus est intellectus Bar. ad l. diuus. §. licet. ff. de iure codi. vbi cum testator in primis codicillis dixillet: Nolo secũdos codicillos alias valere, q̃ si mea manu signati, & subscripti sint, scribet Iurisconsultus per secũdos codicillos etiam non signatos, nec propria manu subscriptos tolli primos, quia ea, quæ postea geruntur, ꝙ priorib. derogant. Hoc etenim intelligendum est, modo in secundis codicillis prioris derogationis meminerit. ita, vt illud Iurisconsulti ritum sit supplendũ, ex d. l. si quis in princ. testamenti. ff. de lega. 3. vbi Bar. hunc intellectũ approbat col. 1. & ibi Fulg. eum asserit esse communem. Ias. in d. §. in leg. 2. lect. Dec. in l. j. nu. 5ꝑ. ff. de off. eius, cui est mand. iurisd. eundem intellectũ vt sequi Alb. in d. §. licet. quanuis Oldr & And. Pisa. quos Soc. & Ias. in d. §. in legatis. se quuntur, ab hoc intellectu discedant, aliam Iurisconsulto interpretationem exhibentes, quæ, ni fallamur, nimis abhorret a vera huius materię cognitione.

Decimooctauo, ex his, quę scripsimus, inferri potest, testamentum primum habens spãlem derogationem sequentis, non tamen expressam, sed tacitã, & per sensum à contrario inductam, tolli per secundum, etiam non facta speciali mentione prioris derogationis. tex. in l. fi. in prin ff de leg. 2. quem dicit notabilem Bal. in l. humanũ. col. 2. C. de leg. singularem. Soc. cons. 163. pen. col. 2. vol. Aret. in l. j. ff. de tesita. 6. col. Ias. in l. filio. col. 2. ff. de lib. & posthu. Idem Ias. in l. seruũ filij. §. si idem. ff. de leg. j. col. fi. Io. Crot. in c. j. de cõsi. in 6. col. 8. vbi Lud. Gomez. nu. 155. alios prædictæ legis intellectus explicans hunc esse communem fatetur, sic eundem veriorem, & communẽ esse asserit Iacob. à Nigris in l. ff. de offi. eius, cui est mandata. iurisd. col. 29. vbi Alex. col. 2. tenet eandem opinionẽ atque ét Ias. nu. 54. citens tex. in d. l. fi. esse sing. cui similem esse in c. dilectus in 2. de præb. existimat Crott. in d. col. 8. in quo libenter ab ipso dissentio, quippe qui existimẽ in d. c. dilectus, hoc nõ ꝓbari. Et erit huius tacitæ derogationis exẽplũ, si quod testamẽtum fecero inserta in eo salutatione Angelica, id volo huic meo testõ præferri.

Quinta conclusio. Prima † voluntas etiam nullã hãs derogationem specialem, tollitur quo ad legata, & alia præter heredis institutionem per secundam minus solennem & inualidam, si in ea fiat mentio primæ expressa, ita ut tacita non sufficiat. cuius assertionis pars prima probatur in l. si transferã. ff. de adim. leg. l. plane in princ. ff. de leg. 1. quib. iuribus probatur, legatum primum revocari per translationem rei legatæ in alium. ęquis incapacem legatarium. Secunda pars probatur in l. si iure. ff. legat. 3. qua expressim constat, testamentum primum in dubio non revocari per secundum minus solenne, & inualidũ. & Bart. ibi hãc conclusionẽ ꝓbat, quẽ sequuntur Paul. & Alex. & Ias. in d. l. planè. 2. col. Ex quibus constat translationẽ legati esse expressam revocationem primi legati, non tacitã. Obstat tñ tex. in d. l. sicut. ff. de adimẽ. leg. qui probare videtur legati translationẽ, tacitam potius, q̃ expressam revocationẽ conferi. Vñ Cum. in d. l. si iure. & Ias. in l. re coniuncti. ff. de leg. 3. nu. 165. à Bart. discedunt, quib. tñ non assentior, cum videam expresse, & in spẽ revocari legatum primum ex translatione, siquidem testator dicens, quod Sempronio legaui, transfero in Titiũ, satis aperte primũ legatum tollit. Nec oberit d. l. sicut. cum ibi non transtulerit testator legatum à primo in secũdum, sed dixerit, quod legaui Sẽpronio, lego Titio, & licet Iurisconsultus appellet illam translationẽ, non tñ est ꝓpria & vera trãslatio, quippe q̃ totũ legatũ a primo legatario non adimat, sed illi cõstituat socũ in legato, qui quidẽ socius re cõiunctus partẽ habebit legati. Hęc uerò pars tacitè a primo fuit adẽpta, vti verba illius legis ꝓbant, ita intellecta ab Accursio & Bart. ibidẽ Bar. col. j. Ang. de Perigbs in l. re cõsũcti. ff. de leg. 3. Paul. in l. nõ ad ea. & ibi Cum. ff. de cond. & dem. Bal. & Alex. in l. si Fortidianũ. C. de leg. Aret. in l. si plurib. ff. de leg. j. vbi Alex. hanc opinionẽ latetur cõem esse, sicuti Ias. in d. l. re coniuncti. nu. 24. & ibi Crot. col. 3. idẽ Ias. in l. si legata. C. de leg. candẽ opinionẽ sequitur Alex. cons. 169. vol. 5. cui suffragant tex. in §. si eadẽ res. inst. de leg. & i d. l. planè. § si cõiunctim ver. sed & si in pupillari, optimus tex. in l. Iulianus. ff. de hĩd. inst vbi cũ testõr dixisset: Ex qua parte Seiũ institui, ex eadem parte Sẽpronius hæres esto, rndit Iurisconsultus, Sẽpronũ & Seiũ cõiunctim institutos videri, ꝛc. ibi Io. ab Imo. Bar. opinionẽ sequitur. Ad id etiam

id etiam conducit plurimum l. si plurib. ff. de leg. 1. qua cõstat eadem re diuinctim duobus legata, non esse præsumendam ademptionem, nisi euidentissime constet adimendi volũtas. Verum hac in re aduersus Bar. tenet Dinus, quem ipse Bar. retulit per legatũ eiusdẽ rei alteri factum, sub commemoratione primi legati, rẽ legatã in totum a primo legatario ad ꝑm transferi. ex d. l. sicut & l. non ad ea. ff. de cond. & demonst. Cinus. Faber, Sal. Fulg. Paul. & Corne. in d. l. si Fortidianũ. C. de leg. Crott. col. 1. in d. l. re coniuncti. Alciat. in l. triplici. ff. de verbo. signifi. Christopho. in §. 1. Insti. de ademp. leg. vbi. Theophi. eandẽ sententiã manifestissime probat ex eodem tex. qui, si recte consideretur, conuincit omnino Bart. opinionem, q̃ etiam a d. l. sicut. euertitur prorsus. & a l. sequenti. vbi si testator qđ a Titio hærede legauit, id a Mæuio det, à Titio ademptum onus legati censeẽ, sic ergo si quod Titio legauit, Sempronio leget, cur non ui debitur & id ex euidenti testantis cõsensu a Titio totũ legatũ in Sẽproniũ translatũ esse, Nec mihi persuaderi põt cõis opinio, cui non suffragantur textus in d. §. si eadẽ res. & in d. §. si coniunctim, quia non loquuntur quãdo in secundo legato fit commemoratio primi. Item nec d. l. si plurib. cũ ex translatione legati satis euidenter uoluntas testantis appareat. Necẽt eandem sententiã cõem adiuuat d. l. Iulianus. ibi etenim fit cõmemoratio primæ institutionis p illa uerba ex eadẽ parte q̃ ui dentẽ coniunctionẽ potius, quã ademptionẽ, aut trãslationẽ inducere ut respõdent fac. Butri. Saly. & Petr. Bertutio quos in d. l. re cõiuncti. Ias. retulit. nu. 24. sic etiã respondet Alciat. in li. 7. Parerg. c. 8. quali uerba concepta per illud relatiuũ potius repetitionẽ, quã ademptionẽ significent. Hæc tñ solutio displicet Iasoni in di. nu. 24. & merito, siquidem in d. l. triplici, ponit eadẽ Iurisconsulti responsio, q̃ in d. l. Iulia. nec tñ ibi concipiunt uerba per illud relatiuũ, ex eadẽ uel eandẽ, quamobrem nullũ discrimen constituens inter heredis institutionẽ & legatum, existimo cõem sententiã uerã esse ita conceptis uerbis, in qua parte Seiũ institui, in ea Titiũ instituo, non. n. inconuenit in eadem parte duos institui hęredes. idẽ erit si dixero, Quã rem Sempronio legaui, eã Titio lego, cũ eandem rem duobus legari posse manifestũ sit. At si dixerit testator, Qđ Sẽpronio legaui, Titio do, erit locus opinioni Dini, cum illa res dari Titio nõ possit, nisi prius a Sempronio adimat. ꝙ maximè cõuenit d. l. sicut, & i l Alciat. adnotauit in d. l. triplici. Verũ, ut ad institutũ redeã, in d. l. sicut ademptio, q̃ fit p trãslationem, tacita appellat, quoad uerba adimendi specialia, expressa tñ censeri uebet, quoad mentẽ testatoris.

7 chi, excluso hærede instituto, bona † hæreditaria possidebit, adeo vt quibusdam placuit, in vita patris religionem professi filio legitimam bonorum portionē minime deberi, nec monasterium cogi posse eandem partem filio post professionē patris, eo viuente tradere. glo. Bar & Doct. in d. auth. si qua mulier. per tex. ibi, quo p̄batur, post mortē patris filium posse legitimam portionem a monasterio petere, si pater ante obitum bona p̄pria non diuiserat inter filios. quam opinionem testanē esse magis cōem Saly & Isa. in d. auth. si qua mulier. col. 14. Dec. d. c. in pōia. nu. 67. & esse ueriorem Abb. in c. cū simus. de regul. Alex. in l. si cum dotem. num. 13. ff. solu. matrimo. & Fely. in d. c. in pōia. nu. 56. Quibus refragat tex. in d. c. cum simus, quo probatur, tradendam esse filio portionem legitimam ex bonis patris religionem professi, statim non expectata patris morte. Nec oberit, si quis dixerit in eo c. patrem mortuum esse, cum de eius successione mentio fiat. Nam monacho viuenti successio datur. c. fi. 30. q. 3. & ex integra decretali constat, patrem uiuere eo tpe, quo portio legitima filio tradenda erat. Vnde tex. in d. c. cum simus. probat hanc secundam opinionem, & est sing. secundum Abb. ibi. commendat Bal. in d. auth. si qua mulier. col. fi. idem Io. And. & Doct. in d. c. cum simus. glo. quæ alibi non est secundum Abb. ibi. in c. transmissæ. qui filij sint legitimi. singularis secundum Arctinum in l. 1. nu. 6. ff. isto titu. quam opinionem defendit Corset. in sing. verb. legitima. Anani. in c. 2. col. pen. de delict. puero. Pyrrhus post consuetudines Astrel. c. 2. col. 4. Bal. Nouel. de dote. par. 1. j. colu. 3. dicens hanc opinionem cōem, pro qua induci potest tex. in dicta authen. sic qua mulier. qui permittit parti religiosam p̄fesso portiones legitimas filiis assignare, quod minime promittere, si bona illa a monasterio patre uiuente quo ad legitimas filiorum portiones auferri nō possent. Nec inficior rem dubiam esse, fateor tñ opinionem ultimam æquiorem esse, & utroque foro seruari oportere, pp maximam æquitatem, cui innititur ista hæc opinio, ut fatet præter alios Abbas in d. c. in præsentia. nu. 19. Potest etenim tex. in d. auth. si qua mulier. dum innui. expectanda fore mortem patris religionem professi intelligi, vt loquatur enunciatiuē, quali mortuo patre non facta inter filios diuisione bonorū, nec ab ipsis filiis petita, sit a monasterio danda filiis portio legitima. Quòd si nostrates in hac sñia non falluntur, in simili quæstione erit dicendum, usumfructum, quem pater † religionem professus habuit in bonis filiifamilias rōne patriæ potestatis, ad ipsum monasterium non transire, sed statim professione secuta ad proprietatē redire, cum sit patria potestas extincta. Martinus Silim. Saly. q. 7. Isa. col. fi. in auth. ingressi. C. de sacrosanct. eccl. Cinus & Alber. in authē. idem est. C. de bonis quæ lib. Hippo. sing. 668. & hæc est cōis opinio, authore Salyce. in d. auth idem est. Tametsi glo. ibi teneat, vsumfructum ad monasterium uiuente patre pertinere, quam sequuntur Bal. Paul. & Corne. ac Dec. in d. c. in pōtia. nu. 66. & Bar. in d. auth. inhressi. ifi rep. nu. 49. Anto. Rosellus illic nu. 18. Guido Papæ. q. 595. Augustinus Berous in d. c. in pōtia. nu. 158 Io. Lup. in rub. de donat. §. 52. & Fulg. dubius tñ in d. auth. idem est. Nam & idem Bart. in d. auth. idem est. asserit, dimidiam usufructus pertinere, alteram uero dimidiam ad filium. arg l. cum oportet. §. cum autem. C. de bon. quæ lib. idem notat Abb. in d. c. in pōtia. nu. 57. & in d. c. cum simus. Ego equidē non video, cur integre ususfructus ad filium non pertineat, statim facta professione, cum & ipse filius ex patris bonis petere possit legitimam portionem adhuc uiuēte patre, ac si is mortem obisset. Qua rōne in prima, & secunda huius operis editione conatus sum Silimani opinionem probare, non ignarus eam dubiam esse, certus tñ equitatem quandam præ se ferre, quæ iure quidem posset, falsē Pontificio defendi. Cæterum Arius Pinellus Lusitanus, cuius diligentiam & cāndorem in aliorum scriptis præstandis non possum non mirari, in l. 1. C. de bonis quæ lib. 1. par. nu. 47. egregio profecto. & eruditissimo examine qōnem istam expendens gl. opinionem sequitur in d. authē. idem est. Silimani sñia reprobata. Quæ fortassis aliorum authorū suffragio nec olim defituitur, nec p̄sus repulsam patitur. Existimo etenim distinguendam esse opinionē glo. in d. auth. ingressi. ab illa, quam gl. d. expressim tradit in d. auth. idē est. Siquidē prior uerū esse contendit, p ingressum religionis, usumfructum, quem monachus habebit, minime fuisse extinctū, imo eundē monasterio quoad utilitatē deberi, & acquiri. Quod ipse tenor rectissimi iuris esse, sequutus glo. Cin. nu. 12. Alber. nu. 22. Bar. nu. 42. & alios in d. auth. ingressi. Inn. in d. c. in pōtia. nu. 5. Imo. in l. cū filio. nu. 8. ff. de leg. 1. quorum opinio cōis est, secundū Abb. in c. vit. col. 2. ff. de pignori. Soc. cons. 10. lib. 1. in 6. q. & Io. Crottum in l. Gallus. §. & quid si tñ. nu. 3. ff. de lib. & posthu. Qui deniq; authores Silimani sñiam non vūr olim improbare, quū nec de ea in specie tractauerint. Sed nec ipse Silimanus cōē hāc opinionē negat, imo eā admittit in vsufructu, quē quis alia ex cā, qua iure patriæ potestatis hēt eo tpe, quo religionē profitetur. Quo tenduut oīa, quę a prędictis authorib. traduntur, posterior aūt glo. censet, vsumfructū patri iure patriæ potestatis cōperentē, si pater ipse religionē p̄fiteat, adhuc ipso uiuēte quoad utilitatē monasterio acquiri, nō filio, qd Silimanus & q. eū sequuti sunt negāt, tñetsi gl. opinio recepta fuerit ab his, quorū paulo ante mentionē fecimus, dū adduximus gl. in d. auth. idē est. reliqui vero authores, ni fallor ipsi, Silimano minime refra-

refragantur. Nam Gyn. & Alber. in d. auth. idem est. Silimani distinctionem referunt, lectoremque remittunt ad ea, quæ ipsi scripsere in d. auth. ingressi. quo in loco ipsi plo. illius constitutionis, quæ Silimano non obstat, simpliciter sequuntur, atque ideo potius videntur Silimani distinctionem admisisse, q̃ reprobasse. Sed & Alex. in cons. 139. lib. 2. nu. 3. atque item Cœpol. cons. 22. nu. 4. q̃ uis meminerit gl. in d. auth. idem est. eorũ tamen rõnes generalem qõnem attingunt, quæ ab Accur. in d. authẽ. ingressi. fuit expedita. (His accedit quod paulo ante obiter adnotauimus, nempe filiumfamilias per professionẽ religionis a patre factam effici sui iuris, & a patria potestate liberum esse. Sicuti existimant, & vere Dyn. Bart. Bald. Angel. & Fulgosius in l. patre furioso. ff. de his, qui sunt sui. Abb. in c. 2. de regular. quorum opinionẽ cõem esse, pulchra tradita illatione afleuerat Emanuel a Costa in c. si pater. de testis in 6. par. 2. in verbo testatore mortuo, nu. 9. & sequenti. ex Dec. in c. in pũtia. de probat. nu. 66. Alber. in d. auth. ingressi, & Corn. in d. auth. idẽ est.) id vero, quod post Bar. & communem diximus, monasterium, uiuente monacho, qui ante professionem hæredem alium instituerat, bona testatoris obtinere, iusteq; possidere, & eis vti & frui posse, est intelligendum, nisi testator expressim in testõ cauerit, velle hæredem institutum bona accipere, cisq; vti & frui statim post religionis ingressum. Nam tunc monasterium, ét uiuẽte monacho testatore, excludit, authore Imo. in l. 1. nu. 14. ff. de testã. idé probat eo nó citato Lud. Goz. cons. 41. nu. 11. & 17.

9 His etiam adiungere libet, testamentum† factum ante professionẽ, post eam mutari, aut reuocari non posse, siquidem professus testari non valet, ét si professus fuerit eam religionem, quę cõis bona habere possit, quod hic probatur. & in d. c. quia ingredientibus. & in auth. de monachis. § illud. & in ispẽ not. Abb. in d. c. in præsentia. nu. 61. Imo. & Ang. in l. 1. ff. de ist. tit. Ias. in d. auth. si qua mulier. nu. 27. contra Bar. ibi cuius opinionẽ & Dec. reprobat in d. c. in d. c. in pũtia. nu. 68. & Rub. cons. 155. col. fi. tradit latè August. Bero. in d. c. in præsentia. num. 537. qui Bart. sententiam falsam esse censet. rursus & idem Dec. in d. auth. ingressi nu. 13. a Bar discedit. etiamsi opinionem Bar. secuti fuerint Are. nu. 5. in d. l. 1. Roder. Xuar. in alleg. 20. fol. pen. Antro. a Rosel. in d. auth. ingressi. col. vlt. Ant Butrig. in d. c. in præsentia. nu. 34. & in cons. 69. Guli. Bene in c. Rainutius de test. uerb. mortuo; testatore. in primo. nu. 297. & sequentib. quorũ authoritate non possum a priori sũa nec transuersum, quod aiũt, discedere, quippe qui existimem Bart. maxime aduersari iuris Pontificij, & Cesarei constitutionibus, earumq; veris, & pprijs rationibus. Vñ licet reuocatio testi fiat in fauorem monasterij, ea minime valebit, nec iure subsisset, qđ expressim Aug. Bero. adnotauit ex eorum mente, qui priorem opinionem pbarunt. tametsi Ias. in d. authen. si qua mulier. nu. 33. post Bal. ibid. nu. 8. & Paul. Castr. col. pen. Dec. in d. c. in pũtia. nu. 68 rideant, testamẽtum factum ante professionẽ etiam prętia cogitatione ingressus, posse ab ipso monacho reuocari post professionem, in fauorẽ tñ monasterij, iuxta decisionem, q̃ traditur in d. auth. si qua mulier. quæ tãtum abest ab huius opinionis probatione, vt minimè dignum sit, eam induci ad propositę qõnis diffinitionẽ, cum in propria ſpẽ, & casu sit seruanda, nempe cum inter proprios liberos legitimos, & naturales, quib. pater nocere non potest, monachus fiari uult, & propria bona inter eos diuidere. His etenim nusquam potuit pater præiudicare quoad portionem legitimæ debitam. Monasterio autem potuit p test imentum factum cogitatione prędicta ipsius ingressus præiudicare, etiam tacite instituendo extraneum ante professionẽ. Quod nõ impedit d. auth. si qua mulier. nec Regia lex ei similis in l. 17. tit. 1. par. 6.

10 Solet tñ Romanus pontifex † monachis cõcedere ius testandi, ita vt modica quantitas eorum testamẽto distribuitur, ét ad hoc accedente prælati monachorum consensu, sicuti asserit Io. Staphi. de lite. grat. & iust. fol. 188. col. 1. Potest enim papa licentiam testandi religiosis cõcedere. arg. l. si qñ. in princ. C. de inof. testam. & respondit Soc. cons. 13. vol. 1. Franc. in rub. isto tit. in 6. col. pen. Ias. & alij per eum adducti in auth. ingressi. 2. col. C. de sacrosc. eccl. Bal. in d. l. si qñ. Barba. in c. cum in officijs. sisto tit. col. pen. Bapt. de S. Seuerino in tract. de pensionibus. q. 19. in fi. quib. ac cedit illa rõ, qp Papa potest monachũ a voto continentiæ eximere propria dispensatione. Inn. Io. And. & alii in c. cum ad monasterium. de stat. mo. vbi Abb. 3. col. & Soc. d. cons. 13. nu. 19. asserunt hanc opinionem esse cõem, quam Caie. profitetur 2. 2. q. 88. art. 11. Io. Mai. in 4. dist. 38. q. 14. & ibi Durand. q. 2. Palu. q. 4. ar. 4. conclu. 11. & Card. a Turrem. in d. c. de illo clerico. 32. d. & probatur pluribus rationibus, quas adducit Thom. hanc partem secutus in distin. 58. q. 1. ar. 4 (tradit mult a ad hanc opinionem Claudius Spencæus lib. 5. De incontinentia c. 4. & sequentibus.)* & hæc est magis cõis opinio secundum Fel. in c. si qñ. col. 3. de rescript. qui plures authores huius foiæ diligenter congessit. & idem fatet Paris. cons. 68. vol. 4. nu. 148. semper. n. in his uotis authoritas Romani pontificis excepta censetur. c. 1. c. debitores. c. venientes. de iureiu glo. vbi late Felin. in c. constitutus. de rescr. Abb. in c. quãto. de iureiur. post gl. ibi. Tho. 2. 2. q. 89. art. pen. Poterit ergo Romanus Pontifex, si id viderit expedire reipublicę, aut animarũ saluti, voti obligationem remittere, quoad continentiam. ergo & quoad paupertatem. Ant. Rub. cõs. 147. Nec † me latet diũ

11 Tho. 2. 2. q. 88. art. 11. prænia maxima deliberatione asserere, Romanum Pontificem non posse propria dispẽsatione continentię solenne monachorum votum tollere, ex authoritate c. cum ad monast. de statu monach. in fi. vbi Papa ptofitetur, non posse ipsum uoti obligationẽ tollere dum dixit, contra castitatẽ, aut paupertatem monachorum Romanum pontificem lcĩam indulgere non posse. idem glo. in c. sunt quidam. 25 q. 1. gl. in d. c. cũ ad monasterium & Altisiod. lib. 3. tract. 22. Card. a Turrecrem. in libello septuagintatrium qõnum. q. 35. Alma in tract. de potest. Papæ. c. 15. Sylue. verbo votum. 4. §. 5. & Amb. Cathar. contra Gaie. lib. 6. c. 2. & diligẽter Rober. Arbori. Eps in tract. pro tuendo sacerdotum cœlibatu. 4. tomo. ex eo ét. qp seruare solẽne uotum, quo quis seipsum tradidit religioni, sit iuris diuini, cui propria dispensatione non potest Romanus Pontifex derogare, & eadẽ rõne, quæ ex dicta Decretali colligitur, idem erit dicendum in voto paupertatis hãc opinionẽ diui Thomæ defendit optime, ac pbat Dñi. Soto. lib. 8. de iust. & iu. q. 4 ar. 2. Qui ex eodẽ Tho. & aliis deducit, hanc dispensationẽ permitti super continentia sacerdotum. Oportet tñ primam opinionẽ defendere, ne quæ passim fiãt, euertantur omnino, licet reipublicæ Christianę maxime conueniat, summũ ecclesiæ Principẽ hisce iurib. rarò, & ex euidenti vtilitate Catholicę religionis vti. Sed verba illa c. cũ ad monasteriũ vel pcedunt manente ipso voto, nõ. n. posset Papa monacho indulgere, ut existẽs monach' vxorẽ ducceret, posset tñ eũ eximere a voto, & religione, ut sic exẽptus vxorẽ ducere ualeat, & ppriũ primoniũ hẽre, & testari, vel intelligẽda sunt ex modestia Romani Põtificis, ad cõuincẽdũ illu Abb. ne existimaret seipsum

* monachus lcĩa cõcedere posse aduersus votũ paupertatis.

12 Id vero, qđ tdĩ, uoti obligationẽ esse iuris diuini, atq; id nõ posse tolli p principẽ eccl'æ, nõ pceđit, qa hęc obligõ p uenit ex voluntate humana, licet ex iure diu. sit executioni tradẽda, act' uerò humani Principib. subiciunt, vt cõstat. Hinc etenim fit, votũ filii parẽtis iudicio submitti, q id pt irritũ facere. Mirũ ergo nõ erit ti Ro. Põt. votũ subiciat

vt is possit eius obligationem remittere si id viderit expedire reipublicæ, sicuti probat Io. a Medina in tract. de confessione. c. de dispensatione super reuelanda confessione. Præterea iuris diuini est obligatio voti in cõi & gñali obligatione, quia tenemur vota seruare iure diuino, nõ tñ peculiare quodlibet votum est iuris diuini. Sic obedire legibus præceptum est a Deo, lege diuina, non tamen quælibet lex humana est ius diuinum, qua rõne passim omnium cõsensu receptum est, posse licite & in re dispensare Romanum Pontificem in voto simplici, etiam continentiæ, & religionis. Quod & idem Dom. Soto. in d. q. 4. ar. 1. longius explicat & probat.

EX CAPITE III.

SVMMARIVM.

1 *Voluntas testatoris est executioni mãdanda intra tempus ab eo diffinitum a die aditæ hæreditatis.*
2 *Ad exequendam ultimam uoluntatem datur a iure annus a die monitionis.*
3 *Tempus datum ab episcopali constitutione ad executionem ultimæ uoluntatis currit ab aditione hæreditatis.*
4 *Tempus datum ad executionem ultimarum uoluntatum, non currit ignoranti, nec impedito.*
5 *Potestas exequendi vltimam uoluntatem, an ante annum transferatur in episcopum.*
6 *Ad exequenda legata pia, quod tempus detur a iure.*
7 *Electio an possit fieri ex ultima uoluntate ultra tempus datum ad eius executionem.*
8 *Nullo executore per testatorem nominato, cui competat executio, atque etiam restitutio male ablatorum.*
9 *Monasterium, quod non potest in loco per testatorem electo construi, alibi est construendum.*
10 *Pecunia residua construendo opere, per testatorem iniuncto, an sit hæredi adiudicanda.*
11 *Legatum pro dote alicuius puellæ est conditionale.*
12 *Legatum ad ecclesiæ ædificium non effici caducum, ex eo quod locus non fuerit ædificationi designatus.*

CAPVT III.

Educitur hæc decretalis ab Epistola diui Gregorij lib. 3. epistol. 10. ad Ianuarium Episcopum Caralitanum, et ex epistola 8. ade undem. Ex quibus addi possunt aliqua, q̃ hic desunt ad pfectam cognitionem huius cõtrouersiæ. Habet tandem hoc caput in summa, annum præscribi ad executionem vltimarum voluntatum, idque tempus cedere a die monitionis per iudicem factæ. ad idem authen. hoc amplius. C. de fideicõ. cui assertioni obicio ea, quæ in Nouel. statuta sunt, nempe ad exequendam ultimam voluntatem sex menses dari a die intimationis testamenti. authen. de eccles. tit. §. si autem legatum. Rursus ibi in §. si quis ædificationem. quinque anni constituuntur ad exequẽdã vltimam uolũtatem. Quamobrem ad intellectum huius capitis liber aliquot axiomata proponere, quibus exponemus aliqua ex parte tractatum de executione vltimarum volũtatũ.

1 Prima conclusio. Testatoris uoluntas † est executioni mandanda intra tempus ab eo diffinitum, idque currit a die aditæ hæreditatis. Abb. hic 2. colu. probat hoc ipsum tex. in l. sta tuliberos. §. si quis hæredi. ff. de statulibe. quẽ dicit esse solennem Bartol. in l. genero. ff. de his, qui not. infa. & censetur is ab omnibus ling. secundum Alex. in l. ij mihi, & tibi. §. j. ff. de leg. 1. iustum etenim est ante aditam hęreditatem diem datum ad exequendum non currere.

2 Secunda conclusio. Nullo † pacto a testatore ad exequẽdum constituto, a iure annus datur hæredi vel executori testamentario, ad soluenda quæcunque legata, quæ non sint causa pietatis relicta, & ad exequẽdam in cæteris rebus vltimam uoluntatem. l. nulli. C. de episc. & cler. quo anno lapso ad episcopum transfertur ius exequendi. tex. ibi, & late Fel. in c. si quis contra. 2. col. de foro competẽ. si testator in casum negligentiæ alium executorem substituerit. Bald in l. si fundum. §. Stichum. ff. de leg. 1. Barbat. in c. tua nobis. isto ti. nu. 14. Cœpola cautela. 294 idẽ Bald. in l. j in prin. 2. col. C. de caduc. toll. & in auth hoc. C. de episc. & cler. hic annus currit a die monitionis factæ per iudicẽ, quod hic probatur, sicuti asserunt Card. Anchar. Abb. & Imol. hic. Bal. in l. quod pauperib. nu. 11. C. de episc. & cler. Iaco. a Canibus in tract. de executo. vlti. vol. 2. par. q. 3. nu. 11. quorum opinio communis est secundum Bal. in d. nu. 11. Abb. cõs. 11. vol. 2. & cons. 59. vol. 1. & Rochum de iure patron. verb. construxit, q. 10. Barb. cons. 8. vol. 1. col. 4. licet ipse ibi & hic, num. 33. cõtrarium defendere velit, cuius opinio pbatur in Regia. l. 6. tit. 10. par. 6. qua exprimitur tps datum a iure ad exe cutionem ultimæ volũntatis currere a die mortis testatoris. Posset tñ lex illa intelligi in exequendis legatis, quę non exigunt aditionem hæreditatis.

3 Quin & constitutio Episcopalis annum † a die mortis executioni testamentorum constituens intelligenda est, ut hic annus a die aditæ hęreditatis & sciętiæ currat. Ab bas hic 2. col & Roma. cons. 228. col. 2. & probatur. Nã ante aditam hereditatem impeditur executio testi, ét si testator intestatus decesserit. gl. in l qui filio. §. j. ff. de hęred insti. quam dicit sing. Alex. in l. 3. col. 1. ff. de leg. 1. no tabilem idem Alex. in l. nemo põt ff. eo. col. 2. solennem Ias. in l. eam quam. C. de fideicom. col. 6. Notat Bart. per tex. ibi in l. alio. ff. de alimen. & cibar. leg. Ang. Are. in tracta. de testam. uerbo, & executores. Ad id etiã plurimũ conducit l. nemo. ff. de test. tut. Vnde fit, ut executor testamentarius possit hęredem compellere iudicis pcepto ad adeundam hẽreditatem. Spec. titu. de instr. editio. §. nũc vero aliqua. Iacob. a Canibus in d. tract. part. j. §. 2. quod si legata sint pia, an possint tradi executioni, nõ adita hæreditate, scribam in c. Raynaldus. ad fi. isto tit. His ét adiungitur, qp impedito agere non labitur tps assignatũ ad aliquid agendum. c. quia diuersitatem. de concess. pben. l. j. C. de anna excepitque in hac spẽ, executionis tps nõ currere ignoranti, aut impedito, probatur in hoc ca. ubi diuus Gregorius negligentiam hęredis perpẽdit, quod animaduertit Abb. in repetit. c. eum esse isto tit. col fina. Freder. cons. 129. Hostiens. Imo. hic. col 3. Rom. hãc opinionem communem esse afleuerans cons. 228. Nec obest, qp tps datum in fauorem alicuius ad agendum actum non in odium ipsius, cui datur, ſcurrit ignoranti, & impedito. glo. in c. statutum. de præben. in 6. ingu. secundum Barb. hic nu. 33 & in c. plerunq; de rescrip. 3 col. & Abb. in d c cum esses. col. pen. And. Tiraq. lib. 1. de retract. §. 35. in glo. 4. nu. 25. pulchra legis Regiæ decisio. in l. 7. tit. 7. lib. 5. ordinatio. quia id pceđit, quoties dies datur in merũ alicuius fauorem, secus qñ constituitur ét ad conuincendam alicuius negligentiam, vt in præsenti qõne a iure concedtur, & ita respondent Abb. & Imol. Tamet si Spec. in titu. de instrum. editio. §. nunc vero aliqua. nu. 30. dixerit, tempus datum ad executionẽ ultimarũ uolũtatum, ét currere ignoranti, & impedito, quia datur in fauorem pauperum, & eorum quibus aliquid ex testamento est distribuendum, non in odium ipsius executoris. Cui sententiæ consentiunt Card. hic, idem in d. c. quia diuersitatem 2. col Barba. hic nu. 33. Bald. in l. captatorias. C. de testam. milit. col. fi. dicens eam ubique in praxi seruari. & plurimum confirmatur Regia l. 6. tit. 10. par. 6. q de iure pcederet, si impedimentũ esset, aut apparet ppe tuũ, vel ad longũ tps permansurum, attenta rõne text. in cap. fina. §. fina. isto titu. in 6. Alioqui quicquid sit in pra xi, prima opinio iure verior est, quã & Oldẽdo. sequi in

tract.de exec.ult.vol.tit.7.Bar.in d.l.genero.Bal.consil. 171.vol.3.Alber.Bru.in statut.verb.executio.

5 Tertia conclusio.Potestas exequendi † vltimas volũtates,etiam ante annum,auferetur ab executore, & transfertur in Epm, si ab Epo bis monitus executor vltimam voluntatem exequi noluerit.auth.de eccl. tit. §. sin autẽ qui hoc facere.Spec.in d.§.nũc vero aliqua.nu.82.Abb. hic col.2.Iacob.a Canibus in d.tract.de execut. vlti.vol. 2.par.q.52.quod procedit in legatis pijs, vt existimant Imo.hic,& Saly.in d.auth.hoc amplius. C.de fideicom. col.2.nec tñ restringitur ad legata alimentorum, aduersus Barb.hic,cv hic favor iure optimo pietati cõveniat.

6 Quarta conclusio,Ad exequẽda † legata pia a iure diffinitur tempus sex mensium,quod cedit a die insinuationis testamenti.§.si autem legatum.in auth.de eccl. titu. Abb.& doct.hic cõiter,& Iac.a Canibus.in d.q.3.

Quinta conclusio,Non obst.iuris ciuilis dispositione etiam ad construendam ecclesiam,aut monasterium,annus hæredibus,aut executoribus prælignatur a die monitionis,tex.hic ex quo id adnotarunt Host. Ioan. And. Ant.& Imo.dicẽs hanc opinionẽ esse cõem colum. 2.& Rochus de iure patro. verbo, construxit, quæst. 10. qui post Abb.hic addit hanc conclusionẽ esse intelligendam quo ad constituendum hæredem,aut executorẽ in negligentia incipiendi ædificium ecc esiæ,aut monasterii,sed ad constituendum hæredem, aut executorem in negligentia perficiendi opus intra annum inceptum arbitrio iudicis tẽpus constituitur,attenta operis qualitate.Quid .n.si ipsem ædificium quinque annos exigat ad eius perfectionem?oportebit equidem id tps expectari, ut in d. §.si quis ædificationem.auth.de eccl.tit.colla.9.atque id Doct.hic sentiunt,ex quib.hic tex. erit,intelligendus qñ monasteriũ põt intra annũ incipi,& ad pfectionẽ duci.

7 Sexta conclusio,non † tantum executor, sed & is, cui electio a testatore commissa est,intra annũ, aliudve tps ad executionẽ designatum,eligere debet, alioqui ius eligendi ad Episcopũ spectat.Card.Imo & Barb.hic num. 41.id.n.quod ex electione executioni tradendum est,ptiam electionem postulat, sine qua fieri nequit executio,igitur intra tps executionis oportet electionem fieri.Lo ratio.ff.de sponsa.hanc ẽt assertionẽ probant Bald. in l.cum quidam.in 2.ff.de leg.2.Ang.Com.& Ias.p tex. ibi in l.si.§.j.C.com.de legat.Ang.cons.64. Anchar.cõs. 387.quorum opinionẽ communẽ esse asserunt Corn.& Ias.in d.l.si.in prine.qua in re Bar.in d.l. cum quidam.cõtrariam sententiam eligit,dicens eum,cui testator commisit arbitrium eligendi pauperes,quibus certa bona distribuerentur,ẽt post annum eligere posse.Epo excluso, ex eo,q hic elector est, non executor, si quidẽ declarat arbitrium proprium,non aũt exequitur.l. executorẽ.C. p e execu.rei iud.ubi eandem opinionẽ repetunt Bart & Pau.Castr.Abb.& Anch.hic idem Anch.cons.412.Abb. in c.si quis contra clericum.3.col de foro cõp.& ibi Felin.col.2.idẽ Abb.cons.11.vol.2.Rom. cons.228. col.4. Bart.in d.l.si.§.j.& idem Bar.cons.142.& Henri.Boteus in tract.de synodo.3.par.art.1 nu.187.Verum rõnes huius posterioris sententiæ non ita efficaciter eã probant, vt tenenda omnino sit,cum in pñti dubitatione dies executioni,ac subinde electioni sit prælimitus,& ideo cessat rõ dictæ legis,cum quidam.vbi Pau.& Imo.opinionem Bartoli non sunt ausi asserere,nec Anto in c.tua.j. eo.licet idem eam elegerit in c.literas.de sup. negg.præla.& Io.Oldend.in tract.de exequen.viti.volun.tit.7.& dixerit Bal.in l.captatorias.col.si.C. de test.milit. cam procedere in legatis,quæ causi pietatis facta non fuere.

8 Secundo,colligo ex hoc ca.nullo † executore a testatore nominato hæredi competere vltimæ voluntatis executionẽ,ẽt in his,quæ ob piam causam relinquuntur,qd hic apertissime probatur,nisi fiat legatũ pro redẽptione captivorum, tunc etenim executio ad Epm pertinet, si testator executorem testi non nominauerit. Abb. hic p tex.in auth.de eccl.titu.§. si quis ædificationem. & §. si quis autem pro redemptione. In his vero, quæ pro restitutione illicite acquisito rũ,seu per usu ablatorum,a testatoribus legantur, oportet animadvertere, primum, testatorem non posse alium quam episcopum designare,ad diffiniendum ea,quæ ex vsuris ipse acquisierit,Domi.cons.20.Secundũ,restitutionem, ac distributionem certæ quantitatis pauperibus erogadam, pro satisfactione male ablatorum, posse & debere fieri per executorẽ vltimæ voluntatis,ubi de male ablatis,non cõstat aliter, q̃ ex testantis confessione.Anani.& Felin.in c.cum sit.de de Iudẽ.est.n.hoc legatum pium,quod põt per executorem vltimæ voluntatis expediri.sicut cætera legata pia. Tertium, si de male ablatis constat in iudicio, vel extra iudiciũ,aliunde q̃ ex testamentaria confessione, restitutio fiet per eum, qui tenetur restituere, consilio tñ Epi. Abb.& Fel.in d.c.cum sit.Io.Lupi.in repe.rub.de donatio.§.65.nu.68.Hoc.n.pacto intelligenda est Host.opinio d c.cum sit.dicentis, restitutionem malẽ ablatorum debere per Episcopum fieri. Nec quidquam vrget text. ille in d.c. cum sit. quia loquitur,qñ suspectus esset, qui teneretur restituere,nam tũc solus Eps ius habet restituendi.Sic etiam est defendenda sñia Arch.in c.si. hoc titu.in 6.vbi asseruit,hanc restitutionem ad Epm non pertinere.quod probat tex.in c.sicut dignum.§. eas insuper. de homici.vbi Abb.& Anani.Card.in d.c. cum sit, & Corset.in singul.verbo,restitutio.& alij per Fely.'addvcti in d.c.cum sit.quorum opinionem fatetur cõem esse, & cã probat Io.Medina de resti.q.3.causa 10.c.inci.cssio. erit nanque faciendа restitutio,cõsulto tñ Epo, cuius interest rem istam diligenter agere, quippe qui pater pauperum sit. Nec tamen damnare eum, qui inconsulto Epo syncere restituerit pauperibus male acquisita.

9 Tertio,ex eodem c.adnotandum est,† testatore mandante monasterium construi in certo loco, ubi construi demum non possit,arbitrio executoris, & Epi alibi construendum esse.quod hic not.Doc & probatur, hic.n testator constituerat, monasterium debere construi in pdio,quod dicebatur Piscenas, & id ad Xenodochi Thomæ quondam Episcopi iura peruenit,teste diuo Gregorio libro'episto.2.epist.8. eandem assertionẽ coadiuuat tex.insignis.in l legatum.ff. de vsufruc.leg. ex quo pecunia legata ciuitati ad spectaculum,quod in ea fieri minime licebat,adhibito consilio hæredum, & optimorũ ciuitatis,in aliam rem conuerti debet. ad idem est notab. decisio in auth.de eccles.titu.§. si quis in nomine magni Dei.collat.10.ubi si testator aliquem e sanctis hæredem instituerit,aut legatum ei reliquerit, cuiusque sancti nullum oratorium in ea urbe,nec in eo territorio inueniat, legatũ debetur ecclesiæ ciuitatis,in qua testator domicilii habuit.quẽ tex.commendat Ias.in §.ex maleficijs. in fin.de act.num.45.Bald.in l. si quis ad declinandam. C. de episc.& cler.col.4.dicẽs ex hoc relictis a testatore mille,vt pro male ablatis, & exonerandа eius conscientia,distribuant,si solum sit cõpertum quingenta male ablata, reliqua quingenta in piam cãm eroganda esse. idẽ Abb. in c.tua.isto tit.col.2.Alex.& Vincen.in l.j.§.fi.ff.ad legẽ

10 Falc. dicentes idẽ esse, si quis † mandet pro male ablatis cõstrui oratorium,discripta eius forma, & in id opus cõsumi aureos mille,nã eo constructo, quod superest non dẽtur hæredi,sed piæ cãe.ex d.l.legatũ. non.n. censetur satisfactũ voluntati testatoris,qui læsam hẽt cõsciam ad illã usq; q̃tatẽ, & ió maxima est consectura ipsum voluisse totẽ illã summẽ in piã cãm converti. Secus verò esset,si testator iussisset cõstrui oratoriũ certæ formæ, & ad id designauerit mille aureos nam quod superavit,cõstructo oratorio illo,ad hæredes pertinet,cum ita sit voluntati

huntati testatoris satisfactum. Ang.Paul.Alex.& Vincen. in d.§.fi.& post eos Carolus Ruinus cons. 75. lib. 2. vbi ad hęc oĩa,q̃ mõ diximus ex d.l.legatũ.quandam elegantem adducit interpretationem, q̃ caute & diligenter est examinanda.Ex quibus infertur intellectus ad illã cõclu

11 sionem vulgo receptam,quæ definit † legatũ pro dote, aut cã dotis alicuius puellę,conditionale censeri, non purũ,& ió nõ deberi,nisi matrimoniũ sequatur. l. Publius Męuius.in prin.ff.de cond.& demon.l. si ego .in prin. ff. de iure dot.l.tali.& l.promittendo.eo. tit.Bar.p text.ibi in l.Titio genero.col.2.ff.de cond.& dem. idem Bart.in l.2.§.fi.de iure dot.Cuius opinio cõis est, secundũ Paul. Castr.in d.§.Titio genero.col.3.Alex.cons.42.nu. 2.lib. 7.Corn cons.229.vol.4.Bal.Nouel.de dote 6.par priuil. 50.explicant idem Nouel.d.6.par.priuil.76.Bal.in l.gñaliter.C.de episc.& cleric.nu.9. idẽ Bal. cons.249. volu.4. Bar.cons.200.Bal.in l.legatum.C.de cond.insert.Abb.cõsil.92 vol.2.Bal.in l.sancimus. C. de nup. Laur.a Palatijs in tract.de statutis excluden. fœminas.col.39.Alber.Brunus in eodem tract 6.arti.q.3.& 7.& arti.11.q.3.& Aymon Sauilli.cons.101. qui omnes id procedere opinantur,nisi ex coniecturis contrarium ex mente disponẽtis deprehendi possit. Et tñ præfata communio opinio ita locum sibi vendicat, vt non secuto matrimonio legatũ illud hęredi competat cum onere simili ad id expendendum in piam cãm.ita Bal.Nouel. de dote, par.6.priuile. 77. ni refragetur præsumpta testantis voluntas. qđ hic Panor.explicat col.vlti. Tandem duo ex præmissis deducenda sunt: Primum legatum pro dote, aut cã dotis alicuius puellæ, censeri conditionale,non purum.Secundũ q̃ nõ secuto matrimonio legatum redit ad hęredem cũ onere expendendi in simile pium opus eam quantitatẽ. Vtrũque vero procedit,nisi contrarium ex testatoris mẽte deprehendi valeat, quemadmodum præcitati authores explicarunt,quorum quidem mens & sensus manifestius lectori exponetur, si hic quædam ad id pertinentia subiiciamus.Ex priori etenim conclusione poterit perpendi, an legatum illud, Lego Titiæ puellæ centum, vt nubat,sit conditionale,vel purum. Nam Bal. Nouellus in d.6.part.priuilegio 76.scribit,esse hoc legatum purum, non conditionale.citatq; Bald. huius opinionis authorẽ in l.legatum.C.de cõd.infer. quo in loco nõ putui apud Bal hanc conclusionẽ percipere.id tñ Bal.in d. l. generaliter.nu.9.palam tenet quod Nouellus adnotauit. rursus idem Bal.ibi col.pen.tenet in hoc casu, q̃ nõ secuto matrimonio legatũ ad hæredem reuertatur. Ego tame hoc legatum existimo sub modo conceptum fuisse, atque ió in eo locus erit his, quæ de modis seruandis adnotantur in c.verum.de cond.appoſi.R in Lquibus diequs.§. Termilius.ff.de cond & dem Sic tame post huius operis secũdam editionem comperi Emanuel a Costa,virum planẽ doctissimum in lib.2.de cond.ca.22 a Bal. Nouel. discessisse.Quo in loco,& si fatertur Bar.sñiam cõem esse, plures tñ adducit authores cõtrariam tenentes,sequitur tãdem Bart.opinionem, scribens eam non probari in d. §. Titio genero. Quod neruose simul ac diligẽter probat. Imo vt Bar.refragari Iurisconsulto in d.§. Titio genero. verf.sed cum nuptias.ex quo planẽ deducitur, legatũ esse non conditionale,ubi pro dote legatur. Quia hęc Iurisconsulti ratio procedit, vbi legatur pro dote contractis iam sponsalibus,quemadmodum explicarunt Bal.in l.si plures.nu.26.C. de condit.insert.Imo.& Cuma.in d.§. Titio.idem Cuma cons.107. quos recte sequutus est Emanuel ipse in d.c.22.nu.5. Sed & si legatũ illud,de quo hæc agitur disputatio,non sit conditionale, nec omnino purum,sed modale, tunc profecto locus erit,vt modi cebã,illi controuerſiæ, in modus minus cito deficiẽs, fuerit deficere, ac retroli relictũ? Etenim eius ratio probat ex hoc legatum non deficere, Imo ad legatarium pertinere.Nam ita visum est glo.in l.1.C.de instit.& substi.& aliis, quorum opinionem communem esse fatentur, atque ideo tenẽdam Alex.nu.5.& Corn. col. pen.in d.l.1.idem asseuerat,& concedit Cor.in l.1.C. de his,quę sub mod.q̃ probari vẽ in l.parer.§. Tusculanus. ff.de leg.3.l.Lucius.2.§.quisquis in 1.ff.de leg.2.& in l.si Titio.ff.de leg.1.Hæc eadem opinio etiam placuit Bart. in d.l.1.C.de instit & substi. secundum quam tñam constat maximus effectus, q̃ legatum pro dote modale iudicetur.Sed aduersus hanc opinionem communem quidã tenuerunt,præsertim Ang.Fulgo.& Dec.nu.11.in d.l.1. C.de instit.& substi. Corn.in d.l.1.col.vl.C de his,quæ sub mod. cuius equidem qõnis disputationem late tradit Emanuel a Costa in d.c.22.nu.7.qui existimat, nõ satisfacere Papiniano,qui in d.§. Titio.ver.ante nuptias.inquit mortuo Titio ante nuptias legatum manere penes hæredem testatoris.Quod Imol.ibi plane cõcedit.Et sanè qui Bart.intellectũ in d.§. Titio, sequi velit, facillimè communem opinionem defendet. Siquidẽ Bart.intellexit,Iurisconsultum in d.ver. ante nuptias loqui de legato dotis conditionali,& deinde in verſ. Sed cũ ante.specie mutasse,& agere de legato modali, aut simpliciter puro. Quæ tamen interpretatio maximam hẽt difficultatem,idcirco modo communem opinionem admittamus saltem,vt eam in praxi seruandam fore admoneamus: Bartoli vero distinctionem non omnino probamus.denique opinãtur, aptiorem esse intellectum ad responsa Iurisconsulti,quem ex Bal.in d.l.si plures.adduximus,quamuis adhuc maneat indissolutus obex, quẽ cõi snię obiecimus. Sed & si legatum pro dote modale sit, non omnino purũ, nec condonale: id ad hæredes transmitti mortua puella ante matrimoniũ censet Bal.Nouellus de dote.6.par priuil.76.nu 2.Contrarium iure defendit Emanuel a Costa,ac tenendum esse in consulendo,& iudicando asseuerat in d.c.22.nu.11. ex auctoritate Petri,Cini,& Bal.in d.l.generaliter.Bal. in d.l si plures. nu. 25.Sentit Bart.in l.quibus dictum.§. Termilius.nu.13.ff. cond.& demõ,ex quibus satis constat, legatũ alicui puellæ pro dote,siue,vt nubat,relictum,ẽt si modale sit, non transmitti ad eius hęredes, si ea mortua fuerit, ante quã nupserit,imo si oblata cautione legatum acceperit,id erit ea mortua ante matrimonium, testatoris hęredibus restituendum,in quo antiqui,& iuniores conueniunt,vt scribit Corne.in cons.229.nu.4.lib.4 Nam & si cõis opinio,cuius paulo ante meminimus vera sit, & obtinet,vbi casus contingit in persona alterius l. si fundum per fideicommissum.§ 1.ff.de lega. 1. Quod si legatarius ipse cui modus personalis est iniunctus,decedat,modus omnino defecit,nec legatum debetur: Quemadmodum docuit ex Bar.in d.§. Termilius.Soc.in l. si Titius statuas nu.8.Imo.in l.in testamento.2.in prin.ff.de cond. & demon.notant omnes in l.1.C.de instit.& substi.

Secundo apparet,legatum ita conceptum,Lego puellæ centum,vt possit nubere,esse legatum omnino purũ, & id transmitti ad puellæ hęredes,etiã matrimonio non secuto,non ad hęredes legantis.quod Bal.not. in d.consil.249.lib.4.

Tertio inde constat legatum hoc,de quo in hac parte agimus,purum esse,& ad hęredes legatariæ,non ad hęredes testantis pertinere,ẽt si matrim onium non fuerit secutum,quoties a testatore sit mentio de dotis cã, aut de matrimonio in ea parte testi, quæ ad executionẽ legati, non ad eius dispositionem pertinet,sicuti probare conatur Aymon Sauilli in consil.101.optimus tex. in clem.1. de præben.cuius mentionem fecimus in rub.huius tituli, par.2.nu.13.verſi.3.conclu.

Quarto infertur,legatum pro dote puellæ factum,purum esse,non conditionale, & ad hæredes legatariæ trãsmitti,adhuc non secuto matrimonio,si iuxta communẽ

vſum loquẽdi in ea prouincia dos appelletur cuiuslibet puellę patrimonium, quod habet, vt maritum adſequat, not. Bart in d.§. Titio genero, idẽ Bar. in conſ. 200. Laurus a Palatiis in d. tract. de ſtatutis. col. 39.

Quinto inde colligitur, nempe ex præſumpta teſtatoris mente, legatũ alicui puellæ relictum, vt ea nubat Titio, non deficere, etiã ſi Titius mortuus ante matrimoniũ, ſi illa puella pauper ſit, ac velit alteri nubere. no. Bal. Nouel. de dote. 6. par. priui. 76. ad fi. quod ſecus erit, ſi ea puella dines ſit. arg. tex. in d.l. Titio.§. Titio gñro. & expreſsim ſcribit Bald. in d.l. legatum. C. de cond. infer.

Sexto, ex proxima illatione cõſtat in hac ſpecie idem eſſe, ſi puella hæc velit religionẽ profiteri. text. optim. in auth. niſi rogati. C. ad Trebel. ex quo nuptiarum condõ obtinet in religionis profeſsione, etiam ſi certa nominet perſona ad matrimonium, modo illa mortua ſit. ſecundum Nouel. in d. 6. par. priui. 77. q̃ ſi puella, cui legatum eſt ante matrimonium mortem obierit, pecunia legata, vt diximus, in ſimile pũ opus dotis ad matrimoniũ carnale erit expendenda, non autem in dotem ad religionis profeſsionem, nam id eſſet contra voluntatem p̃ſumptã teſtatoris, quemadmodum Bald. ſenſit in d. auth. niſi rogati. in q. de executore teſtamentario. tenet in hac ſpecie Bald. Nouel. d. priuil. 77. col. penul.

Septimò, illud in diſcrimen ſolet educi, quod Bart. in d.§. Titio genero. col. vlt. rñdit, legatum. ſ. puella maritanda, quæ nubilis ſit, ſtatim ab hærede ſoluendum eſſe, data cautione, q̃ ipſa nubet, ac matrimonium contrahet, non enim tantum pro dote legatum hoc factum eſſe cenſetur, ſed & pro expenſis faciendis in quærẽdo marito, & in aliis quæ præmitti ſolent ad matrimonij cõtractum. Hanc Bar. opin. ſequuntur Bald. in l. Iancimus. C. de nupt. & Laurus a Palatiis in d. col. 39. eã tñ improbat Pau. Caſt. in d.§. Titio genero, ex eo, q̃ mens & intentio teſtatoris fuerit, hanc ſummam pro dote legatã expendi debere in ipſam matrimonij dotem, non in alias nuptiarum expenſas, ſaltem non in eam cauſam, quæ præcedere plerũq; i caſũ matrimoniũ ſolet, nẽpe in q̃rẽdo marito.

Octauò, a mente præſumpta teſtatoris deriuatur generalis quædam huius controuerſiæ diffinitio, ſ. legatum hoc pro dote relictum ſtatim ante matrimonium deberi, & tranſmitti ad hęredes legatariæ, ẽt matrimonio nõ ſecuto, quoties ex certis quibuſdã cõiecturis apparebit, legantem hanc habuiſſe mentem. quod Bart. not. in d.§. Titio genero. per tex. ibi. ver. ſed cum ante nuptias. quẽ Doct. ibi ſequuntur, & Aymon in d. conſ. 101. Abb. cõſ. 92. lib. 2. vbi dicit, hanc opinionem cõem eſſe, quæ probatur in l. ſi extraneus. ff. de cond. ob cãm. quam etiam tenuerunt Anch. in conſ. 242. Corne. conſ. 40. nu. 15. lib. 4. ſenſit idem Corne. in l. 1. ad fi. C. de his, quæ ſub mod. & conſ. 311. lib. 1. nu. 14. optima glo. in l. 1. C. de inſti. & ſubſti. Arc. in conſ. 93. col. 3. qua rõne in ſpecie ſubintrat, q̃ ſi pater relinquat filiæ, cui alioqui legitimam portionem relinquere tenetur, centum pro dote, tale legatum eſt purum, non tantum in eo, quod legitimã attinet, ſed ẽt in eo quod ipſum legitimam excedit. ita Bar. cenſet in d.§. Titio genero. cuius opinio vẽ eſſe cõis, tametſi Bal. in conſ. 249. lib. 2. teneat contra Bart. cui denique maxime aduerſat tex. in d.§. Titio genero. ver. ante nuptias. in quo reſpondetur, Titio ante nuptias defuncto, Sciæ legatum non deberi, & tñ Scia erat filia teſtatoris.

Nono, ſubdeducitur ad effectum ſtatuti dicentis, q̃ ſi ha dotata exiſtentib. maſculis, non ſuccedat, filiam dici dotatam, q̃ pater ei relinquit mille pro dote, p̃ter etenim ita legãdo exercet actũ paternũ conſtituẽdi dotẽ filiæ, atque ideo ſtatuto ſatisfactum vẽ, ſecũm Bart. in d.§. Titio gño. Bal. Nouel. de dote. 6. par. priui. 17. col. pen. & par. 11. §. hactenus. nu. 22. & eſt cõis opinio ſecũm eundẽ Nouel. par. 1. col. 4. & Albert. Bru. in tract. de ſtatutis excludentib. fœm. in art. 6. q. 3. & q. 7. quo loco de veritate diſputat, aſſeuerans contrariam opinionem iure veriorem eſſe, poſt alios, quorum expreſsim mentionẽ facit. ſed pro Bar. eſt optima gl. in l. cũ plures. §. pen. verb. alio patre. ff. de adminiſtr. tut. quam ipſe Bar. ibidem notat.

Decimò, ex præmiſſis apparet, in ſpẽ huius ſtatuti, cuius mó meminimus, legatum a patre filiæ factum p̃ dote, non poſſe ſtatim peti, nec purum eſſe, ſed conditionale, quemadmodũ Bar. opinatur in d.§ Titio. non. n. tenet pater ſtante ſtatuto p̃dicto, dare dotem filiæ, nec ei relinquere ſtatim pure, ſed ſatis eſt, q̃ dos detur co tpe, quo matrimonium contrahendum eſt. Verùm quia Bald. in l. Iancimus. C. de nuptiis. contrarium tenet, idcirco Bart. ſententia põt cõmodè intelligi, vbi ſtatutũ diceret, fœminam extantibus maſculis non ſuccedere, dotari tñ debere. quod ſi ita conceptum fuerit ſtatutum, Fœmina dotata non ſuccedat extantibus maſculis, tunc falſa eſt opinio Bar. ſiquidem dicta dotis qualitas adeſſe debet tpe, quo filia excluditur a ſucceſsione, nec dotata dr ea fœmina, ſaltem vere, quæ dotem hẽt ſibi ſub conditione relictam. vñ in hoc caſu aduerſus Barto. tenuerunt Paul. de Caſt. ibidem. & Alber. Bru. in d. tract. de ſtatutis excludẽtib. fœminas. artı. 11. q. 3. eo tñ caſu, quo vera ſit opinio Bar. filio percipere debet alimenta ab hæredibus patris, interim dum matrimonij conditio non euenerit, authore Salyceto in d.l. Iancimus. col. vlti.

Poſtremo, in hac gõne, quam hic obiter examinauimus, adnotandum eſt, legatum relictum pro dote puellę adultæ, deberi ipſo dic, quo matrimonium contrahitur, per legitimum cõſentium præſtitum verbis, quæ de p̃ſti volgo dr, ſi autem legatum ſit relictum puellę impuberi, non debetur ei, donec ætatis nubilis ſit, & matrimonium de p̃ſti contraxerit, ſicuti Bar. explicat in d.§. Titio genero col. vlt. cui accedit Laurus a Palatijs in tract. de ſtatutis excludenti. fœmi. col. 39. Tametſi Nouellus in priui. 76. ver. primus. ſcribat, legatum impuberi relictũ vt nubat, ei ſtatim deberi cautione data, quamuis nondũ ſit nubilis ætatis. Cuius opinio refragatur his, q̃ Bar. ſcribit. Nam & ſi in caſu tradito p Nouellum conſtituamus, legatũ eſſe ſub mõ, attũ non erit ſoluendum donec ſaltẽ in hac ſpẽ, puella ſit nubilis ętatis, ex argumento l. nec ſemel. §. ſi in habitatione. ff. quand. dies legati cedat. tradit ex multis Emanuel a Coſta. in d.c. 20. nu. 2. tex. optimus in l. cum filium. ff. vbi pup. educari dẽat. Erit ẽt his addendum, quod ipſe adnotaui in c. officij. iſt. tit. nu. 10.

12 Glo. in loco, ſcribit, legatum ad alicuius† eccleſiæ conſtructionem non effici caducum, etiam ſi locus ædificio non fuerit deſignatus, quod Doct. hic approbant. & dicit hanc glo. not. Bar. in l. pater. §. Tuſculanus. ff. ad leg. 3. hoc ipſum probatur a Iureconſulto in l. ſi cui. vbi Bar. ff. de ann. legat. idem Bar. per tex. ibi in l. quidam. ff. de legat. 2. Bar. in l. ita ſtipulatos. 4. oppo. primæ partis. ff. de verb. obl. & ibi Ale. Iaſ. & Ripa nu. 19. Rom. in auth. ſimiliter. C. ad l. Falc. 27. ſpeciali, quib. accedit rõ huius cl. legatũ. ff. de uſufr. leg. cuius in p̃cedẽti notabili mẽtionẽ fecim⁹.

EX CAP. INDICANTE.

SVMMARIVM.

1 *Qualiter in hoc capite intelligãtur illa verba: Nuda verbis ſuffit vanundari.*

2 *Legatum relictũ eccleſiæ diuæ Mariæ, cui eccleſiæ ex pluribus debeatur.*

3 *In legatis cuius ſit electio, legatarij, an hæredis.*

4 *In legato dubio an comprehendatur quod maximum, an quod minimum eſt. & quid in legatis pijs.*

5 *Perpenſa l. Titia §. Scia de ann. & argen. leg.*

6 *Seruus legatus fugiens, cuius induſtria, & ſumptibus ſit inquirendus, hæredis, an legatarij.*

CAPVT

CAPVT INDICANTE.

Erba huius capitis ſunt apud diuum Gregoꝛ. lib. Epiſtola. 12. Epiſto 30. ad Petrum ſubdiaconum Siciliæ, q̃ ſi diligenter perpenderis, videbis, non oportere nimis anxiè perſcrutari intellectũ† horum verborum, *Nudis verbis* p̃ſt. n. intelligi nuda verba a teſtõ, vt Abb. & alij hic intelligunt magis cõiter, ita vt hæc fœmina voluerit decedere inteſtata, vel nuda hæc verba dãr, eo q̃ hoc legatũ fuerit factum abſq; ſcriptura. Io. Imo. Anto. & Barb. col. 1. Nuda etiam verba intelligo a ſolẽnitate iuris ciuilis non a ſolẽnitate iuris Canonici. c. relatum. in 1. c. cum eſſes. iſto tit. Sic etiam & quarto p̃ſt hæc verba appellari nuda ab illis ſuperſtitioſis legandi modis, quos antiquũ ius ciuile probauerat, quorumq́ue meminit l. 1. in princ. C. commu. de leg. §. ſed olim. Inſt. de leg. vbi Theophilus priſca cuiuſque modi verba refert. Ex his igitur hoc caput intelliges, tametſi glo. addiderit huic ſimilem iuris ciuilis deciſionem in l. ſi. C. de fideic. & immerito: cũ lex illa habeat peculiarem, & frequentiſſimo Doct. calculo probatum intellectum, vt procedat, q̃ hæres conuentus a legatario ex minus ſolenni teſtõ, negauit factũ fuiſſe legatum, & demum delato ei iuꝛo oppoſuit legatũ fuiſſe factum in voluntate minus ſolenni, hoc etenim caſu ſoluere cogitur hęres legatum vere relictum, quis in teſtamento minus ſolenni. ita gl. ibi. quã eius interpretes paſſim approbant, quod altius repetam in d.c. cũ eſſes. 5

Glo. magna quærit, facto teſtamento, & relictis decẽ aureis eccleſiæ diuę Mariæ, † cui in eo loco ſint tres eccleſiæ dicatæ, cui earum debebitur legatum? & reſpondet, pauperiori, hoc tñ procedit, niſi ex aliquot coniecturis contrarium appareat teſtantem voluiſſe. Abbas, Imo. & Doc. hic. Quid. n. ſi vna ex his eccleſijs erat intra propriã teſtatoris paręciam. l. quæ conditio §. fi. ff. de cõd. & demonſt. vbi Bart. aut in aliqua earundem eccleſiarum frequentius ipſe ſolebat orare. arg. l. qui ſemiſſes §. Mi. de vſur. Quòd ſi diſtingui non poſſit eccleſia pauperior, nec illa, de qua teſtator ſenſerit, ſcribit Cy. in l. j. C. de ſacroſ. eccle. legatum hoc tanquã incertum perire. l. ſi quit ſeruum. §. ſi inter duos. ff. de legat. 2. quod falſum eſt, nam p̃ milla lex non procedit in legatis pijs, ſicuti in p̃cedẽti c. diximus. Et ideo Hoſt. Ant. Abb. Imo. & cõiter Doct. aſſerunt, Eãm poſſe in hoc dubio legatũ iſtud integre concedere illi eccleſię, quam is maluerit eligere, c. 1. de paręciis. tametſi Barb. hic, col. 3. opinetur eſſe hoc legatũ inter præfactas eccleſias diuidendum æqualiter per tex. in c. cum quis. §. de ſepult. lib. 6. Cuius opinio mihi iure ueriori videtur aduerſus communem.

Eadem glo. quærit ad intellectum tex. qui meminit legati cuiuſdam † ſcutellæ argenteę, quod ſi teſtator plures argẽteas ſcutellas haberet, cui competeret electio? & reſpondet electionem eſſe hæredis. l. legato generaliter. §. 1. ff. de leg. 1. vbi probatur electionem hæredis eſſe, ſi teſtator legauerit incertum de certis, nempe Stichum ſeruum, cum plures Stichos ſeruos haberet. quod ẽt notat Conſtant. Harmenopulus lib. 5. tit. 10. Nam & idem eſt ſi legetur genus, & id non erat in hæreditate, licet ſecus eſſet, ſi ex eo genere aliqua eſſet in hæreditate ſpecies. quia tunc eligit legatarius, & erit exemplum, ſi teſtator dixerit, lego vnum de ſeruis meis. l. 3. ff. de vino, tritic. & oleo lega. d. l. legato gñaliter. & §. generaliter. Inſtit. de leg. notat Henric. hic quibus adiunge. dum erit, cum, cui electio 6 cõpetit, debere in eligendo æquitatẽ obſeruare, ita vt hęres deterius nõ eligat, nec legatarius id, quod melius eſt, accipiat. Conſtan. Harmenopulus in d. tit. 10. quod in d.§. 1. probatur, vbi gl. & Doct. de in d.§. generaliter. ſcribit hæc oĩa in dubio procedere. Nam ſi verba exceptiua legati dirigantur ad legatariũ, vel hęredem eius, omnino erit eligendi ius. Cæterum in alternatiuis legatis electio erit legatarij. gloſ. in l. Lucio. ff. de leg. 2. quam Imo. hic dicit notab. & magiſtram. Iaſ. in l. plane. 3. ſi. ff. de leg. 1. ad finem. & in proprio loco ſequuntur eam Bar. & Docto. cõiter. Hæc autem omnia locum hãt vbi electio † datur legatario, vel hęredi in his reb. quarum aliquam expedit potius non habere. In his vero rebus inanimatis quarum nulla inutilis eſt legatario, in legato dubio comprehenditur, & legata cenſetur minima res. l. nummis. ff. de leg. 3. l. apud Iulianum. §. ſcio. ff. de leg. j. ſemper in obſcuris. ff. de reg. iur. Imo. & Docto. in dd. legato gñaliter. §. 1. vbi Arc. col. 2. & 3. dicit hanc opinionem eſſe communem, ex quo vẽ huius gloſ. ſententiam falſam eſſe, niſi dixerimus in legatis pijs id comprehẽdi, quod minus ſit, non quod minus. l. Titia. § Scia. ff. de aur. & arg. leg. vbi Bar. hoc not. dicit illũ tex. ding. Rom ſing. 515. idẽ Abb. hic ſi. col. cui accedit Barb. nu. 12. dicens hanc opinionẽ eſſe cõem. Cõtrarium tñ conatur defendere & probare Dec. in d.l. ſp in obſcuris. & ante eum Bal. Nouel. de dote. par. 6. priui. 73. Imo & Iaſ. in l. ſi ita ſit ſcriptum. col. vlti. ff. de leg. 1. imo ẽt in obſcuris legatis pijs, quod minimum eſt comprehendi: non autem quod maximum eſt. quorum ſnĩa probatur in c. ex parte. de cenſib. vbi votũ ſoluendi duo Iacobo, & eius eccleſiæ miniſtris, vnã mẽturam tritici, intelligitur de minima menſura, nõ de maxima, ceſſante conſuetudinis interpretatione. nec Abb. intellectus ad illum tex. placet. nec procedere poteſt, vt optimè animaduertit Dec. Cui etiam ſuffragatur † d.§. Scia, pro cõi opinione paſſim adductus: quia ibi argentea imago intelligitur ſegata ea ratione, quòd in templo illo ſolum erant aureæ & argenteę imagines. Vnde voluntas teſtantis ex ea conſuetudine colligitur. nempe teſtatorem ipſum voluiſſe argenteam imaginem legare: non autem auream. quo fit, vt ibi potius probetur Dec. & Nouelli ſnĩa, q cõis, ſiquidem ex argenteis, & aureis imaginibus lex illa ſtatuit argẽteam deberi, libet tamen Iureconſulti verba referre:

Scia teſtamento ita cauit. Si mihi per conditionẽ herma nata contigerit, ipſa faciam. Sin minus autem, ab hęredibus meis fieri volo, rubeaq; figuram Dei exlibris centum in illa ſacraria, & in patria ſtatui, cum ſubſcriptione nominis mei. Quæſitum eſt, cum in eo templo non niſi aurea aut argentea ſint dona, hęredes Sciæ vtrum ex auro, an argento ſignum ponere compellendi ſint, an æreum? Reſpondi, ſecundum ea, quæ proponerentur, argenteum ponendum.

(Hęc tñ Caietani sñia sic, vt opinor, est accipienda, vt non negemus, ius Pontificium, assignare potuisse decimam, aliamue partem omnium fructuum, quę decima minor esset ministris ecclesiasticis ad eorum congruam sustentationem, ad ecclesias ædificandas, alasue expensas, quas ad ministerium diuinum fieri congruit, ad veteris legis exemplum, ẽt nulla pauperum expressim habita rõne. Sic denique, vt si ea pars curtu tpis aucta, aliasue rõne pinguior effecta, vsum necessarium aliqua ex quantitate excederet, non esset omnino quod excedit pauperibus lege iustitię debitum. Alioqui, q̃ ex decimis in admodum pretiosa ornamenta, vasa & ædificia expendit, pauperibus plerumque lege iustitiæ debitum esset, cum ẽt si deceat, sacerdotes in tẽplis miro modo fabrefactis, pretiosissimis ornamentis, & vasis vti, multa ex his poterunt videri arbitrio non temerario ad pauperes pertinere, si iustitiæ lege, quę vsum necessarium ac decentem excederent essẽ debita forent. Multa. n. quæ in his præter necessarium vsum ad decorem sic pertinent, vt absq; vlla lesione alterius licite expendi valeant, si pauperum lege iustitiæ rõ habenda foret, in his, quę legitimis, iustis ac decentibus vsib. superfint, videretur fortasis ea ex cã q̃sque legitimas, decentes, ac iustas expensas excessisse. Tametsi fatear decimam partẽ ministris, & ecclesijs datam fuisse iure Pontificio ea rõne, vt & cura pauperũ maxime illis incũbat, eoq; ex eã legem de dandis decimis iustioré in Christiana republica visam fuisse, q̃ si libere in quoscunq; vsus absq; vlla pauperũ rõne ministris ecclesiasticis liceret eos reditus expendere. Memini aũt decimæ partis, aut minoris ex eo, quod maioris nullũ habeamus ex diuinis literis exẽplũ. Quisuis non dubitẽ alimenta, & alia, q̃ sunt ad diuinũ cultum necessaria ministeris ecclesiasticis diuino iure deberi, vbi decima fructuũ pars aliqua ex causa non esset ad ea sufficiens. Sed & in Christiana republica summo opere curandũ est, vt tẽpla, vestes, vasa, & alia ornamẽta, quibus ministri vti dẽnt in diuini cultus ministerio, splendidiora, & pretiosiora sint, q̃ ea, quibus ad profanos vsus, ẽt principes vtãtur. Hoc etenim ex sacris literis veteris testi cõstat, & Christianorũ prĩcipũ vsu receptum fuisse historię ecclesiasticę authores tradidere.)

Tertio, ex eadem rõne apertum sit, clericũ habẽtem ecclesiasticum beneficium, posse licere disponere de illis reditibus, qui essent necessarij ad eius honestum sumptum, inspecta cuiusque qualitate, si eos præcipuos is habeat, qui alijde victũ, & necessaria sibi ministrauit. Hæc etenim pars bonorum ecclesiasticorum ministris per canones antiquos cõstituitur. c. ecclesias. 13. q. 1. tex. & ibi Abb. in c. de his. de eccle. ædifi. Tho. 2. 2. q. 185. arti. 7. in resp. ad 2. Io. Maior in 4. senten. dist. 24 q. 17. & q. 20. Et idem ipse dicerem in his reditibus ecclesiæ, & beneficij, quos dignissima mercede industriæ, & laboris impensi in ecclesiæ regimine recipit ipse, qui ecclesię curã gessit, ex Bolognino i Ana. cõl. 87. ubi ipse Ana. hoc ipsũ p̃bat.

Quartum, q̃ ex præmissis inferri põt, non facilem hẽt definitionẽ, sunt etenim qui opinentur, clericum hãtem † beneficium, vltra sibi necessaria, in profanos vsus reditus illius expendentem, mortale crimen committere, & teneri ad restitutionem illorum reddituum, quos ita expẽdit ex Hieron. dicente. Aliena capere conuincitur, qui vltra necessaria sibi retinere probatur. c. j. §. ordinãdus. 42. dist. Sensit hanc opinionem Tho. 2. 2. q. 45. art. 8. expressim asserit Alex. Halen. 3. par. q. 36. membr. 5. Ricard. in 4. sentẽ. dist. 45. art. 3. q. 1. Gabriel in 4. dist. 15 q. 8. Horn. 3. par. tit. 15. c. j. §. 19. Io. Maior. in d. 24. q. 17. dicens hãc opinionem esse communem, quam tandem probat Paluda. in 4. dist. 24. q. 3. art. vlt. quibus suffragatur tex. optimus in c. cõs. 12. q. 1. & in c. 1. 12. q. 3. Pulchre diuus Bernard. Epist. 42. col. 3. *Clamant*, inquit, *pauperes, nostrum est quod effunditis, nobis crudeliter subtrahitur, quod inuiter expenditis.* Huic opinioni accedunt Abb. in c. cum secundum. de prębend. prima col. & Archidia. & Domi. in summa, 44. dist. Felyn. in c. postulastis. nu. 6. de refer. idẽ in c. de quarta nu. 31. de præscrip. Anto. Burg. in c. 1. nu. 28. de empt. Sed hæc, atque alia a dictis doct. adducta, eo tẽdunt frequentius, vt sit illicit a hæc ecclesiasticorũ redituum distributio, non tamen ut sit restitutio necessario facienda. Præterea reditus ecclesiastici, qui superfunt vltra ministrorum victum, alieni dĩr non proprie, sed ex quadam metaphora, eo q̃ pauperibus essent erogandi, quod authoritate Hieronymi cõprobaturis etenim fieri bit, bona ecclesiarũ dici bona pauperum, quoad debitũ, quia eis debentur, non quoad cõium, nec quoad p̃prietãte, sicuti refert Card. a Turrecrem. in c. videntes. nu. 2. q. 1. Canon autem primus, 12. q. 3 id tm probat, acquisita ex reditibus ecclesiæ, aut beneficij, ad ecclesiã ptinere, quod omnes concedunt, nec inde sequitur, prælatum reditus sibi designatos per luxuriam consumentẽ, ad restitutionẽ teneri. Quamobrem, licet concedant hanc cõsumptionẽ absq; mortali crimine non fieri, negant tñ restituendi obligationẽ. Tho. & Caieta. 2. 2. q. 185. artic. 7. Præpos. in summa, 44. distinct. col. 5. Thom. quolibet. 6. art. 12. Sylvest. verb. clericus. 4. q 20. & verbo, restitutio. 3. q. 5. Adria. in 4. senten. incipiente, Pro clariori 4. cõclusio. Io. Arbore. in Theosophia. par. 1. c. 25. ad fi. & Ioan. Driedo. de liber. Christia. pagina 199. quorum sñia benignior est, & nostris hisce tpibus admittenda, ex totius Christiani orbis consuetudine, qua plurimum adiuuat. Nam post factam bonorum diuisionem inter ecclesiam & episcopum, ac sacerdotes ecclesiæ ministros, episcopi &

pi & ministri ecclesiastici verè dñi sunt eius fructuum portionis, quæ sibi cõtingit. Quod late tractat, & tradit Dominic. Soto lib. 10. de iust. & iur. q. 4. ar. 3. & 4.

(Ea verò pars, quę, vt diximus, Epis distinctè competit, a quocunque donata sit, ea lege, ni fallor, data censet vt Epi erga pauperes officio patrum, & pastorum in his quæ supersint vltra sibi necessaria vti debeant, & teneantur, si nec lege iustitiæ, saltem lege charitatis, quæ peculiari quadam rõne magis Epos, q̃ alios obliget. quamuis, vt dixi, non ausim constanter asseuerare, eos teneri in p̃dictis casibus ad restitutionem rõne eius partis, quæ iure, vel alia quacunque institutione distinctè ministris, ẽt epis competit. Etenim negari non potest, diuum Thomam, cuius authoritas apud omnes maximi debet esse momenti, huius fuisse sñiæ, atque itẽ eos oẽs, quorũ mõ meminimus, si eorum distinctio iuxta seriem, & ordinẽ ab eis non admodum obscurè significatam ad amussim expendatur. Nam & Caie. ipse restitutionis radicẽ ex natura communium bonorũ apertissimè deducit. quo fit, vt si bona ministris ecclesiarum, ẽt epis data sit separati, ac principaliter pro eorum ministerio, ea rõ, quæ accessorię, &, vt dici solet, secundario ad largitionem in pauperes expectat, nullo mõ videatur ad restitutionẽ obligare. Ea vero bona specialiter apud. S. Thomã, vsui ministrorum esse deputata intelligo, quæ distinctè ab his parrib. quæ ex canonum diuisione fabricæ, & pau perib. adsignatæ fuere, ministris competunt, vel quæ rõne ministerij eis donata sunt, quamuis eius sint quantitatis, q̃ necessarium vsum excedant. Alioquin nulla esset distinctio inter bona cõia, & specialiter deputata, q ua S. Tho. euidenter vtitur. Aliud etenim est, esse quædam bona necessaria ministris habita ratione vsus: & hæc in bonis cõmunibus continentur: aliud, esse quędam bona ad vsum ministrorum separatim deputata, & hæc distinctã a cõmunibus rationem habent.

4 Quinto, ex principali tassertione colligitur, in quotidianis distributionibus ecclesiastici beneficij, id animaduertendum esse, vt earũ dominium acquisitum censeri debeat, habenti bñficium, & eas percipienti. tex. in c. vni eo. de clericis non residẽ. in 6. ad finem. vbi Dom. & Frãcisc. hoc sentiunt. Barb. dicens illum tex. sing. in c. fi. col. fi. de pecu. cleric. not. gl. Gufiel. in extrauag. 1. ne sede vacan. inter cões. verb. consueuerit. in 1. Dec. cõl. 280. col. 1. quorum opinio cõis est, sicuti eam secutus asserit Paris. cons. 33. vol. 4. col 2. Constat. n. has distributiones a canonib. ecclesiæ ministris concedi ob illud ministeriũ, quod altari, aut diuino cultui impendunt. idem not. Bologninus in Ananiæ cons. 87.

5 Sexto, ex his constat rõt decretalis, ad hæc. ist. tit. qua p̃batur, clericũ posse, ẽt in egritudine cõstitutum, cã donationis inter viuos, reditus ecclesiæ in pia erogare cãm, mõ in hac donatione moderamine vtatur, si ex ea egritudine decedat, sed si in bona existens valetudine velit in pios vsus aliquid expendere de bonis mobilibus, id agere poterit libere, nulla p̃finita quantitate. quod ẽt p̃bat in c. quia Ioannes. iuncta glo. 12. q. 5. not. Abb. Anchara. Imo. & Barb. in d. c. ad hæc. Vñ oportet a viuẽte fieri traditionem horum bonorum, quæ sic donãtur. Barb in d. ad. hęc. 2. col. (ad hunc saltem effectũ, vt fraudis p̃sumptio, & suspicionis indicium euitetur, quo ficta censeri possit donatio ista ab ægroto facta.)

Septimo, clericum beneficium ecclesiasticum hõtem proprio testamento non posse disponere de bonis occasione ecclesiæ acquisitis. tex. in hoc c. cum in officijs. ẽt si illa bona acquisierit occasione reditus ipsius beneficij. tex in c. relatum. in isto tit. vbi Abbas. ide in Abb. latius in c. cum esset. co. ti. in relectione. nu. 23. Cuius opinio omnium consensu recepta est, omnes etenim iuris vtriusq; professores hoc verum esse iure fatentur, licet Palud. in 4. senten. dist. in. 1 5. q. 3. arg 6. clericis permittat libere testari de reditibus beneficij, quod manifeste conuincitur p dicta iura, & cõem sententiam, quæ procedit non tñ in reditibus collectis ex beneficio, sed ẽt in rebus emptis pecunia, q̃ eisdẽ reditib. fuerit collecta. Barb. in c. inquirẽdũ. de pec. cler. nu. 7. Steph. Bertr. cõl. 259. vol. 2. qd p̃bat in d. c. relatũ. & in hoc c. & id passi sentire vñr Doct.

6 Octauo, põt ex his † perpendi veritas glo. in d. c. p̃ti. de offi. ord. lib. 6. quę dixit, clericum posse libere testari de bonis ex simplici beneficio acq̃sitis. cuius opinionẽ tenuit Host. in c. fi. de pecul. cler. ex c. requisiti. in fi. isto tit. & inquiunt Ant. & Imo. in d. c. fi. opinionem hanc in praxi receptã esse. Eam vero falsam esse nos arbitramur per tex. in c. Epis. 14. q. 1. vbi p̃batur, canonicos, qui simplex beneficium obtinent, non habere bona ecclesiæ, vt p̃pria, sed ad dispensandum. idem ẽt constat ex his, quæ in p̃cedentibus assertionib. adducta fuere. Nam iura p̃hibentia clericum testari de reditibus beneficii, absque aliqua distinctione loquuntur. Nec oberit tex. in d. c. requisiti. vbi id tm probatur, relictum canonico alicuius ecclesiæ, ipsi canonico acquiri, nec præsumi debere, causa ecclesiæ ei legatum factum fuisse, ex quibus gl. opinio iure non procedit. & ita eam reprobant Abb. in d. c. cum esses. nu. 23. idem hic. idem i n c. 2. de deci. & in c. fi. de pecul. cler. Archi. in cap statutum. §. assessorem. de refer. in 6. Inn. in c. indecorum. de æta. & qualit. Dom. & Fran. in d. c. p̃ti. col. 3. Barb. in trac. de pręsc. Card. par. 1. q. 3. nu. 80. idem in d. c. requisiti. isto tit. nu. 34 idẽ in c. fi. num. 14. de pecu. cler. eandem opinionem dicunt esse veriorẽ Imo. in d. c. fi. Bertr. in d. cons. 258. vol. 2. & communem Ias. cons. 75. vol. 3. & Alber. Trotius de uero & perfect. cleric. lib. 2. c. 51. nu. 7. id tñ concedi poterit, pensionarij posse proprio testamento disponere de reditibus ex pẽsione ecclesiastica p̃ceptis, & eo intestato eosdẽ reditus ad legitimos successores pertinere, sicut de iure id p̃bat Hiero. Gigas in tract. de pensionib. q. 52.

7 Vltimo, hinc potest deduci, an † Romanus Pontifex valeat permittere propria dispẽsatione clericis testamẽtum facere, & in eo bona illa distribuere, quæ ex reditib. beneficii acquisierunt, qua in q. Abb in select. c. cum esses. isto tit. nu. 30. scribit, non posse Romanũ Pontificẽ sine maxima causa hanc testi libertatem concedere. Barba. hic, 5. col. idem Franc. in rub. isto tit. in 6. col. 32. Quin & Barb. scribit in tract. de prest. Card. 1. par. q. 4. licentiã hanc testandi a Romano põtifice concessam clericis de reditibus beneficiorum, esse intelligendam ad pios vsus, non alios. Ipse uero considero bonorum ecclesiasticorũ administrationem ipsi Romano pontifici, & eius canonis constitutionibus commissam esse. ca. videntes. c. præcipimus. 12. q. 1. quib. quidem canonib. separatim ab ecclesię ærario conceditur episcopis, & clericis ecclesiarũ ministris certa ex reditib. ecclesiasticis portio. c. de reditib. c. cognouimus. c. mox est. c fancim'. 12. q. 2. Tho. 2. 2. q. 185. art. 7. & quodli. 6. art. 12. ad hæc accedat ẽt q̃ p̃hibitio testandi clericis inducta est iure humano, quod constat ex hoc c. & alijs, quę in præcedentib. conclusionibus adduximus, alioqui si iure diuino esset p̃dicta p̃hibitio inducta, non posset permitti vllo pacto dispensatio Romani pontificis. quam Abb Franc & alij passim concedunt, sicuti probaui in epitome de spon. 2. par. c. 7. §. 9. nu. 4. Quod si Papa dispẽsare põt hanc testandi lcẽm, valet dispensatio sine cã, quis inique concedatur, ut in eadem epitome tradida d. §. 9. nu. 8. Consequitur ergo ex his, posse Romanũ pontificẽ facultatẽ testandi de redditibus, & bonis ecclesię occasione acquisitis, epis & clericis concedere. Nã & monachis id concedi posse a Papa, diximus in c. 2. ad ii. iti. ti. vbi plures authores huius assertionis retuli, qui & hanc opinionẽ, quam mõ asserui, expresse profitẽtur, eam que vsus Christiani orbis recepit, & asserit

scrit communem esse Dec.cons.512.col 2.

8 Erit tñ isthæc lcia ꝛ testandi ita restringenda,vt in'primo testamento intelligatur,non in secúdo arg.l. boues. §.hoc sermone.ff.de verb.sig.l.dotis promissio.ff.de iure dot.c.nō potest.§.1.de præb.in 6. notat in hac specie eleganter Philip.Dec. cons.512. cui subscribit Soc. Iun. in cons.89.1.vol.cons. dicens sic respondisse insignes Iurisconsultos,dum hæc quæstio in lite tractaretur, & idē pōt comprobari ex pluribus,quæ Alcia. congerit in d.§. hoc sermone.& Hippo.in rub.ff. de fideicom.nu.97.Ias.in l.diuortio.§.quod in anno.ff.soln.matr. & insigni compendio Mart.ab Azpilcueta in c.placuit. de pœn. dist.6. nu.166 in his etenim,quæ odiosa sunt, simplex cōcessio primum actum tantum respicit.& idem in onerosis.d.c. non potest.& in d.l. dotis promissio. notatur in l.placet. ff.de lib.& posth.Cald.cons.16.de iure pbtr.Felin.in c.2. de treug.& pace.Qua rōne idem Soc. Iun.d. cons.89.co natur probare, lcíam testandi a Romano pontifice præstitam Epis,morte Romani pontificis re integra cessare quia hic actus odiosus est,& nō extinguitur morte ipsius glo.in c.a nobis.in 1.de sen.excom.communiter ibi recepta.l.fi ff.de pœnis.notant Abb.& Fel.in c.ex lite. de constit.& Mar.ab Azpilcueta in d.c.placuit.nu.161. qui pulchre aliquot explicuit,quę minus diligenter tractauerat Feli.in c.licet vndique.de ol.deleg. Sed & Decij opinionem in d. cons.512. post huius operis primam & secundam editionem vidi probatam esse a Tiraq.in d.§.hoc sermone.nu.128.quæ tñ modo mihi dubia vī ex his,quæ ab eodem Tiraq.illic traduntur. limit.17. authoritate Bald.in c.1.in prin.col.penul.vers.deinde quæro, pone q̄ princeps.tit.de pace Constantiæ. (Et præsertim authoritate Io.And.& Dom.in c.non potest.§.illud.de præb.in 6.ex quibus ipse censeo Decij opinionem in praxi nō fore admittendā. Nam & post huius operis tertiam editionem legi eam iure improbātem Hieronymum Albanum de Cardinalib.q.48. Sed & Socini Iun. responsum fortasis hodie admitti non debet,cum ea licentia, magis ad principis,cui pudicat,q̄ ad actū aliquē odiosum accedat.)

9 Verūm moribus receptum est,vt solis epis hæc testādi licentia sit necessaria:quidem clerici omnes liberē testantur,& in vltima voluntate distribuunt bona, quæ ex reditibus ecclesiarum adepti sunt, atque in eisdem intestati decedentes successores habent parentes,fratres,cęteroſq; cognatos. Hanc tñ consuetudinem damnant plerique,ex eo quod in 2.ist.tit.approbetur consuetudo, q̄ permittit clericis testari in pios vsus,aut in prēmium alicuius ministerij ipsis viuentibus clericis a tumulis impē singeneralis ergo consuetudo nō recipitur,quem tex.dixit esse sing.Rochus Curt. in ſi. de confic.fol.paruo 48. col.4.hunc abusum reprobans. cui opinioni assentiuntur omnes Doct.hic,& in d.c.relatum.& in fin.de pecul.cle. Abb.in d.c.cum esses.in relect.14 col.Fran.in rub. hoc titu.in 6.col 32.Barb.in tract.de præst.Card.3.par.q.4.Io. Mat.in 4.sent.d.14 q.20.Ang.verb.clericus.2.§.13.Sylue.verb.clericus.4.q.2. Alua.Pela.de planc.eccl.2.par.artic.28.col 3.Archi.in sum. 12.q.5. quorum opinio magis cōis est, vt ex præmissis aperte constat. Sed quoties animaduerto reditus hos ecclesiasticos,de quib. agitur, a canonibus ministris ecclesiarum adsignari separatim ab illis bonis,quæ ecclesijs conceduntur ad ædificia, vestes,aliaq; necessaria,quoties video,ac memoria repeto, hanc testandi ꝓhibitionē iure humano statutam fuisse, non possum consuetudinem præmissam damnare, quippe qui certo sciam Romanum pontificem,ecclesiæ Principes,totius orbis Christiani consensum, vel applausum eam probare, saltē tacite, vt inde coniecter sępissimē rēistā summum præsulem,ac Cardinales,Epos, Cæsarem, & Reges cogitasse,& huic vsui consensum præstitisse,cū nulla possit cā ꝓponi,cur mores tot annis tā conua lescentes,intactos dimiserint,ni eos proprio consensu ꝓbassent. Sic sanè Carolus Cæsar Hispaniarum rex anno 1523.comitis totius regni Pintię habitis,c.47.iussit,hāc consuetudinē vti legitimē inductam seruari. Et hoc ea constitutio posset referri, ac deduci ad consuetudinem succedendi clericis solum ex testō, tñ vbi moribus obtētum fuerit,idem quoad successionem ab intestato,eisdē rationibus hanc consuetudinem admittendam esse opinor. consuetudo autem ista siue ad successionem ex testamēto,siue ad successionem ab intestato, testib. est legitimē probanda,vel aliis modis, quibus iure probanda est,vt secūm illam pronuntietur.(Cæterum, Regiam cōstitutionem promissione vti approbante, non solum cōsiuente,ex eo euidenter constat,quod secūdum eam iudex,qui de ea re sniam dicturus est, non tātum absoluet hæredē clerici a petitione ecclesiæ, fabricæ, vel pauperū sed & ipsam hæreditatem hæredi eam petenti, & nō possidēti adiudicabit,& tradet, quod alienū est a sola pmissione conniuente,ac tandem propriū pmissionis eā consuetudinē approbantis. Alioqui is Iudex grauiter peccaret, nec deberet in Christiana Republica eiusdem sniæ exequutio permitti.)Sed & quantum attinet ad successionem istam,vel ex testō,vel ab intestato,vt clerici hæredes habeant in rebus acquisitis ex reditibus ecclesiarū idem apud Gallos cōi vsu obseruatum est, vt pter alios testatur gl.in pragm.sanctione.ti.de annatis.§.item qd. verb.acquisitos.Neq; desunt doctissimi viri,qb.hęc snia placuerit:nempe Host.in c.fi.col.2.de pecul.cleric. (ver. & hoc seruat consuetudo.) Faber in §.his verò. Instit.de rer.diuis. Palud.in 4.sent.dist.15.q.3.ar.6.Hor.3.par.ti. 10.c.3.§.14.Guido Papæ decis.105.Guli Bene.in c. Raynutius.ist tit.verb.& vxorem.nu 264.Io. And.in reg.nemo plus.de reg.iur.lib.6.Io.Gallas q.139. ad finem.in 6. & alij,quos refert & sequitur Philip.Probus in c.pēti.de off.ordin.in 6. quibus adstipulatur text.in c. cum tibi.de verb. significat. vbi Abb. ex illo text.idem probat.est & egregius tex,in extrauag.Io.22.dusceptī.de elect. dicens valere consuetudinem, qua inductum sit fructus būficij vacantis per aliquod tps ad defunctum pertinere. Ergo de illis ex cōsuetudine potuit testari, vel illos fructus cō sanguineis,alijsq; hæredibus relinquere. nec soluit hanc rōnem exactę Panor.hic scribens in hac specie,præiudicium inferri futuro successori, non ecclesię. Nam & illa bona, quæ clerici defuncti ex reditib. ecclesiæ acquisierint,futuro successori reseruantur.c.pēti.de offic.ord.in 6.cap.relatum.in 2.ist.tit.igitur eadem ratione in eis cōsuetudo poterit ꝓcedere, siquidem & hæc consuetudo, cuius initij memoria hominum non est,idem efficit,qd principis lcia,& priuilegium.l.3.§.ductus aq. ff.de aqua quot & æsti.c.1.de pscr.in 6.cui p quibuscā. de verb.sign.quē tex.dicit sing.Abb. in c. p venerabilē. q filij sint legi.3.col.Rom.sing.269.Cōmendat Ias. in l. is q putat. ff.de acq.hære.Abb.in c.cum nobis.de pscr.Fel.in c.accedentes.& idem post Abb.in c.cām. eo.tit.Franc.Balb. de pscr 5.par prin.q.7.& 2.par.3.partis prin.q.6. Hipp. sing.80 Probus in c.2.nu.7.de præb.in 6.sed Papa priuilegio pōt hanc lcíam exhibere,igitur consuetudo ista totius orbis poterit idē efficere:cum & cōsuetudo legi humanæ deroget.c.fi.de consue.l.de quib.ff.de legi.l.venditor.§.si constat.ff.comm.præd.Abb.in d.c.fi.2. col. Nec me in contrariū snīam induceret tex.in d.c. relatum. cū ibi approbans Rom.Pontif.illam cōsuetudinē, tūc vigētē,non reprobat hanc, q̄ mō frequentissimo vsu fetuat.

(Hæc vero,me scriptille,lectorē admoneo,his rōnib. quib.ad eorum ꝓbationē vsus sum, & ea præsertim, q̄ nō video cōiorē bonorū ecclesiasticorū, cui' a canonib. mētio fit,eo iure inductā,qd nō subsit S.Sedis Apłicę,& iuris Pontif.in constitutionib.vt tandē existimē, diuitionē eorū,ēt quo ad dominiū fieri potuisse.Cēseo tñ distributionem

tationē istam eo ālo fore recipiendā ac recipi debere ab his præsertim,qui non solū professione Christiani, & cōis Christianorū legi addicti esse debent,sed ob speciale munus,in quod diuina inītone sacris ordinib. fūsceptis electi fuere,eaq; rōne inter Catholicos, ut lucerē ardentes exēplo lucere tenentē,vt in expendendis ecclesiasticis reditib.quos,ēt ut ministri seperatim percipiunt,sit illis satis,culpa mortalis criminis esse eos infectos,si male pter vlum necessarium,& pias largitiones illos distribuere non uereantur. a mortali siquidem culpa,imo & ab omni specie mali præ cæteris eos abstinere oportet.]

Gl Bernardi ex primis huius c.verbis illud satis vulgare adnotauit,donatariū obligari naturali quadā honestate ad būficij accepti remunerationē.l.sed & si lege §.consuluit.ff.de peti.hæred.d.l.si pater.§.vl.ff.de don.l. metū aūt.§.sed licet ff.qd met.caus. Nec.n. donatio remuneratoria pōt propriē donatio dici. l. Aquilius Regulus.ff.de don.Bar.ibi.& idē in procemio ff.4.col.Abb. in ru.de don.Ias.in §.sed si quis.nu.8.de actio. idē in l. ex hoc iure.ff.de iust.& iure.huius remunerationis aliquot effectus cōmemorās,qd diligentius agit And.Tiraq.in l.si vnquā.C.de reuo.don.verbo, donatione largitus.nu.11.Ivbi Rip.q.14.eandē opinionē probat, ex qb.cōem esse constat,licet Dec.in l.donari.ff.de regulis iuris.post gl.in d.§.consuluit.teneat remunerationē verā & propriā donationē esse,cū nullo iure cogente fiat.Cui spe rādeo,obligationē illā,q̄ ex rōne naturali inest hominib.ut grati sint būfaciētib,inducere ad remunerationē.Nā,ut scribit Seneca lib.2.de būf.c.18. & qdē diligētius q̄rēdus est būficij,quā pecuniæ creditor, huic .n.reddendū est quantū accepi,& si reddidi,solutus sū, ac liber,at illi plus soluendū est,& nihiloīnus relata gratia cohæremus.Vñ hanc remunerationē ex rōne naturali procedere deduxit eleganter Fortu,in l.1.§. ius naturale.ff.de iust.& iur-illat 10.Quin & ingratitudinem pōtīn esse constat,qñq; mortale,si contingat cōtēptus būficij accepti.Tho.& Caie.2.2.q.107.ar.3.quanus qui būficiū intulit,ius exactionis non habeat,cū ālo liberali id egerit,& tō remuneratio non est debita ex legali obligatione,sed ex honestā,& mortali,ut idē Tho.probat.2.2.q.106.ar.4.5.& 6.Adeo,vt nulla actio in republica detur aduersus ingratos,qui mortali ēt crimine ingratitudinē cōmittunt,ne tot lites orianē. His etenim actionib.non sufficerēt oīa fora atq; ita utile fuit reipublicę nullā actionē ex hoc initiui,authore Seneca li.3. de būf.c.7.ex quo constat,aut Macedonas actionē aduersus ingratos lege datā fuisse,& idē apud Athenienses statutū fuisse,testatur se legisse Lud.Cęli.li.4.lectio.Antiq.c.28.quod ex Valerio Maximo.constat li.5.c.3.§. Phocion.Eādē actionē aduersus ingratos apud Persas data fuisse scripsere Xenophon lib.1.de Pædia Cyri.Ioan. Steb.serm.42.& Themistius in cōmentario de Amicitia.Vñ quidā censent,non Macedonas,sed Persas legendū apud Senecam,q̄ ipse minime probauerim,tametsi ex Xenophonte li.1.cōmētariorū,appareat, Athenis parentib.aduersus filios actionē hāc dari, non aduersus alios,ut tādē possit de hac actiōe intelligi Valerij Maxi. loc.,& inē Luciani alter ī Abdicato.Sic ēt licet pacto nudo oriatur naturalis obligatio.l.1.ff.de pact.Iuris gentiū.§.ptor ait.ff.eo.tit.idque pactū violare,pōtīn mortale sit regulariter.gl.cōiter recepta in c.1.de pactis. tamē ad euitandas tot in republica contentiones,expēsas,iurgia,& lites,nulla datur ex pacto nudo actio iure ciuili. d. Iuris gentium.§.sed cū nulla tametsi æquitatem illā naturalē sicri Canones secuti actionē ex pacto nudo dederint,in c.1.de pact.& pię ac sanctissimæ huius regni sanctiones.l.1.tit.8.lib.5.in or.reg.cōiter.n.his & in pauc.verbis,arbitror verā sentiē rōnem illius hactenus indefessę disputationis,an ex pacto nudo actio iure ciuili,pōtificio,& regio oriat,& potuissem,ni ipsens tractatus impedire,eā rōnem comprobare,ostendens sępissime aliquid illicitum fieri,& mortali commisso crimine non tamen a iure ciuili nec canonico pœna exteriori puniri,actione iudiciali rescindi.

01 Habet tñ hęc ipsā remunerationis aliū effectū,ut repetitionē impediat eius,qd solutū fuit errore iuris.Nā qui gratificatur alteri,a quo beneficiū accepit credens sese ad id teneri errore iuris,iam animo consentit naturaliter, vt remunereť amicū,nec errat in naturę vinculo,& consensu naturali,licet errauerit in iure.Igit non repetit.l. cū qui C.de iuris & facti ignorant'Ad id conducit tex. in d.§.consuluit.quo decisum est,eū qui donauit,si antidota accepit, esse, locupletiorem, ergo ab eo repeti id non pōt,non.n.diceret factus locupletior, si ab eo repeti datū posset.Eandē snīam ꝓbat l.idē q.§.fi.ff.mā. ex quib.& alijs hanc opinionē defendunt Fortu.in d. illatio.12.& Zasius li.1.sing.rēf.c.3.nu.22.licet gl. cōiter ibi recepta ac nouā rōne per Ias.munita,cōtrariū teneat in l.ex hoc iure.ff.de iust.& iure gl.in d.§ consuluit Bar.& Doct.in d.l.cū quis.Bar.in l.si testō.§.1.ff. de fide iuss.& Doc.in l.si non sortē.§.libertus.ff.de cōdic.inde. per tex.ibi,qui probat,libertū repetere non posse operas officiales,& obsequiales,quas patrono præstitit, credens ipsum ad id teneri,posse te repetere fabriles operas eodem errore præstitas.Ille uero tex. potius probat primam opinionem,quia operæ officiales & obsequiales renuntiationem præse ferunt, attento iure ciuili, non fabriles.

11 Sunt etiā qui aliū huiusce remunerationis effectū cō minilcantur,ꝓmissi Reg.l.q̄ permittit parētib.tertiā,& quintā bonorū partem,cui uelint ex filijs donare,aut relinquere,pręter eā partem, q̄ et iure æqualis diuisionis inter filios faciendæ,cōpeti,existimant.n.donationem remuneratoriā a patre filio factā, vt æs alienū ante alia deducendū esse,nec imputandā fore in tertiā & quintā bonorū partem.Io.Lup in rub.de don.inter uir.& uxo. §.30.nu.11. Didacus a Segura in l.cohæredi.§.cū si 12.ff. de vulg.falent.16. Didacus a Castel.in procemio Taurinæ sanctionis.uerbo,gratia.qb.adstipulari videtur.l.ūicuus.ff.si quid in fraud.patron.dicens,vnus libertus bñ merentib.amicis donare potest,legare vero non potest quo patroni partem minuat.Ego ex donatione remuneratoria sicut pōt minui patroni portio lēgitima,ita & filiorū,cum hæ portiones sint similes.l.fi.C.de inoffi. testa.& ibi Doct.Ias.in auth.nouissima.eo.tit.col.2.Huic vero effectui minime consentio,quippe qui satis compertum habeam,donationem remuneratoriam a patre filio factam,ꝑ aliorum filiorum legitimam portionem minime posse diminuere,neque uti æs alienum deducē dā esse,sed in legitimā donatarij portionem imputandā,atque in his regnis in tertiam,& quintam bonorum partem.ex gl.quam expressim approbant præter alios Paul.& Ias.col.ti.in auth.vnde si parens.C.de inoff.test. Pulchre Aymon Saul.cons.165.col.2.alioqui possent facillime filij portione legitima priuari.Nec obstat d.l.vnus.quia loquitur quoad portionem legitimam patrono debitam Bald.in l.2.oppo.4.C.de inof.don.est enim minori prædita priuilegio,quam portio filijs ex lege cōpetens sicuti adnotauit Ias.in l.eū qui.C.de inof. testa. vbi argumentationem a legitima portione patroni ad portionem filiorum non omnino procedere,optime asserit. Id vero quod Iurisconsultus i d.l.vnus.de legatis dixit,ut ea minime patroni patrem diuminuant,ēt bñmerentib.relicta,tō procedit,quod leuata ab hæredib. præstanda sunt,ad quos ifthæc obligatio remunerationis,vt æs alienū non tractit.Bar.in l.ambitiosa.col.1.ff. de decret.ab ord.faci Possit tamē hic effectus admitti,

quando ministeria,operæ,beneficia,ob quæ remunerato-
ria donatio fit, eius essent conditionis,ut in iudicio
pater conueniri posset ad remunerationem, quod in
specie Aymon in d.cons.respondet.

Eadem remunerandi obligatione perpensa,pôt dari
intellectus ad Regiam l.9.tit.4.lib.5. ord. qua cauetur,
donationẽ ab extraneo alteri coniugium factã, ex iure
Regio non esse vtrique coniugi cõem,vt locũ habeat ĩ
simplici donatione,non remuneratoria, ea etenim in-
ter vir.& vxor.diuidenda erit.Roder.Suares in l.1.titul.
de acquisitis,lib.3.Fori,limitatione 3.quia hæc non est
proprie donatio.Nec tamen hic tractamus de donatio
ne,quæ Castrens.est,aut quasi Castr.si quidem in hac ma
teria bene distinguit Regia lex.

EX CAPITE AD HAEC
SVMMARIVM.

1 *Vera & communis ratio huius decisionis.*

CAPVT AD HAEC

HACTENVS in precedentis c.interpretatione
latis hunc tex.explicuimus,& iô nihil im-
morabimur,obijcit tũ gl.aduersus eius de
cisionem illud in iure manifestũ.Quod vna
via prohibetur,alia permitti nô debet.Cur
igitur pmittitur clericis tit. eleemosynæ,ĩ
moderatæ donare reditus ecclesiæ,cũ eis sit pohibitum
testamenti iure idem facere?Est tũ precedens regula iu
ris intelligenda,quando quid prohibetur attento effe
ctu,nam si uno modo vetitũ est,also permitti non de-
bet.Hæc vero decisio est intelligenda,ubi aliquid prohi
betur attento modo agendi.Non enim oportet,nec de
ex concedi clerico a iure licentiam testandi de reditib.
quos ab ecclesia peceperat,quia disponeret, ac distribue
ret bona illa in tempus,quo nec vere,nec ficte eorũ do-
minus futurus est,nec etiam dispensator,quippe qui bo
na illa non possideat,ut propria, sed tanquam aliena,iu
re eius obitum extinguendo,nec ad eius heredem tran
situro.ita Anch.& Abb.Imol.& Doc.hic.Et licet in ægri
tudine facta horũ bonorum distributio possit uideri in
fraudem ecclesiæ,ex c.2.de renunciatio.in 6.gl.in ca.de
his,de spulto.& in c.Rainutius.verbo, deducendas. iff.
tit.& regu 8.Cancel.tamen attento huius constitutio-
nis moderamine,his & alijs cautelis occurritur,[quid
autem Regia partitarum lex in huius capitis intellectũ
explicuerit,constat ex l.vlt.tit.12.par.1.]

EX CAPITE QVIA NOS.
SVMMARIVM.

1 *Peculium,quod in cæteris filijsfamilias est aduentitiũ, in*
clericis filijsfamilias erit castrense, vel quasi castrense.
2 *Vsusfructus bonorũ, quæ filijsfamilias clerico acquiruntur*
patri non competit.
3 *Clerici in minoribus ordinibus constituti ex dẽ iure cõsentur.*
4 *Prima tonsura an sit ordo.*
5 *Filiusfamilias antiat liber patris potestate per sacerdo-*
tium,aut Episcopalem dignitatem.
6 *Testamentum clerici an possit rumpi ex causa præteritio-*
nis, vel exhæredationis.
7 *Militis testamentum,an sit liberum a querela, & iure*
dicendi nullum.

CAPVT QVIA NOS.

EX hac decisione colligitur clericũ proprio
1 testandi ẽtio posse distribuere,& cui voluerit
relinquere bona,quæ uela consanguinei,
vel ex propria industria acquisiuit. quod
tractauimus in c. 1. huius nu.11. Subdit ta-
men hic Bernar.clericum in his bonis, quæ ex reditib⁹
ecclesiæ acquisiuit parem esse filiofamilias, qui testari
non potest,nisi de castrensi,& quasi castrensi peculio,
quasi velit bona ista cedere aduentitia, aut profectitia,
ea vero,quæ aliunde quam ex ecclesia habuerit,esse ca-
strensia,vel quasi castrensia,quam similitudinem aptat
eleganter Cardin.consilio 79.columna.1. Peculium er
go, quod in alijs filijsfamilias, est aduentitium, est in
clericis filijsfamilias castrense, vel quasi castrense, vnde-
cunque clericis filijsfamilias bona,aduenerint. Inn.Ho.
Card.Anto.Imol.Anch.Abb.& Barb.hic col.2. te. in l.
Sacrosanctæ.& in auth.presby.C.de episco.& cle. Paul.
Cast.post alios in d.l.sacrosanctæ.regula.l.3.tit.20.parti.
1.quæ idẽ dicit de bonis,quæ pater donauit filio existen
ti in patria ptãte clerico tũ.quod ipse intelligerem in do
natione facta prætextu militiæ clericalis, poterit ergo
clericus de hisce bonis testari,sicuti Doct.idem fatenẽ.

2 Neque horum bonorũ omnium vsusfructus patri q̃
ritur,sed integer proprietati adhæret,siue sint bona que
sita occasione militiæ clericalis,siue ex alio tit. quidqd
dixerit Iaco.Butr.in d.l.sacrosanctæ. contrarium asse-
rens in his ultimis bonis,huius tamen opinio aduersus
cõem est,& apertissime reprobatur per tex.in d. auth.
presbyteros quẽ ad id dixit singul. esse Roder. Suar. in
q.Maioratus.fol.vlt.col.1.post Paul.Cast.in d.l.sacrosan
ctæ.& Io.Lup.in rub.de donatio.§ 42.num.7.In his ve
ro bonis,quę,antequam fieret clericus,filius habuit,pa-
ter usumfructũ haber,neque per testamentum filij fit
in tali vsufructu patri pręiudicium. Dec.in c.præsentia.
nu.64.de probs.Saly.& Faber.in auth.ingressi.C.de sa-
crosan.eccle.Roder.Suar.d.fol.ult.& Ioan.Lupi.in d. §.
52.nu.13.Abb.in c.constitutus.de in integ. restit. licet
ipse in dict.c.in præsentia.nu.56.dubius tamen, contra
rium asserat.

3 Id autem,quod mõ diximus bonaſa clericis etiam fi
lijsfamilias acquisita quocunq; iure post ordinẽ assum-
ptum censeri castrensia,vel quasi,locum habet etiam in
clericis minoribus. præditis ordinib. quod hic fatentur
omnes,Ioan.Lup. Decius Suares,paulo ante citati.Quĩ
idem erit in prima tantum tonsura infignitis, sicuti in
hac specie adnotauit Barb.hic,& Roder. Suares. in d.
iol.vlt.col.1.Cæpol.cautel.113.ex his quæ notat Abb.in
rub.de uita & honesta.cleric.licet Imol.hic dubitet.Pri
ma enim tonsura ordo non est.gl.in auth.de monach.§.
lancimus,verbo tonsura. Turrecrema.in c.cleros. ar. 5.
12.dist.Tho.in 4.sent.dist.24.q.3.art. 1.& ideo iustam
dubitandi rationem habet ipse Ioan.de Imol. Cuius du
biam opinionem,ut certã asserit Vigilius in 9.qui alie-
no.Inst.quib.non est permiss.facere testament.numero
18.quibus nos recedimus,vulgo receptam sententiam
secuti,ex d.auth.presbyteros.& Regia l.2.Nam primã
tonsurã ordinem esse probat tex.in c. cum contingat.
de ætu.& qualit.ubi Ant.& alij id concedunt communi-
ter.Barb.in c.quanto.de consuetud.col.2.& 3.dum de-
fendit,nouem esse ordines ecclesiasticos.idem Io. Ma-
ior.d.dist.24.q.1.Saltẽ negari non potest, esse primam
tonsuram initiũ quoddam sacri ministerij, & officium
ecclesiasticum.ex c.1.69.dist.& canon.14.Synodi septi
me.sc.vlt.de temp.ord.in 6.tametsi opinio Barb. Maio
ris & aliorum probari non possit quo ad propriam,& 4
veram ordinationis sacræ significationem.]His accedit,
quod clerici in minoribus degradantur. c. 2. de pœnis in
6.& ibi Doct.communiter. Antonius in c.at si clerici.
de iudi.Barba.in cap.cum non ab homine.2. columna
co.tit.Ioan.Bernardus insignis pręlat Calagurritanus in
praxi criminali c.132.nec refragatur tex.in c.clericus.ĩ
2.de uita & honest.cler.dicens clericos in minoribus or-
dinib.constitutos esse,sine gradu,[intelligit enim sine
gradu sacro.]gl.cõiter recepta ibi,quam sequi. Cor. in
sing.verbo,accusatio.ubi addit glos.sing.in summa.32
erit.quæ asserit clericos minoris ordinibus præditos ci
ci large constitutos in sacris notat Abb. in c. clericos.
Fateor tamen hanc degradationem actualem minime

morib.

morib. receptã esse in hic, qui minoribus ordinib. sunt
insigniti.[Hanc vero degradationẽ memini me legisse
apud Diuũ Hieron.in epistola ad Pammachiũ, regra-
dationẽ dici.idẽ Hiero.lib.2.in Iouinianũ,& in Ioannẽ
Hierosolimitanũ,eadẽ dictiõe vtiẽ,regradationẽ appel
lãs,vbi qs ab altiori gradu suo vitio ĩ inferioré deuoluit
5 Sacer aũt ordo non ĩ liberat filiũ a patria potestate.
auth.presbyteros.C.de epis.& cle. Abb. in c.indecorũ
de eta.& quali.& in.c.constitutus.de in integ.restit. idẽ
Abb.in c.cũ desideres.& in c.cũ voluntate.§ fi. de sent.
exc.contra gl.ibi.& in d.c.indecorum. Tametsi Episco-
palis dignitas filiũ eximat a patria potestate.auth.Epis
copalis dignitas.C.de epis.& cler. c. per venerabilẽ qui
filij sint legi.Fran.in rub.huius tit.col. 17. idẽ operatur
religionis professio.gl. in l. si ex cã. §. Papinianus.ff.de
minor.quã dicit sing.Barb.in tract. de præst. Card.i.par. 1
q.1.nu.69.Sic filiusfamilias creatus Cardinnalis Roma-
næ ecclesiæ,immunis est a patria potestate.gl. in extra-
uagan.Execrabilis.de præb.iter cões.verb.sublimitatẽ. 2
Barb.in d.nu.69.quæ quidẽ locũ habent in his tãtũ, in 3
quib. vtile est ipsi filio a patria potestate liberũ cẽseri,
nõ in his,in quib.hæc libertas esset ei dãnosa,& grauis.
Bar.in l.utẽ ĩ potestate.ff.de his q̃ sunt sui. Alex. in l.sub
cõditione.ff.de libe.& posth.Barb. in d.q.j. col. pen.di 4
cens hanc opinionem communem esse,optime Catel.
Cotta,dictione,Episcopalis.
6 Probat ptẽrea in dictione, ĩ libere, hic tex. clericũ te- 5
stari posse de his bonis,q̃ pter ecclesiæ reditus acquisi-
uit, ita libere, vt nec ex cã exhæredationis subiaceat 6
querelæ,nec ex pteritione dici possit nullũ hoc testm,
gl.vlt. ĩ d.auth.presbyteros.quã existimat sing.esse p̃ cæ 7
teris Rode Suar.in l.qm̃ in prioribus.C.de inof. testa.fol.
3.col.4.idẽ no.Abb.hic deducta argumẽtatione a mili 8
te,q hoc priuilegiũ hẽt.l.vlt.C.de inof. test. l. Papinia-
nus.§. Papinianus.ff.de inof.test.l.instituta.§. de inoffi- 9
ciosis.ff.e.t.Quin ĩ ẽt iure uouissimo testm militis fi- 10
7 lios pteuntis,aut sine cã exhæredãtis, nec rũpi posse,
nec lubia cere querelæ,notãt Imo.in l.filio ptẽsto. nu.
35.ff.de iniust.rupt.Roma.& Ias.col.pe.in l.sicut.C. de
testa.mil.Vigilius in §.sed si.Insti.de exhær.liber. nõ n.
est correctio antiquarum cõcedenda,ni expressa ad id
decisio nouũ iuris accedat.Ergo hæc testã rata omnino
erũt.nõ irrita ex cã pteritionis,aut exhereditationis,li
portio legitima pẽti possit a prẽteritis liberis, aut inq;
exheredatis.sed quanquã illhæc de testo militis opinio
fubrib disputatione a Viglio,& Iasone tractetur, nõdũ
a cæteris recepta eit,imo frequentiori cẽlentu diffinitur,
testm militis,ẽt in castrensi peculio,filiũ pẽtẽrũtis,
vel inque exhæredãtis, aut parẽtes ẽt excludentis que
rele subiectũ esse,aut rumpi posse.Barb.hic col.pe.gl.
in l.vlt.C.de inof.test.Bar.in auth.ex cã.C.de libe. prę-
terit.quã ibi cæteri sequuntur.idẽ Bar.in d.l.filio prę-
terito.nu.22.quorũ opinio cõis eit,vt fatentur Alex.in d-
auth. ex cã. col.4.Ias.in d.l.vlt. col.pen. & idẽ in d.l.si
cut.nu.8.quæ etiã orobantur in auth.vt cum de appel.
cognosc. §.aliud quoque.& in §. & hęc quidem. coll 8.
idem notat gl in l.Papinianus.§. Papinianus. verbo,cõ
tra veteranos.ff.de inof.testa. & esse hanc sententiam cõ
munem asserit Paul.in l.j.eiusdem tit. Vides igitur qua
ratione Abb.argumentatio subsistere nequeat. Alia ve
ro consideratione eadẽ Abb. sẽtia potest admitti, nem
pe ex l.filiã tuam.C.de inoffi.testamen.vbi Bald.notat,
liberum testamentũ diei,quod non admitti querelam,
ergo testamentum clerici nũ potest rescindi ex cã præ
teritionis,nec intuitũ conferi ex ratione exhæredatiõis
inquæ,cũ in hoc capite liberum esse dicatur. atque ita
Abb.opinionem etiã tenuerunt Iac. Butrig. & ibi Bald.
in d.auth.presbyteros.idẽ Bal.in d.l.sacrosanctæ. Ang.
Paul.& Iacob.in l.j.colum. ij. ff. de inoffi. testa. Angel.

in d.auct.ex cã.ubi Corn.nu.3 t. eandẽ sequitur. & nu.
46.dicit ei esse cõem sententiã. licet ab ea discedãt Bar
ba.hic,& Sal.in d.auth.presbyteros. & in d.auth.ex cã.
nu.18.quib.ipse non admodũ inuitus acquiescerem. Per-
missum tamen est, ẽt admissa communi opinione, fi-
liis & parentib.legitimam portionẽ ex bonis clerici pe-
tere,licet rumpere non possint eius testamentũ, quod
oẽs fatentur. Ego equidẽ eo libentius ab his, quæ cre-
berrima olim inita clericis testantib. liberrimẽ conce
derentur, recederem, q̃ videam id permitti habentibus
primam tonsurã,in tanta eorũ multitudine, vt paslim
iura filiorum ac parentum hac rõne oino corruant.

EX CAPITE CVM ESSES.
SVMMARIVM.

1 *Quot testes iure ciuili, & regio sint in testamentis ne-*
cessarij.
Regia l.1. titulo secundo, libro quinto ordinatio. explicatur.
2 *An sit aduersus legem diuinam, exigere plures,quam*
duos testes in aliquo actu.
3 *Legata in minus solenni testamento relicta, an in iudicio*
animæ debeantur.
4 *Ex minus solenni testamento naturalis obligatio oritur,*
at rursus non oritur, vt in responsione probatur.
5 *Lex ciuilis inducens solemnitatem testamentariam, iu-*
sta est.
6 *Sententia a iudice lata veritate comperta, authoritatem*
habet in iudicio interiori.
7 *Testes in testamento an sint de solemnitate substantiali,*
formali,an probatoria.
8 *Quando ratione cessante,cesset lex.*
9 *An ex minus solenni testamento sit permissa retentio:sit*
10 *ne peccatum eo vti,aut contra id agere, ac denique*
an sit locus denuntiationi Euangelicæ.
11 *Substitutio pupillaris expressa matrem excludit etiam*
in foro animę.
12 *Verus & communis huius cap. intellectus.*
13 *Quatuor testes sufficiunt iure canonico in testamentis,*
absque presbytero parochiali.
14 *Fœmina an possit iure canonico esse testis testamento.*
15 *Huius canonis excommunicatio non lata sententiæ, sed*
ferendę censetur.

CAPVT CVM ESSES.

AD PERFECTAM, nec tamẽ prolixam hu
ius cap tis interpretationem, pro pręsta
illius decisionis rõne dubitãdi,pmitto, Te
stamẽtũ quod in scriptis,sit exigere fidẽ
testiũ subscriptionẽ,& sigilla testõris,etiã
subscriptionẽ.l.hac consultissima.C. isto ti. 9. sed cum
paulatim.Inititutio.eo.l.ad testium.§. si quis.eo.ti.Re-
gia l.j.& 2.titulo primo,parte sexta. Quin & ultra præ-
missa Taurina.l.3.requirit tabellionẽ, qui subscribat te
stamento proprio nomine,& signo, in testib.autem si-
gna remittit. Nuncupatiuum vero testamentum fieri
debet coram septem testib.d.l.hac consultissima.§. per
nuncupationẽ.Iure Regio oportet,ut testamentũ nun
cupatiuum fiat coram tabellione,& tribus testib. si ta-
bellionis copia adsit, alioqui coram quinque testibus.
Quod si nec tot testes facillimẽ adesse possint, erit ia-
tis coram tribus hunc actum fieri.l. prima ti. 5. ordi. at-
que eadem.Iolemnitas seruanda eit in testamento facto
inter liberos,& in codicillis.Regia l. 3. Tauri.

Sed & illud notandum eit, condito testamẽto p nun
cupationẽ,cui præsens fuit tabellio, ut notarius.& pub
blica persona, nõ oportere fieri testiũ depositionẽ iudi-
cialẽ,sed illam examinationẽ testium, qui actui inter-

c 2 fuerunt.

fuerunt gl.cõiter recepta in l.2.C.quẽadmod.testa.peri. Bar.in l.2.ff.hoc tit.Ias.late in l.2.C.de bon.poss.fin tabul.col.3.si qdẽ absq; hoc publico examine fidẽ adhibere testamento iure necessarium est.Si vero tabellio,uti testis actus interfit,iudicialis hæc contestatio & examinatio accedere debet.Bal.in ru.C.de fide instru.nu. 19.

Illud ẽt præmissa Regia lege est considerandũ ,sat est se testm nuncupatiuũ fieri corã duob. t testib. & notario publicũ munus exercente,si in eo loco plures testes facillime non possint haberi.Nam tabellio supplere poterit defectũ illius testis,qui deest, & præterea publicã authoritatẽ habebit.Constat.n ex eadẽ Regia lege tabellionẽ supplere numerũ duorũ testium , mirũ ergo nõ erit,si habeat locũ vnius,& authoritatẽ tabellionis, vbi non possunt actus plures testes interesse.Sæpe tũ vidi controuertiã, an lege Regia necessaria sit subscriptio ipsius testatoris in codicillis,& in testõ nuncupatiuo.Quidam etenim censent, id necessarium esse in protocollo notarij,quia Regia pragmatica cõstitutione cõtrahentis subscriptio in contractib.requiratur.Alij vero contrarium tenent in hac specie,ex eo qđ in testamẽtis lex non requirat hanc solennitatẽ.Et hæc quidẽ posterior sna magis probari vt ex rõne legis tertiæ Tauri cuius paulo ante meminimus,vbi in codicillis nõ alia requiritur solennitas,quã quæ ex l.1.tit.de testamentis lib.5.Regarum ordinat.in testõ nuncupatiuo erat necessaria.At ex l.Regia nõ requirt ꝓ solẽnitate subscripto testatoris in testõ nuncupatiuo nec etiam iure cõmuni secundum quod licet testm in scriptis habere debet subscriptionem testatoris,non tñ testm nuncupatiuum,quanuis,id fiat corã tabellione,& periscripturam, secundum communem omnium adnotationem in l.hac consultissima §.per nuncupationem.C.de test.& in §.sed cũ paulatim.eadem lege l.1.& 2.tit.1.parti.6.Nec obstat Pragmatica constitutio Regum catholicorum anni millesimi quingẽtesimi tertij,qua statutum est,ꝙ in omnibus scriptis & contractib.ipse,qui contrahit, uel scripturã corã tabellione conficit,subscribat ciuidem tabellionis protocollo.Nam & si iure cõi hoc necessarium non sit secuti colligitur ex Abb.Fel.& alijs in c.1.de fide instru. Regia constitutio non tractat de testamẽtis,q peculiarẽ habent a iure statutam solennitatem,praeter quam nihil aliud est necessario exigendũ,adhuc tñ hæc opinio dubia,quidem est,& fortassis Regia pragmatica etiam in hoc casu obtinet,atq; ideo prior sententia verior videtur Greg.Lopez.in l.2.tit.1.par.6.nec mihi displicet.

Admonitus tñ a viro quodam iuris vtriusq; peritissimo,dictã legẽ primã tit.2.lib.5.credi,vtpote scriptorũ corruptã fuisse,ea qua potui diligẽtia,codicẽ vetustissimũ legi,qui in huius Maximi Saluatoris collegij bibliotheca seruatur,atq; ex eo tensus Regiæ constitutionis hic est, vt testamentum nuncupatiuum fieri debeat corã notario,& trib.test.Si vero coram notario non fiat , adesse debere quinque testes,si in eo loco horũ sit copia, alioquin sufficere tres testes ipsi testõ præsentes esse.Hactenus Regia constitutio ex qua apparet maxime mutatũ eius intellectũ esse his verbis,quæ modo in vulgatis codicib.adscripta fuere ,ex his etenim non admodũ sibi constat distinctio in ea sanctione expressim facta,quod lector nõ iudicio discerni potest.[Ex eo præsertim , qđ anno M. D LVII. reg o'Philippi secundi regis catholici,ac domini nostri decreto & authoritate editæ fuerint regiæ ordinationes,in quarũ l.5.tit.4.l.1.litera cõstitutionis antiquæ in pristinum esse statum restituta,sic sane,vt ipse existimem testm nuncupatiuum corã quinque oppidanis testib.dictũ aliq; tabellione validum esse etiam si tabellio ex eodem oppido facile vocari ad cũctũ posset, ꝙ si nec quinque oppidani testes, nec tabellio haberi possit,sit satis corã trib. oppidanis testib. fieri testm.Addit Regia maiestas veteri constitutioni testamentum nuncupatiuum fieri posse coram septem testib.ẽt exteris,ẽt absque tabellione,& ut par est ex ipsius legis cõtextu.etiam si in eo oppido potuerint facile tabellio,& oppidani testes uocari.]

Quib.omnib.refragatur hęc constitutio , qua cauet, testamentũ factũ corã parocho,& duob. testib. validũ esse.Vnde oportet has iuris utriusq; decisiones ad cõcordiã reducere aliquot explicitis huius. c. intellectib.

primus nanq; intellectus dicat hunc textũ procedere in his testamentis,quę pietatis causa fiunt.gl.hic, ĩ §. 1.2.q.4.quæ quidem interpretatio manifeste refellitur ex c.sequen.quod testamentis in pias causas condendis aliam peculiarem solennitatem speciatim aptat.

Secdo tex.hic intelligit adeo pie vt eius decisio vbiq; locũ sibi vẽdicet,ẽt in foro seculari,& ꝓfanis legatis,ex plosis iuris ciuilis solẽnitatib.quasi legi diuinę aduersis cũ ex ea cuiusq; rei veritas duob.testib.cõmittaẽ,atque huic interpretatiõi accedũt Brixiẽsis in additiõe ad gl. § 1.2.q.4.Host.Vinc.Ant.& Ab.hic ĩ lect. ĩ relec. col.3. & id vbiq; seruare scripsit Alc.ĩ l.1.C.de sacrosanct.ecc. Hoc tñ oĩum fere iudicio reijcit,nec admittẽdũ est ab his, q verã huius rõsi rõnẽ adsequi cupiant.Quis enim ferat, totum fere ciuile ius de ordinãdis testamẽtis,a tot Cęsaribus,ac viris sapiẽtissimis cõprobatũ inigratis cã euertere.

Ea vero rõ nobis negotiũ facessit,ꝙ lex diuina duorũ tñ testimoniũ in qualibet re sufficiens t esse diffinierit, qua in re aĩa dubitandũ cẽseo,legẽ diuinãduorũ testimoniũ ꝓbare,quasi velit iniquũ esse regulariter vnius testimoniũ quẽquã dãnari,nõ tñ vetat eadem lex ,quin qãq; ex negotij qualitate pluriũ fides sit necessaria,aut talẽ Reipublicæ cõueniẽs.Qđ ex ea cõstat lege, dũ dixit, I ore duorũ,vel triũ testũ stat omne verbũ,non.n. temere distinxit duorũ uel trium testimoniũ,sed ad hunc effectũ,ut ostẽderet omne uerbũ stare in ore duorũ , uel trium,vel plurium,si hoc legũ conditoribus ad reipublicæ regimen vtile visum fuerit,perpensa cuiusq; negotij qualitate,& hoc ipsum est,quod insigniter docet ,tex. in c.licet vniuersis,de testib.dicens.*Quia licet quędã sint causæ,quæ plures,quam duos exigant testes,nulla tamen est causa,quæ vnius testimonio,quamuis ltimo terminetur.* vbi Abb.illum tex.ad hoc notauit.idẽ probat tex.in c.nullã damnationẽ.& c.presul.2.q.4.optime Tho.2.2.q 70.ar. 2.Alioqui quid[obsecro]diceres,cot legib,præuta deliberatione statuta,ꝙ plures quam duos testes requirunt audereẽne afferere eas omnes diuinæ legi aduersari? ĩq dem eadem ratione posset mille in discrimina satis anxios conijcere eos , qui hisce legib. obedire coguntur. Rursus apertissime constaret,contrõẽ istã , ꝙ mõ interpretamur,a lege diuina discessisse,cũ necessario exigat ꝑter duos testes,parœcialis presbyteri fidẽ,& testimonium,sicuti aduertit egregie Fortu.in tract.de ult.ti. illat.15.hunc,ẽm intellectũ reprobans.Nec oberit his,q̃ diximus tex.hic dãnatus Host.ecclesię consuetudinem veluti alienã a lege diuina,generali ecclesiæ consuetudine,& Sanctorum institutis,quia non reprobat Romanus Pontifex hic consuetudinem hanc , ex eo quod contraria sit legi diuinæ,sed quod illis diuinæ legis uerbis in ore duorũ stat omne verbum,generali totius ecclesiæ catholicæ consuetudine ad testamenta deductis addito presbytero parœciali oĩno esse aduersa ,cũ tñ teneaṁ ecclesiæ catholicæ consuetudinem sequi c. cum non liceat.de pœn.c.1.c.de his 12.dd.ex quib.cõstat,hũc ẽm intellectũ tãsum esse.qđ Fort.euidẽter demõstrat.

Felinũ sequaf Hiero.Gigas in tra.de pensioni.q.6. nu.
13.nisi intelligamus eũ tutũ esse,quo ad actus valorem
[Illud libenter his oĩb.addiderim,quod Præp.in c.quia
circa.de consan.& affinit.col.2.adnotauit scribens mã
datũ ad dispensandũ circa impedimentũ mrimonij eo
ipso hẽre uim dispensationis quamuis mãdatarius non
ẽdũ dispensauerit.Vtif.verb.mandatũ.Poterat etiam vti
ratione gl.in l.Paulus,per procuratorem. ff. de acquir.
hæred.Sed licet Paul.Parif.consi.57.li.4.col.vlt. de opi
nione Præp.videatur dubitare,neque eã oĩno probaue
rit,ego plane falsam eã esse censeo.Imo existimo ex eo
mandato non posse matrimonium contrahi,neque cõ
tractum valere priusquam mandatarius ptãte sibi com
missa vsus dispensauerit.Neq; video qua ratione opi-
nio Præp.iure probari possit.Sed & ingenue fateor Io.
And.nusquã cogitasse id,ad qđ allegatur. Scribit etenĩ
mandatum ecclesiæ,quo ipsa mandat uirum,& uxorẽ
cohabitare,inter quos,vel est impedimentum dispẽsa-
bile vel eius suspicio,uim hẽre dispensationis. Qđ quã
diuersum sit ab opinione Præp.non est difficile cogni-
tu.Præter hęc Ant.Maria Papazon in additiõib.ad Ro
tam.2.in nouis.de fil.presbyt.alleuerat,in Rotæ præto
rio fuisse obtentũ,non habere mandatum ad dispen-
sandũ vim dispensationis,contra Io.And.in d.c. literas
Quod vero adduximus ex gl.in d.l. Paulus diuersam ra
tionem hãbet,præter quã qđ ea opinio gl. maxime su-
specta vĩ.Neq;.n.oĩno placet Iac.de Arenis, & Lino in
Lt.C.q admitti.neq; Alber.Cuma.Pau.Rom.& Are.I
Lt.C.q admitti.neq; Alberi.Cuma.Pau.Rom.& Are.I
d.l.Paul.tametsi Bar.ibi in l.gerit.col.3.eo.ti.Bal. item
d.l.1.q.29.& 30.videantur eam probare, mihi profe
cto dubiam,& incertam etiam in speciali mandato.]

EX §. SEQVENTI.
SVMMARIVM.

1 *Nullus gradus iure diuino hodie prohibitus est , qui nõ sit & lege naturali vetitus.*
2 *Graduum prohibitiones Leuitici c.18. expressim factæ, non omnes sunt iuris naturalis.*
3 *Intellectus c.fi de diuorc.*
4 *Gradus primus in recta linea secundum omnes, & ulte riores,iuxta tuciorem opinionem iure naturæ prohi-bentur.*
5 *Gradus primus in transuersa linea iure naturæ prohi-betur.*
6 *Nouerca iure naturæ in coniugium admitti non debet.*
7 *Relictam fratris potest quis seclusa iure humano,in vxo rem accipere.*
8 *Eusebij in historia ecclesiastica locus animaduersus.*
9 *Patruus iure naturæ potest neptem accipere uxorem, & id eo nunc poterit ex Romani Pontificis dispensa tione.*
10 *Papa potest dispensare in aliquot gradib; ex contentis c.18.Leuitic.*
11 *Episcopus,nec legatus a latere,non possunt dispensare in prohibitione c.non debet.de consang.& affinit.*
12 *Gradus remotior a stipite,tantum considerandus est in prohibitione coniugali,& in dispensatione.*
13 *Proles ex consanguinea suscepta,potest esse iusta dispen sandi causa.*
14 *Impetratio dispensationis non tenet,si tacetur matrimo nium contractum fuisse sciunter inter prohibitos.*
15 *Dissimulatio Principis an habeat vim dispensationis.*
16 *Lex ciuilis non potest matrimonia prohibere.*
17 *Romanus Pontifex,qua ratione possit prohibere coniu-*

galem contractum.
18 *Consuetudo an possit aliquot personas reddere inhabiles ad coniugium contrahendum?*
19 *Consuetudo illa an exigat scientiã Romani Pontificis?*
20 *Fama an probet impedimentum matrimonij?*
21 *Testis unicus an probet matrimonij impedimentum?*
22 *Fama sola,vel vnicus testis an impediat matrimonium contrahi præcedentib.sponsalib.iuratis.*

§. DECIMVS DE GRADIBVS diuina,naturali,vel humana lege prohibitis.

Aberrvm cũ ex ꝓmissis constet,quo
in iure posset Rom. Pontifex dispen-
sare,operępciũ erit agere, qui gradus
sint quoad mrimonia,in affinitate,&
consanguinitate,diuina naturalive le-
ge ꝓhibiti.Ac primũ oĩum illud notã
dũ est,nullũ gradũ iure diuino ꝓhibi
1 tũ hodie esse, q idẽ naturali iure ꝓhibitus non sit. I.ex
.n.vetus adue ntu Christi expirauit.c.translato. de cõst.
docet Tho.1.2.q.98.ar.1.& q.104.ar.3.Magist.in 4.sen.
dist.3.& ibi cæteri Theologi,atq; Alfonsus de Castro li.
de hrsib.in verb.lex.In lege aũt Euangelica nullũ ꝓce-
ptũ continet,q̃ non sit iuris naturalis,ꝑter ꝓcepta de sa
cramentis,atq; de fide.Tho.1.2.q.108.ar.1.& 2.idẽ qđ-
lib.4.ar.13.igitur circa mrimoniũ nullus gradus erit di
uina lege prohibitus,qui nõ sit iure naturali.Aduerten
dũ ergo ad gradus iure naturæ ꝓhibitos.†Nec.n. grad'
2 oẽs Leuitici.18.prohibiti,iure naturali ꝓhibent,qđ ꝓ
bat Th.1.2.q.10 5.ar.4.Caie.2.2.q.154.ar.9. Rosensis in
libello de matr.Regis Angliæ,& Alfonsus a Castro lib.
primo,de põt.legis pœnal.c.vl.quo i loco scribit,sed iam
hac in cã lata a Rom.Pontifice fuisse,eiusq; retulit literã
prout Romæ fuit pronuntiata.Quod aũt prohibitiões
ibi expressæ non sint iuris naturalis, probatur, ibi .n.
prohibetur frater relictam fratris sibi matrimonio co-
pulare,& cõstat eadẽ lege Mosaica licitũ fuisse fratri re-
lictã fratris decedẽtis absq; ꝓle vxorẽ accipere. Sed si le
ge naturali relictã a fratre i vxorẽ accipere nõ liceret.
nullo pacto licuisset cũ ea mrimoniũ cõtrahere,fratre
absq; prole defuncto,ad equidem licebat.igitur dicta ꝓ
hibitio non est iuris naturalis.Præterea si naturali lege
illicitum foret,relictã a fratre accipere vxorem non ꝓ
basset Romanus Pontifex coniugia contracta in c. fi.de
diuort.† Verũ cum ibi illa coniugia essent cõtracta. an-
3 te conuersionem contrahentiũ ad fidẽ,ex legis Mosai-
cæ licentia,cui indigent approbatione Romani Ponti
ficis?Si quidẽ ab infideli iuxta propriam legem,naturali
iuri in imme contrariã, matrimoniũ contractũ firmũ
est,atq; legitimũ , & durat ẽt si ad Christianã fidẽ con-
uertant contrahentes & sit contractũ conttra canones
c.de infidelib.de consang.inspicit.n.initiũ contractus,
& illius tpe licebat ita vxorẽ ducere,igitur dissolui nõ
dẽt hoc mrimoniũ,qđ ab initio ltime cõtractũ fuit.ca-
ga udemus.de diuor.in princ.& in c.fi.qui filij sint leg.
Regia l.fi.tit.6.par.4.Ille etenim cõtractus licitus fuit
ab initio,cũ iudei ẽt si inter Christianos habitẽt, Mosi
cis legib.regantur.ex notatis ꝑ Fel.post alios ibi in c. 1.
de const.eundẽ Fel.in c.Iudæi.in 2.de Iudæ.& ibi Ana
ni Ias.in l.qui se patris.C.vnde liberi.nu.24.Soc. consi.
119.in 4.vol.ẽt quo ad cõiugales prohibitiones.vt no
tat Barb.i cõs.13.in 4.vol.Quare igit̃ in d.c. fi.de diuor
tijs.dispẽsatio Rom. Põtific. exigit?Illud ꝓfecto rndeti
põt,Romani Pontificis approbationẽ tũ ibi exigi, q̃
ꝓhibitio coniugalis,q̃ ibi violatur,potissimum accedat
prohibitioni naturali,qua rõne authoritas Romani Põ
tificis ad euitandũ scandalum exacta fuit.Possim & ali
ter rndere dictæ obiectioni,si dicero illa mrimonia i bi
dem contracta fuisse post conuersionẽ ad fidẽ Christi,

& propter fragilitatẽ eorũ,qui nouiter Christi fidẽ ꝓ-
fessi fuerant, approbat summus Põtifex matrimonia iã
contracta,& prohibet contrahenda,quod sensit Paris.
cons.68.vol.4.nu.275.[Eãque causa summus Pontifex
matrimonia iã contracta non dissoluit , quia illi, qui
nuper christianã fidẽ susceperant,ignorantia quadam
existimabãt,sibi licere lege Mosaica vti circa matrimo
nia cõtrahenda.Quæ quidẽ ignorãtia fortasis nõ adeo
erat supina,& crassa in illis,qui non erant ita instructi i
legaliũ cessatione.Quãuis hæc ultima interpretatio nõ
sic conueniat literę huius rñsi,vt prima.]Itẽ non oẽs gra
dus,& prohibitiones Leuitic.18.expressas esse iuris na-
turalis probat ex eo qđ ibi prohibitũ est,ne quis sororẽ
uxoris in coniugẽ accipiat,& tñ Iacob dues sorores in
vxores accepit,Liã.s.& Rachel,ut cõstat Genes.c.29. Si
id equidẽ iure naturali non liceret minime hoc Iacob
fecisset.Consequitur tandẽ ex his,non oẽs prohibitio-
nes Leuitici,iuris naturalis esse.Imo in d.c. 18. non agi
de impedimentis cognationũ circa matrimonia,sed ibi
prohiberi,ne consanguinei,aut affines in incesta facino
ra prolabantur,probare conatur Alfonsus Viruesius in
trac.de matr.Regis Angliæ.3.hypotesi.
4 Oĩb.tñ diuini,& humani iuris professorib.id placet,† 4
primũ gradũ i recta ascẽdẽtiũ,ac descẽdẽtiũ,linea,iure
naturali prohibitũ esse rõnib.quas nos adducimus hoc
c.§.6.notant Tho.& Caiet.2.2.q.154.ar.9.nec in hoc é
controuersia.[Nã & idẽ probare conat Socrates apud
Xenophontẽ li.4.cõmentariorũ.ꝑtametsi apud barba-
ras quãdã notationes fas fuerit parentib. stupro coire
cũ liberis,sicuti commemorat Quintus Curt.li.8.de re
gione proxima Schitiæ,quã quidẽ regionem Naura ap-
pellatam esse tradit,idẽ Persis lege lata licuisse constat
ex Strabone,Catullo,Quintiliano,& Tertulliano,scri-
bitq; Ludo.Cæl.li.antiq.lect.10.c.18.qđ ẽt testatur Con
stanti.Harmenopul.libro.1.Epitomes iuris,tit.1.[Et idẽ
tradit Theodoretus li.3. de curan. Græcorũ affect. q.li.
9.ciusdẽ legis meminit,ei' authorẽ asseuerãs fuisse Zarã
dã.Sed & Chrysostomus in li.de.viginit.c. 9. scribit im-
pune fuisse Persis matres in vxores accipere . idem
Chrysostomus Homilia 7.in priorem ad Corinthi. at-
q; itẽ Diuus Aug.in qõnib.de utroq; mixtis. c.115. eius
legis meminit,q̃ Persis cum filiab. coire permittebat.
Sed & Philo li.de specialib.legib.commemorat, honora
tiores Persas matrimonia cum matrib contrahere. Idẽ
constat ex Dione Chrisostomo oratione 10. Diuus etiã
Chrisostomus in lib.vno aduersus gentes retilit, Zeno-
nẽ stoicę sectæ ꝓfectũ lege sanxisse,cõmodũ esse,cũ ma
trib.& fororib.misceri. Scribit & ad hæc Xanthus in is
q̃ inscribuntur Magica,coire Magos cũ matrib.& filia-
bus,& fas ers esse coire cum fororib , quemadmodũ ex
ipsius Xanthi testimonio tradit Clemens Alexandrin'
li.3.Stromat. id etenim forinis morib. tribuendum est
potius,quam humani iudicij decretis,ad hæc aũt plura
scribit Tiraq.7.I.connubia.nu.2 .Nec mirũ uideri cui
quam debet plerunque apud gentes palã permitti vitia
& crimina,quæ legi naturali aduersantur,id enim con-
tingit ex errore in particulari,non in vniuersali,nam li
cet in aliquo homine dictamen naturalis legis extinctũ
& sopitum sit in sua specie,non tñ inde sequitur in eo
prorsus extinctã esse legẽ naturę cõem,ex qua tanquã
ex principio communi illud particulare deducitur.Sic
nulla est tam effera gens,quæ tubitet,sit ne licitũ con-
tra iustitiam agere,aliquem innocentẽ occidere . alicui
iniuriã inferre,quæ itẽ ignoret a malo declinãdũ,bonũ
agendũ esse,sed an ex tali causa,nempe sacrificij ratione
liceat aliquem occidere,rem alterius sagaci quadam in
dustria occupare,apud plerasque nationes ex errore
in particulari licitũ,& probũ existimat, quẽadmodũ do
cet Ioan. Driendonius de liberi Christ.pag. 52. idem ex

plicat

pliest Domini Sot.li.1.de iustit.& iure,qõne 4.ar.4.& 5. Isdque constat testimonio Iustini martyris in dialogo cum Tryphone [Nam apud Germanos latrocinium non reputabat inquũ,vt scribit Cæsar de bello Gallico,nec apud Aegyptios,authore Gellio,nec apud Lacedæmonios,authore Lygurgo eorum legislatore,quemadmodũ tradidere Xenophon.in Laconũ republica.Io Stobęus serm.42.& Cal.li.10.lect.antiq.c.1.rapto enim viuere quibuldam honestũ fuit ex Quintiliano li.1.c.9.] en sit tñ vterque Thomas iure naturali non prohiberi secundum gradum in linea recta ascendẽtium,& descendentium.idẽ Tho.probare vł in 4.sent.dist.40.q.1.ar.3. vbi idẽ sentiunt Bonauẽt.& Ricard.q.2 Rosensis in tra. de matr.Regis Angliæ fol.3.& Alex.de Hales,2. par. q. 169.eidẽ opinioni suffragantur,dũ iure naturæ tñ prohiberi coniugiũ inter matrẽ & filium,patrem & filiam constanter asserunt.Sed è contrario Scotus,Duran. Palud.in 4.sen.dist. 10.Flor.3.par.tit.c. 14.§.1.& Sylue. in verb.matr.8.q.6.col.4.in ascendentib.& descendentib. iure naturali matrimonia prohiberi,existimant.pro q̃b.ego adiuerto l.fin.ff.de ritu. nup. vbi iurisconsultus scribit iure gentium,qd ego naturale ibi intelligo,incestum committere eum,qui aliquam ex ascendentib.vł descendentib.uxorem duxerit,quam etiam opinionem tutiorem esse existimo, ex ea Accursij interpretatione.d.l.fi.Ambro.item Catharinus li.5.contra Caie. vbi de matr.agit,eandẽ ultimam opinionem comprobat. Sed nequis huic qõni exẽplũ confingat ex primo parente Adã,qui mõ relurgeret,exponã q̃ D. Aug.scribit lib. 15.de ciuitate Dei,c.8.de lõga ætate ueterum hominũ, quorũ mentio fit in libris Geneseos expressim agens. Quis itaque,inquit,dubitauerit,per unius hominis ætatem tm multiplicari potuisse genus humanũ,vt esset vñ constitueretur non vna,sed plurimę ciuitates. Qd ex hoc cõijci facillime põt,quia ex uno Abraham nõ multo amplius quadringentis annis numerositas Hębrææ gentis tanta procreata est,ut in exitu eiusdẽ populi ex Aegypto sexcẽta millia hominum fuisse referantur bellicæ iuuentutis,ut omittamus gentem Idumæorũ nõ permittentẽ ad populum Israel,quam genuit frater eius Esau nepos Abrahę,& alias gẽtes natas ex semine Abrahæ non per Sarã coniugẽ procreatas.Hæc Augustł.cui in commentarijs additi Lud.Vives.Fuit memoria patrum vicus pene centum domorum in Hispania, cuius oẽs incolæ erant a senę quodã,qui adhuc viuebat,progeniti, ita ut propinquitatis nomen iã deesset, quo a minimis natu vocaretur,lingua enim nostra supra abauum non ascendit,hactenus Vives.

In linea vero cõsanguinitatis transuersa,etiã primus gradus iure naturę prohibitus non est ex.Tho.& Caiet. 5 in dictis locis,Durando,ac cæteris,quos in c. pcedenti ad primam opinionẽ citauimus.idem notat Ferd. Loazes in tract.de matr,dubitatione 2.respõsione ad fm & prima dubitationẽ,col.2.Hinc apud Assyrios scribit Lucianus in li.de sacrificijs,lege lata licuisse matrimoniũ inter fratrem,& sororem.cui exemplo plura aptari possunt,quę congerit Alex.ab Alex.li. 1.dierum geniali c.24.& And.Tiraq.7.l.conu.nu.23.[Sed & eandẽ legem in curia obtinuisse,testis est Arrianus li. 1. de reb. Alex. Solon Atheniensis,quamuis matrimonium inter germanos vteri nos prohibuerit,liberum tñ id reliquit eodem patre genitis.idem scribit Aristophanis interpres in Nebulis.contra Lacedęmoniorum legislator vterinis non interdixit,sed tãtis eodẽ patre genitis.At Aegyptius rideris utriuq; simplicitatẽ & semiperfecta placita laxauit libidinẽ permissa licentia ducẽdi sorores,siue p alter utrum,siue per utrũq; parentẽ cognatas. Hęc Philo de ſpecial. il.Arnob.itẽ li.8.adue.gẽtes.Ius est,inquit,apud Persas miscere cũ matrib.Aegyptijs,& Athenis cũ sororibus.Itẽma connubia.qua rõne constat, Aemiliũ Probũ in eo libello,quo uita quorundam imperatorũ scripsit, tradidisse non fuisse turpe Cymoni Atheniensi sororẽ germanã in matrimonio habuisse,cũ ciues Atheniẽses eodem vterentur in stituto.Et tñ Andocides in oratione aduersus Alcibiadem asseuerat,Cymonem ob eam cãm Exiliũ fuisse missum.Etenim Aemilius de germana eodẽ tñ patre nata intellexit,tametsi in historia erauerit.Et hæc qdẽ quo ad rõnẽ iuris naturalis,qua uti vidẽtur prędicti Doctores.]Nam quod modo prohibitum esse constat,legi humanę tribuendum esse vł hoc,q̃ prætatam opinionem approbant. Sed probabilius est matrimonium iure naturæ prohiberi in primo gradu lineæ transuersæ cõsanguinitatis,& sic inter fratrem,& sororem.ex August. li.15.de ciuitate Dei.c.16.& li. 22. contra Faustum.c.35.atq; ita norãt Palud.& Horẽ. in p̃dictis locis.Ioan.Maior.in 4.sent.dist.40.q.3.Abulensis Leuitici 18.& Ambr.Cathari.li.5.contra Caie.c.de matrimonij sacramento.Nec oberit,quod Genes.c.11.scribitur Abraham matrimonium contraxisse cum Sara sorore sua.vbi Hieron.in qõnib.Hebraicis super Genesim, Saram ueram Abrahæ sororem fuisse ex patre, palam asserit.idem prius scripserat Clemens Alexandrinus li. 2.Strom.qui tradit ex hoc constare,eas sorores,q̃ ex eadem matre naicuntur non esse ducẽdas uxores, Quia refragante Hiero.Sara non fuit uere soror Abrahæ,sed filia fratris sui Aram,& sic neptis ex fratre secundum August.li.16.de ciui.Dei.c.12.& sup Genes.ac rursus d.li.16. c.19.Iosephum lib.1.antiq c.14.& 15.eũdẽ Hier.aduersus Heluidium de uirginitate perpetua Beatę Mariæ 2. 2.Tom.Gratianum in princ.35.q.1.& Abulensem d.c. 11.Genes.etiam li Caie.& Aloi Lippomanus super Genes.c.10.adhuc contẽdam,Saram vere fuisse Abrahę sororem,Hieronimum in ea opinione sequuti. est tamen Aug.sententis admodum vero similis.Nam qui maxime propinqui erant,solebant fratres,& sorores appellari.Sic propter maximam,& propinquam consanguinitatẽ consobrini fratres appellabantur authore Aug.lib. 15.de ciuit Dei c.16.& probatur Matth.c.12. ex Hiero. interpretatiõe,quam aliis adductis authorib. cõprobat Io.Eckius in Homilia de S.Anna.Sic Cice.li.5.de finib. statim in initio,Lucium Ciceronem,patrui sui filium, fratrẽ appellat.[Idẽ Cicero in Philippicis.C. Antonij filiam,vxorem & sororem,M.Antonij vocat,cum C. Antonius esset patruus eiusdẽ M.Antonij.] Quib. & illud addendum est,proprie nepotes dici natos ex filio, vel filia.l.fi.§.nepos.ff.de gradib.affin.§.fi inst.de patri. põt. notant Abb.& Præp.in c.tua nos.de consang.& affinit. Are.Fel.& Dec.in c.per tuas.de probatio. Ias.in l.fi auię C.de succes.edicto.Bar.in l.fi instituta.§.de inofficioso ff.de inoff.test.Sed tamen quandoque per proximitatẽ sanguinis nepotes dicuntur fratrum,uel sororum filij. tex in c.1.§.similiter quib.mod.feud.amit.c.felici.§.cętera rũ.de pœnis in 6.c.per tuas.de probat.ca.quod super. his c.tua nos.de consangui Corn. Tacitus li.3.Crispum equestri ortum loco,Caius Sallustius rerum Romanarum florentissimus author,fororis nepotem in nomen asciuit.Suetonius in Iulio Cæsare c.83.sed nouissimo testamento res instituit hæredes sororum nepotes, id est, ex fororib.nepotes, nempe Octauium, Lucium Pinarium, & Quintum Pedium, quæ quidem verba ita Erasmus interpretatur in adnotationibus ad Tranquillum, cui nos addimus authorem Epitomes in Liuium, qui libr.116.Caium Octauium Augustum,scribit Cæsari ex sorore nepotem fuisse. eundem appellat Cæsaris nepotem Eutropius lib.7.c.1.sic & Plutarchus in uita M.Ciceronis eum fuisse filium sororis ipsius Cæsaris manifestissime asserit.Sicuti & Dion.Historię li.45.tametsi ex Suetonio I Augusto c.5.[Appiano Alex.

Alexandrino li.3.de bellis ciuilib. Dione li. 41. Velleio Paterculo li. 2.]Sexto Aurelio,Plutarch. in Bruto & in Antonio & alijs cõstet,Natũ Octauiũ ex Octauio, & Accia genitũ fuisse.Acciã vero ex Balbo,& Iulia Cęsaris sorore.Verũ si de interpretatione alicuius testi,donationis,legis,vel alterius cuiuslibet dispositionis agamus,neporem filiũ filij, vel filiæ intelligemus, non filiũ fratris,aut sororis,nisi aliud ex verbis pcedentib.aut sequentib.vel ex qualitate loquentis, aliisve circunstantijs,manifeste colligatur.fm Aret.Fel.Dec.& Ias.in p̃dictis locis.Barb Fl.cũ acutissimi.fol.5.col.3.C.de fideic. Sic,& in regno.Valentiæ Hispani filios fratrũ,aut sororũ,nepotes appellant.[Illud tãdẽ veterib.Latinæ lĩguæ authorib.magis conuenit,filiũ fratris nõ recte dici nepotẽ,qd & iurisconsultus Paul.significare vł in l. vlt ff. de gradib.Imo apud aliquot authores illa uerba,nepos ex fratre,nepos ex sorore,ad patrũ,vel auunculum relata non aliud significant,quã nepotẽ fratris uel sororis. sicuti adnotari poterit ex Caio in l.sunt aũt.ff. de legit. tut.& in l.nemin.C.de nup.Sed & Paul.Orosius,qui li. 6.c.18.& 20.Augusti auunculũ Cæsarẽ appellat,in eodẽ sensu poterit intelligi,quo Suetonius,qui Augusto c.8. & 91.eisdẽ utiẽ verbis,& tñ expressim scripsit,Augustũ nepotẽ fuisse Iuliæ,q̃ fuit ipsius Cæsaris soror,qua rõne idẽ author c.7.Cęsarẽ maiorẽ,auũculũ Augusti appellauerat, vñ apud Dionẽ,& Plutarch,vbi mẽtio fit matris Augusti & legit, ἀδελφὴ's legẽdũ esse ἀνεψιὰν, alij ante nos erudite,& uere adnotarunt.]His ergo cõstat,vt ad institutũ redeamus,Sarã non fuisse sororẽ Abrahæ & subinde apparet uerioręesse Iuliam August. asserẽtis inter fratrẽ,& sororẽ naturali iure mrimoniũ prohiberi.qd ex a rilt.cõprobat,qui li.2.polit.c.2.absurdũ putat cõiugiũ inter patrẽ,& filiã,atq; inter fratrẽ & sororẽ [idem plato li.8.de legib.ex lege non scripta deducit licet priori sñe subscribat,Aib.Pyghius controuers.15. 6 ad finem.

Consonũ & his est de nouerca tractare.I Nã iure naturali cum ea cõtugiũ non prohiberi,author est August li.3.Tom.li.3.qõnũ.inq. 61.sup Leuiticũ.Is inquã scribit,illa uerba Leuitici 18.turpitudinẽ uxoris patris tui discooperies,minime intelligẽda fore patre viuẽte.cũ id ꝓhibitũ sit lege,quæ adulteriũ prohibuit,sed ibi prohiberi mrimoniũ cõtrahi cum illis,quas seclusa lege liceret vxores ducere,idẽ probat Tho.in 4.sent.dist. 40. q.1.ar.4.dũ asserit matrẽ tm cõprehendi iure naturali. Nec oberit locus Pau.1.ad Corin.5.dicentis, audit̃ iter vos fornicatio qualis nec inter gẽtes,ita ut uxorẽ patris sui quis habeat.Si inter gentes,q̃ uiuunt ex sola lege naturali,non audit̃ ista fornicatio,igit̃ iure naturali,ista coniunctio est prohibita.Quia Pauli authoritas referri debet ad incestũ simul,& adulteriũ,ita,vt uiuẽte patre intelligat,vt ibi interpretat Caie.adnotãs uxorẽ dixisse Paulũ,nõ relictã patris.Sic ualerius Maximus memorię tradit li.5.c.7.Antiochum Seleuci filiũ,patris uxorẽ Stratonicẽ in uxorẽ viuẽte patre accepisse.[idẽ lõgius enarrat Lucianus in libello de Dea Syria,Plutarchus in Demetrio,& Appian' I Syriaca historia.] Huc ptin.t pulchra Phędræ ad Hippolytũ,apud Ouidiũ carmina,

Nec quia priuigno videar coitura nouerca,
Terruerint animos nomina vana tuos.
Ipsa vetus pietas una mora futura,
Rustica Saturno regna tenente fuit.
Iuppiter esse pium statuit quodcunque iuuaret,
Et fas omne facit frater marita soror.

Verũ probabilius erit idẽ quod de matre,de nouerca asserere,cum ea loco matris sit ture,igitur naturali ꝓhibitũ erit mrimoniũ cũ nouerca.quod Diuus Thas per epist. Pau.in d.c.5.profiteri vł & Abulensis. Leuit. c.18.Cæterũ ꝑter grad' mõ expressos,& speciatim adnotatos,a Theologis receptũ est frequentissime, nullũ 7 gradũ iure naturali prohibitũ esse,sed iure tm humano Romanorũ pontificũ.Ex qb.deducunt plura.primũ,Iure naturę,& diuino posse relictã fratris Iuxorẽ accipi secluso iure humano,quã illationẽ multis corroborat Io.Rosensis in peculiari huiusce dubitationis libello & post eũ Io.Cochle.Ferdinan.Illerdẽsis,& Alfonsus Canariẽsis episcopus editis super eodem matrimonio Regis Angliæ tractatib.Nec oberit,q̃ Ioannes Baptista Iapense Herodẽ incusauerit,ex eo quod fratis vxorẽ accepisset,Marci c.6.Id.n.contigit quia,Herodes viuẽte fratre,vxorẽ eius ui quadã secum in concubitu habebat, quod Ioan.Cochleus in d.libello de mrimonio Regis Angliæ,ex authorib.probat.Siquidem habens ipse Herodes uxorem ltimã filiã Aretæ Regis Arabiæ, ea depulsa Herodiadem filiã Aristobuli, uxorẽ alterius Herodis ipsius,Herodis fratris,eo uiuente,violẽter in coniugale consortiũ recepit,teste Iosepho li.18.antiq. c.9. [idẽ Nicephorus scribit li.1.c.19.] Tametsi August.lib. vnico,de fide & oper.c.19. scribat Ambiguũ esse vtrũ Herodes mortui,an uiui fratris uxorẽ duxerit,& iõ,inquit,non ita claret,qui Io.ei non licere dicebat. & Tertullianus libr.4.aduersus Marcionem asseuerat. Herodiadẽ nupsisse herodi mortuo marito ipsius Herodis fratre relicta prole.]

Ex Iosepho tñ nouiter corrigendus est locus insigniter vitiosus apud Eusebium li.1 Ecclesiast.Histo.ca.11.ita enim scriptũ est,in omnib.codicib. quos mihi uidere contigit. Nominatim de Herodiade commemorans, velut de coniugio fratris Philippi viuentis,uiolenter abstracta.& suis ab Herode incestis nuptijs sociata, propria,& legitima vxore depulsa, quã Heroidadem filiã dicit fuisse Aretę regis Arabiæ'.Hactenus Eusebius ad Iosephum hæc uerba referens. legendum denique est, propria & legitima uxore depulsa],quã filiã dicit fuisse Aretæ regis Arabiæ.& postmodũ,pp quam Herodiadem Ioannem,&c.quæ quidem lectio restituenda est, [ex ipso Iosepho,& Nicephoro in d.c.19.]& ex Græco Eusebij codice,li.1.Ecclesiast.Histo.c.10.iuxta codicẽ, quem Græcis characterib.nuper Parisiis excusit Robertus Stephanus typographus diligentissimus,ex quo constat ab interprete Latino adiectum fuisse nomen Philipi,cũ id non habeat in [Græco] codice,& ipse [Iosephus d.li.18.c.11.scribat,virũ Herodiadis nõ fuisse Philippum ipsius Herodis fratrem,sed alterum Herodem fratrẽ itidem ipsius Herodis Tetarchæ.[Apparet tamen ex sacro Euangelio Matth.c.14.& Marci c.6.uirum Herodiadis fuisse Philippum,idẽ asserit Egesippus lib.2.de excidio Hierosoly.c.5.[& Nicephorus in d.c.19. Iqua re nõ oportet Iosephi authoritatẽ defendere,cũ sacre Euangeliorum Historiæ manifeste aduersetur, nec est intelligenda eo pacto,quo Caiet.Matth.c.14. conatur intelligere,cũ is intellectus Iosephi uerbis repugnet. Obiter vero illud adnotatione dignum est Herodiadẽ fuisse filiam Aristobuli,non Aretę, vt idem Iosephus deducit d.cap.18.& Egesippus d.libro.2.cap. 12. quod & nominis ratio dictat ab Herode patre Aristobuli,licet Hieronymus Matthæi cap.14.scribat eam fuisse filiam Aretę Regis Arabię,cui Iosephus & Eusebius,[Egesippus,& Nicephorus]refragantur,nec in sacro Euangelio hac in re quidquã scribitur,vñ potuit Caiet.Iosephum in Herodiadis patre sequi,etiã si Ambrosius Catharinus li.2.inter Caiet.errores hoc retulerit.His ergo cõstat non esse iure naturæ matrimonium prohibitũ cũ relicta fratris,tametsi Ludou.Gozid.conf.51.cõtrar 8 de iure responderit,& dubitauerit nouissime Hieron. Grat.dis.1.vol.& Parisconf.194.vol.4. probare conat hoc matrimonium esse contra ius diuinũ,& naturaę

Secundo

9 Sed o hinc potest cõprobari sñia Anch.cõs.373.q cõsulũ posse Romanũ Põtifi.ẽ dispensare,ut mrimoniũ contrahat inter patruũ,& neptẽ ex fratre,quãuis Abb. in c.literas.nu.17.de restit.spol.at,nõ recte ꝓdicta expẽdes cõtrariã opinionẽ sequat.Hinc & Plutarch⁹ ĩ Problematis Romanis nu.6.scribit virũ quẽdã fane pauperẽ exterũ bonũ,accusatũ,eo q filiã fratris, cui dos ampla relicta fuerat,uxorẽ,accepisset,iudicio multitudinis absolutũ fuisse,atq; inde factũ plebiscitũ,ut liceret cuiquã filiã fratris uxorẽ accipere.nec oberit huic illationi tex.ĩ c cũ in iuuentute.de præsum. vbi hoc fœdus naturale appellat.is.n.tex est ita intelligendus,vt referat Ethnicorũ sñiam,nõ aũt probet uel dicamus esse naturale fœdus quo ad quandam honestatẽ,non quo ad legis naturalis vinculũ.itẽ naturale fœdus poterit intelligi quo ad cognationẽ,q natura instituit,ex his,q Abb. ibi notat. [Eadẽ rõne sunt interpretanda q Diuus Ambr. scribit epistola.66. ad Paternũ,& q a Cassiodoro traduntur li. 7. variarum,dum formulã tradit qua Imperatores vti solebant in permittendo cum consobrinis matrimonio.]

Tertio constat Paluda.Flor.& Maiorẽ in pcitatis locis,falso opinatos fuisse minime posse Romanũ Pontificẽ dispensare,vt mrimoniũ contrahat in aliquo ex gra-
10 dib.prohibitis.c.18.Leuit.⁹ Is.n.satis manifestũ est,posse in plurib.ibidẽ cõtentis dispensare.Nec urget tex.in c.literas.de resti.spol.quo probari vł gradus c.18.Leuit. expressos diuina lege prohiberi,quia ex gradib.ibi connumeratis,quidã iure naturæ prohibentur,ut mõ dixi,in quib.nulla dispensatio cõcedi põt.Quidã iure diuino veteri legis,q tñ aduentu Christi cessauit,in quib.licet Romanus Pontifex dispensationẽ concedere valeat,qui tñ in ueteri diuina lege prohibebantur,non consueuit dispensare,nisi iustissima cã id fuadeat.Sic tex.in eo. c.literas intelligendus est,cũ dixit,in aliquot grauib.papã nõ posse dispensare in aliquot uero non consueuisse id agere,quãuis possit.Vñ prohibitio,q diuine legi in d.c.literas tribuitur,ad legẽ diuinã veter is testĩ expectat.Quibus addendum erit contra Abb.in d.c.literas. Neruam Imperatorem legem tulisse,qua prohibuit, matrimonium cum filia fratris,telle Dione Nicæo. qd maximũ argumentum est,id ante illam legem licuisse, sicuti & ex Plutarchi testimonio paulò antẽ probauimus.

Nullus aũt ꝑter Romanum Pontificẽ,põt ꝓdictã di-
11 spensationem concedere contra iura humana,ét si episcopus sit.Esi.n.dicta prohibitio in generali concilio facta,ergo non põt episcopus ei dispensatione propria derogare,vt notant cõsim c.at si clerici.§.fi.de iudi. gl.in c.dilectus in 1.de præbend.vers.facultas.Abb.in c. ꝓpposuit.nou.vlt.de concess.præb.Nec legatus ét a latere Romani Pontificis in hac prohibitione dispensat glo.in ca. quia circa.de consangui.& affinita.& in c.quod dilecti. eo.tit.quam ibi Abb.& Doct.approbant sensit Specul. tit.de legato.§.nunc ostendendum.vers. 53. Nam & legatus de latere,nec solius Romani Pontificis constitutioni derogare potest,nisi in casib.quib. id potest agere episcopus.ita Abb.in c.dilecto.de præb.4.notab.

Illud aũt dubium hoc in loco prætermittendum nõ
12 est,an sit satis in ipetranda dispensatione,⁹ vt licet in gradu prohibito contrahere matrimonium mentionẽ agere remotionis grad⁹ ab stipite,in linea tranuersa,an sit necessariũ simul,& ꝓpinquioris gradus,quo alter ex ipeditis ab stipite distat,meminisse. Et cũ cõsanguinitas a gradu remotiori,in linea inæquali cõputãda sit,ut quo gradu remotior distat a cõi stipite,eodẽ differt à cognato,q stipiti propinquior est.c.fi.de consang. sat esse vt remotionis tñ gradus mentionem facere. Nã in duobus cõsanguineis,qui ab stipite inæquali linea distinguũtur,is tñ consanguinitatis gradus iure contendus est,q remotior est ab stipite,& ita de iure rñendum esse exi-
stimo.& id ꝓbat Clementis papæ Sexti constitõe, q incipit,Nuper.nondum typis excusa, q extat Calderinus consi.primo,de consanguinitate.Quæ tñ sñia falla ꝓbat dã videri põt,ex decretali,qd dilectio de consanguinitate,& affinitate,qua id non sufficere ꝓbatur,sed necessariã fore utriusq; gradus mentionẽ.Cuius illa potuit esse rõ,q in dispensationib.q odiosæ sunt,mixtum sub simplici minime cõprehendit.fm cõem opinionẽ in ca.fi. de simonia.& in l.2.in prin.ff.de verb.obli. Hic vero nõ ẽ simplex grad⁹,q remotior est,sed mixtus ex ꝓpinquori.ergo dispensatio non est sufficiẽs.Sic gl.in rep.Cãcel. 29.dictum tex.intellexit,fallo tñ,qd.n.obsecro hic mixtum reperit,nonne de eorum,qui sunt in linea tranuersa,gradu tractamus?atq; is solus est, qui ĩpedimẽtũ ꝓbetis vero solum est remotior ab stipite.c.fi. de cõsanguinitate & affinitate.ergo vnus tñ simplex gradus est nõ mixtus.Iõ nõderi põt illum tex.ex.eo procedere, q
in ea prouincia cõsuetudine obtẽtum erat, dispẽsatiões ad coniugia ita esse intelligendas,vt sublato remotioris gradus impedimẽto,nõ ex hoc propinquoris esset sublatum,quãuis ille gradus ad cõputationẽ consanguinitatis nihil ageret.ita gl.Abb.& alij ĩd.c.qd dilectio,q tex. dicit sing.Fel.in c.fi.col.fi.de simo.& eum allegat in c. postulasti.de rescrip.nu.9.& 13.ex eo notans,dispensationẽ ex iure cõi intelligẽdã esse,nisi cõsuetudo eã strictius interpretet.Sic igitur intelligẽda est dispensatio ꝓdicta ob euitandum scandalum. Solet tñ dispẽsatio in ꝓdicta spẽ cõcedi duplicib. literis.Primæ.n.dantur super quarto gradu,& sic remotiori.Sedẽ dantur super tertio declaratorię.fm Philippum Probum ĩ reb.de cognationẽ spũa.16.[Vñ sanctissim⁹ Põtifex Pius quintus,die vigesima mẽsis Augusti anno 1566.statuit,nõ esse in hmõi dispensationib.necessariã propinquioris gradus mentionem,ac sufficere remotiorem tñ gradum exprimi, obtentis tñ postea super propinquiore literis declaratorijs nec posse priores literas notari subreptionis, aut obreptionis vitio,seu intentionis defectu ex eo, quod in eis propinquioris gradus mentio facta non fuerit.]

Porro causam in dispensationib.exegimus,ut is, qui eas concedit,quo ad Deum tutus sit.item is,q eis utitur eodem mõ absque animę periculo.vitam agat. Caula tñ inter alias esse põt scandalum, quod ex dissolutione
13 cã contracti matrimonij sequeretur.⁹ Proles etiam ex consanguinea suscepta.tex.in c.quia circa.de cõsang.notat Rom.cons.307. ne cogat uir,prole suscepta,ab eius consortio matrem filiorum expellere.Hoc tñ nõ est oĩno verum,sed locum habet in prole bona fide suscepta & sic ignoranter,alioqui proles mala fide suscepta,cum crimen incestus præ se ferat,non põt recta iustitia prĩcipem mouere ad dispensandum,ut contrahentes perseuerent in coniugio,vel contrahant mrimonium. tex. & ibi Host.Io.And.Abb.& Præp.in c. cum haberet. de eo,qui duxit in ma.l.qui in prouincia.§.ff.de ritu nup. Imo si ante impetrationem dispensationis matrimoniũ contractum fuit scienter,vt dispensatio teneat, necesse est hoc in ipla petitione exprimere.Reg.cancel. & ibi gl.47.ex his q in c.postulasti.de rescrip.notatur.⁹ Qd
14 si mrimonium scienter a consanguineis cõtractum fuerit,ea intentione,& prauo consilio,ut cum eis in dispensatione mitius agatur,atq; impetretur facilius ob euitandum scãdalum,huius cõsilij,& fraudis mentio exponẽda est Romano Pontifici,alioqui dispensatio nõ tenet, etiam si mentio mrimonij scienter cõtracti facta fuerit ita egregie. Mart.Naua.in repe.c.si qñ.de rescrip. col. 14.quib.omnib.addenda est gl.in d.c.quia circa. quam ibi dicit sing.Abb.ex ea notans,dispensationem, tacita veritate,vel obiecta falsitate,impetratã,ipso iure nullã esse,si tamen id contingat circa,ea quæ principem mouere poterãt ad nõ concedendũ vel cũ facili concessione

sione auertere, ex d.c.postulasti c.fi.de fil.presby. in 6. not.optime Fel.in c.ad audientiã in 2.col.14.de rescrip.

15 Sed & circa idẽ dubiũ erit,tan dissimulatio Roma. Pontificis hẽat uim & effectũ dispensationis.Et id qdẽ vł per tex.in c.quia circa.de consang.ex interpretatiõe gl.ibi,quã dicit sing.Sylu.in verb.lex.q.5. & ꝓbat Ab. & Doct.in d.c.quia circa.qñ Romanus Pontifex dicit, qd dissimulat,aut scribit,alioq dispensare vł quãuis cõsulat,tex.in c.cũ i-dud.de præb.vbi Abb.idã notat,& idẽ in c.nisi essent de præb.Dec.in c.1.col.1.de excep.& & Fel.in c.1.col.9.te treug.& pace dicẽs hanc opinionẽ cõem esse.Hic tñ aduertẽdũ est,q ita intellectus ille tex.in d.c.quia circa.id tolũ probaret,Romanũ Pontificẽ posse in quinto gradu dispensare, qd nemini dubiũ est,neq; ibi dispensatione agitur,cũ ſ de ea ageret,Romanus pontifex scriberet his, q mrimoniũ ꝓxerãt, ut denuo contraherent,,nec diceret in contracto mrimonio esse dissimulan dũ,siquidẽ esset necessarius cõsens⁹ expressus,uel tacitus post missam a Romano Pontifice dispẽsationẽ ex gl.in c.1.de eo,qui dux in matr.Ex qb. dicta cõis interpretatio non placet Hadria.qui in qdli. 5.ar.2.dicit,q ubi aliquis bona fide est ĩ eo statu,vt tñ contra legẽ humanã,sine proximi iniuria vitã agat,absq; trãsgressione ét legis naturalis,ac diuinæ, ĩ eodẽ statu dimittendus est,ac tolerandus,si ex correctione scãdalũ graue immineret, idq; intelligo,dato errore iuris qui attẽta psonarũ cõdõne,& qualitate,bonã fidẽ minime excluderet.Quo fit,vt in d c.quia circa.iõ papa rescribat dissimulandũ esse,quia illi mrimonio iã copulari bona fide,putabant se ltĩme coniunctos esse, atq; ex dissolutione graue immineret scandalũ,eandẽ opinionẽ repetit idẽ Host.in 4.sent.tract. de confessione. dub.7.post quintã qõnẽ.Sic & Gofredus dictũ textũ intellexit,quẽ Martinus Naua.magnæ scientiæ vir legitur ĩ c.si qs aũt nu.66.de pœn.dist.7.Lud.Gozad.cons. 51.

16 Illud aũt plnũ est,solum Romanum Pontificẽ posse statuere circa mrimonia contrahenda,uel prohibenda neque id ad seculares iudices ꝓtinere.tex.in c.tuã.de ordi.cognit.c.1.de sponsa.c.fi de rapto. Abb.& Fel.in d. c.1.idẽ Abb.in c.1.de cognat.leg.late Fel.in c. ecclesia. de const.nu.61.Vinc.Hercula.in q.3.gl.optima in c.1. in fine.30.q.3.dicens inter tutorẽ,& pupillã contractũ mrimonium validum esse,etiam si lex ciuilis id prohibeat,cũ lege Pontificia hoc matrimonium vetitũ non sit,quã gl.notabilẽ esse existimat Alex.in l filius a patre de lib.& postu. ff.li.Hinc ét constat a laicis etiam summis principib,non posse lege prohiberi mrimoniũ cum alienigenis,vel cum certo hominum genere . & hoc ipsum passim nostrates fatentur, qui leges ciuiles aliquot matrimonia prohibẽtes,ut improbas refellũt. Nec in hoc libet latius insistere,cumid lippis,ac tõsoribus,vt aiunt,notum sit.Sed vt ad institutum redeam, solus Romanus Pontifex ꝑter ius naturale ltĩmas, illi ue constituit nuptias, quod mirũ videri quibusdã potest,nam matrimonium a Deo est institutum, sed in ferior non põt legem superioris mutare ,igitur Roma nus Pontifex non põt circa matrimonia aliquid noua
17 prohibitione inducere.⁹ Cui argumentationi rñdem⁹, materiã huius sacramenti esse hominem, qui quidẽ iuri humano subest,& tanquam reipublicę mẽbrũ eius legib.obtemperare dẽt,idcirco humana lex põt aliquot homines a matrimonio auertere, & subtrahere materiam a sacrameneo,sicut posset Romanus Pontifex eximere a parocho subditũ, quẽ parochus absoluere poterat a peccatis facto pœnitentię,& tamen nunc non põt nec per hoc mutat Romanus Pontifex quidquam circa sacrm,sed uel exhibet,vel detrahit materiam sacramenti.Sic Paluda.hoc dubium explicat in 4.sent.dist.26 q.4.ar.3.& Hadrian.4.sent.tract.de matrim. fol. pario.

3.uel ex eo procedit,q matrimonium etiam si sacramentum sit,plurimum tñ accedit humano contractui & ideo mirum non est,si lege humana,& Pontificia qdã eximantur ab hoc cõtractu pp ipsius Christianæ rei pub.vtilitatẽ,& idẽ Hadria.scribit in tract. de confirmationis sacro.ar.3.vers.ad rationem ante.[Quę quidem optime probantur a Domi.Soto.in 4.sent.dist.40.ar.5. & Ruardo Tappero Louaniensi decano contra hæticos ar.10.quo fit,ut de materia huius sacrm mrimonij non uino necessaria,rigorosa,exactaque disputatio, cũ humanus cõtractus ex Christi institõne apud Christianos ét sit sacrm,quæ uero ex parte cõtractus est, humanis, legib.tractari, eidemq; subijci iuxta canonicas sanctiones constat,qd & S.Tho.cõcedit in 4.dist.39.art.3.ad 3.
18 tradit idẽ Dñi.Soto dist.26.q.1.art.3.& dist.29.q.3.art. 4.]Hinc constat,consuetudinem non posse nuptias pmittere inter eos,quos matrimonio copulari ꝓhibuit lex Pontificia.tex.apertissimus ad id in c.quod sup his. de cõsang.& affinita.Quod si cõsuetudo mixta clericorum,& laicorũ ꝓhibeat matrimoniũ inter aliquot psonas cõtrahi,ob euitãdũ scãdalũ,ea admittẽda est,quãuis illi lege canonica ad nuptias legitimi forent.tex. vbi Abb.& alij in c.sup eo.de cogna.spiritu.& in c.qd dilectio.de cõsang.& affinit.gl.cõiter recepta in d.c. super his.non ex eo,q prohiberi matrimonium a consuetudine possit inter eos,quib.id contrahere canones pmittunt,sed quia cum scãdalo coniugia contrahi canones ipsi non tolerant,atque hæc vł uera ratio quare sic coniuncti omnino sint separãdi quasi ex nac rõne ab ecclesia mrimonium hoc irritũ iudicetur,in quo mihi non placet Driedonis sñia,dum is de liber.Christia.agẽs,pa. 124.scribit consuetudinẽ posse psonas alioq habiles ad mrimoniũ facere,hoc etenim cõcesso,esset sane dicendũ eadẽ rõne,ipsam cõsuetudinẽ posse ihabiles iure humano,habiles reddere,qd ipse Driedo.oĩno negat. Posset tñ consuetudo circa solennitates in contractu mrimonij seruãdas aliquid inducere,mõ esset consuetudo
19 illa mixtim a laicis,& clericis introducta.tradunt Abb. Præp.& Fel.in c.ecclesia.de const.nu.62. ĩ qua cõsuetudine exigit scientia Principis,quia de his,q ad sacrm pertinent,tractat gl.in c.vir.autẽ.de secun.nupt.& ibi Host. Ant.Henr.& Abb.a quib.tñ recedit Rochus in c. fi. de consuet.fol.paruo.36.col.3.dicens,ét circa sacramẽtalia consuetudinẽ procedere absq; scientia Principis, si.n.consuetudo põt aliquid inducere circa solennitatẽ in matrimonio contrahendo,seu in alio sacramento ꝓcipuam uim obtinent,non uideo cur sciẽtia Principis exigatur,si quidem in consuetudine scientia Principis necessaria non est gl.in c.iiltis.§.leges.4.dist.quam Abb. dicit notab.in c.cũ ex officij 4.col.de pscr. Ex qb. post⁹ placet opinio Rochi de Curte.Tametsi cõtrariã cõem esse opinemur, cuius rõ ex pmissis optime põt refelli.

20 Postremo illud hic notandum erit ante contractum mrimonium,ĩ vt illud ipediat sufficere famã, sine alia ꝓbatione ipedimenti.tex.in c.super eo. de consang.& affini.quẽ ibi Abb.& cæteri Doct.notant idem Abb.in c.super eo.de eo qui cogn.consan. vx.sua. dicit eandẽ tex.ling.Roma.lingu.616.Dec.in c.1.col.4.de appe.sic
21 fetiã vnus testis sufficit ad id,nempe,ut matrimonium contrahendum ipediatur tex.in c.preterea,in 2.de spõsa.quem ita gl.& Doct.ibi intelligunt.& Rom.in d. lingu.& Isa.in repet.l.admonendi nu.197.ff.de iureiu. cui est similis in c.sup eo.in 2.de testi.& ibi Are.in prin. & col.pen.Id.n.pmissum est,quia tractatur de peccato euitando,quod imminet committendum.Vñ cum soli testimonio vnius danda fit in hoc fides,is quis scit solus inter uolentes mrimonium contrahere, subesse impedimentum aliquod,licet id probare non possit,tenetur illud iudici denunciare,etiam si illud impedimentum in

ex crimine occulto contrahere volẽtis oriat, si is admonitus nolit a contractu abstinere agitur etenim de pcõ euitando, ut notat Mart. Naua. in c. sacerdotes. de pœnit. dist. 6. nu. 27. licet Io Maior. in 4. sen. dist. 21. contrariũ teneat, impedimento, qđ causam habet ex crimine occulto contrahere volentis.

Quib. oĩb. sit prẽmissis duo addere libet. Primum, qđem, dictum testem cum iuso debere asserere, illud impedimentum certo scire, alioqui testis unus, ẽt iuratus de auditu testimonium prabens, coniugiũ non impediret, ẽt si cum eo alter absq; iuso de scientia certa testaretur. tex sing. vbi hoc notat Abb. in c. 1. de contang. ex quo deducitur maiorem fidem soli famæ exhibendã esse hac in re, quam duob. testib. quorũ alter, qui de scitia testimonium perhibet, non iurat, alter vero, & si iuret, tñ asserit se ita audiuisse. Is tñ qui de auditu testatur sufficit si, circa consanguinitatis impedimentum testifi- 2
cet iuxta formã a canonib. expressam, in c. licet ex quadam. de testi. vbi optime Fel. col. 1. tex. memorabilis in c. tua nos. de consan. & affi. vbi Abb. & Præp. hoc ipsum explicant. Is n. testis solus sufficeret ad impediendum matrimonium, quod nondum contractum est.

22 Secundum prædictis adde. propter solam famam impediri matrimonium, ẽt præmissis sponsalib. iuratis. ita gl. & Doct. in d. c. super eo. de consan. q̃ opinionẽ cõem esse asserit Pra p. in d. c. preterea. in 2. de spons. non tamẽ sic impediuit pp dictum vnius testis. tex & ibi gl. in d. cap. præterea. glos. in d. capitulo. super eodem notant Abb. Anto. Henr. & Præp. in d. c. preterea. probat Regia l. 18. tit. 9. par. 4. & Holt. in d. cap. præterea. Cuius opinio extra alium tex. mihi probabilior est, qñ vnus hic testis est integer, & circumspectissime testimonium dicit, nã famam vni testi integre deponenti, ad impediendum matrimonium similem esse, notat Abb. in d. c. super eo. de eo, qui cog. consan. vxor. suæ. idẽ in c. super eo. de cõsang. & affini. & Præp. in d. c. preterea. in fi. dicens. hanc opinionem esse communem, & tamen fama sufficitiẽs est ad impediendum, vt constat, igitur vnus testis integer, & integerrime deponens sufficiet. Qua tamen integritate testis deponere debeat, arbitrio iudicis relinquẽdum esse nulli dubium est. Nec obest tex. in d. c. preterea. quia ibi testis ille non erat integer, imo poterat plurib. defectib. notari.

EX §. SEQVENTI.

SVMMARIVM.

1 *Christianus non potest matrimonium contrahere cum infideli, ex antiqua ecclesiæ prohibitione.*
2 *Ambrosius tex. apud Gratianum resistitur.*
3 *Christianus accipiens vxorem infidelem, etiam iure ciuili punitur.*
4 *Hæreticus potest matrimoniũ contrahere cũ catholica.*

§. VNDECIMVS, DE dispari cultu.

1 VPEREST octauo agere de dispari cultu. q cõiugiũ impedit. Christianus. n. Iudæã, aut paganã in vxorem accipere, prohibẽt. c. nõ oportet. c. caue 18. q. 1. notat Magist. in 4. dist. 39. nostrates in c. de spons. Et tñ prohibitio iuris est humani, nõ diuini, nec naturalis, sicuti scribunt Sco. & Palud. in 4. dist. 39. q. 1. col. 1. & Io. Eccius de sacris, Homi. 71. & Cai. qué hac re non omno iulte reprehendit Ambr. Cath. l. 5. c. de matrimonio, cum ab eo adducta ad tñ probent, iustam esse hanc prohibitionem. Scribit n. Aug. li. unico de fide, & ope. c. 19. hac de re in nouo Testamento nihil præceptũ fuisse, & ideo, inquit, aut licere credendum est, aut velut dubium derelictum est. Ab initio tñ renuentis eccle-
siæ prohibitum est coniugiũ istud ex Apostoli authoritate 2. ad Corinth. c. 6. dicentis, nolite coniungi cũ infideli. & 1. ad Corinth. 6. idem Apostolus id vetare videtur. Quib. & aliis testimonijs hanc prohibitionem coadiuuat Diuus Cyprianus li. 1. contra Iudæos ad Quirinũ c. 62. Paul. item 1. ad Corint. c. 7. coniugiũ cũ infideli prohibuit dicens, Quod si dormierit vir eius, liberata est. Cui autem vult nubat tantum in domino. quem locũ post alios ibi adnotauit Caiet. & pulchre Hieron. li. 1. aduersus Iouinian. ita exponens, nubat in dño, id est, Christiano. Eandẽ interpretationem prius probauerat Tertullianus li. 2. ad vxorẽ. Matrimoniũ ẽt cum Gentili ab exẽplo Sampsonis, & Diuus Ambros. mire execratur in epistola 70. Atq; idẽ Cyprianus in sermone de lapsis ita scribit, Iungere cum infideli. b. vinculũ matrimonij, est prostituere cum Gentilib. membra Christi. 1 Extant & ad hanc rẽ pulchra verba C. Amb. li. 1. de patriarcha Abrahã. c. 9. Et iõ caue, inquit, Christiane Gentili, aut Iudæo filiã tuã tradere, Caue, inquam, Gẽtilem, aut Iudæam, atque alienigenam, hoc est, hæreticã, & oẽm alienam a fide tua, vxorẽ accersas tibi. Prima coniugij fides, castitatis gratia est, si idola colat, quorum pdicantur adulteria, si Christum neget, qui præceptor, & remunerator pudicitiæ? Si Christiana sit, non est satis, nisi ambo initiati sitis sacro baptismatis. Simul ad orationem nocte uobis surgendum est, & coniunctis precibus obsecrandus Deus. Hactenus Ambros. cuius verba referre libuit, candide lector, ut uel hinc uideas quãtũ Gratiano tribuendum sit in referẽdis sanctorũ Doctorũ authoritatib. qui quidẽ, ut fuit in illo aureo Decretorũ libro diligentissimus, ita vel memoriæ lapsu, vel scriptorũ uitio, seu q codices, ex quib. opus illud concinnauit, innumeris mendis scaterent, qñq; nimis succincte, ac deprauate, aliorum dicta retulit. Sic in c. caue. 28. q. 1. Amb. uerba reperies ita a Gratiano transcripta, ut plane penitissimum Ambrosij sensum ꝓcipias apud Gratianum deficere, si cum pdictis conferas. His igitur satis constat antiquã fuisse hanc ꝓhibitionẽ. Sed & in cõcilio Toletano 3. c. 14. expressim Iudæi ꝓhibẽt Christianas in coniuges accipere. Nam in eodem concilio Toletano 4. c. 62. & in c. Iudæi. 28. q. 1. cauet locum habet, qñ matrimonium inter duos infideles contractum est, quorum alter ad catholicam fidem tranit, sicut & loquitur Paul. 1. ad Corinthior. 7. non enim tunc dissoluitur matrimoniũ, qđ ab initio valuit, nisi infidelis nolit cohabitare cum fideli absq; contumelia creatoris. iuuat tñ considerandũ est, diuinũ Paulum consilium potius, quã præceptũ dedisse, ita sane, vt fidelis nuper, & postea coniugij contractũ ad Christi fidẽ conuersus, infidelẽ coniugẽ ẽt cohabitare volẽtẽ absque contumelia creatoris, postit, si uelit dimittere quo ad thorũ. tametsi alias uetitum sit consilio, si ille nõ dimiserit, ne deterior illi fiat. qđ ex Aug. & Chrys. adnotauit Io. Arboreus Theosophiæ li. 6. c. 10. & nos dicemus infra c. 7. §. 4.

Vñ miror qđ Io. Igne. in l. fideicommissum. nu. 143. ff. ad Syll. dixerit dictam ecclesiæ prohibitionem matrimonij cũ infideli esse contra Paulum Apostolum in d. 3 c. 7. Quinimo his accedit, q̃ iure ciuili cautum est, Christianum contrahentẽ matrimonium cum Iudæa, vel Iudæum cũ Christiana pœna adulterij puniendum esse. Quæ pœna mortis qdẽ erat l. ne quis Christianum. C. de iudæ. & ibi Salic. Abb. & Præp. in c. quanto. de diuor. & in codice Theodosiano. lib. 3. c. 14. eadem pœna statuitur circa matrimonia cum Gentilibus contracta. vtrunque Regia lex statuit, libro 4. fori. titul. 11. in l. 3. Si tamen Iudæus Christianam absque matrimonij tit. cognouerit carnaliter cessante raptu, violẽtia stupro, & adulterio, non est puniendus morte, sed arbitrio iudicãtis multo grauiori pœna, qua si Christianus fœminã Iudæam

Iudæam carnaliter cognouisset. ex Oldr. consi. 323. Corneo consi. 114. in 1. uol. Dec. in c. 1. nu. 17. de const. notat optime Nicolaus Boer. decis. 316. col. 3. ubi dicit hanc opinionẽ cõem esse, quam & Alc. sequitur li. 7. parerg. c. 23. damnat tñ solam quandã erga virilũ amputationẽ pro hoc crimine lata, quã Oldr. retulit. in hac uero, q. fallit Io. Bapt. in l. oẽs populi. fol. pe. versi. 7. ff. de iust. & iur. dicens, fortiori pœna puniri Iudæũ absq; matrimonio cognoscentẽ Christianã, quã si eã matrimonio præmisso cognouisset. itẽ nec placet, quod Lud. Gomez in c. mulieres. nu. 12. de iudic. in 6. notauit scribens Iudæũ matrimoniũ contrahentẽ cũ Christiana meretrice nõ esse mortis pœna puniendũ, nã ad tollendã iniuriã, quę religioni Christianæ irrogatur a Iudæo, qui audet Christianã vxorẽ accipere, parũ, aut certe nihil conducit ipsam fœminã Christianã meretricẽ esse, siquidẽ nihilominus Christiana, & licet Gomez. pro se citet Baptistã in d. fol. pen. & Alex. consi. 99. in 6. vol. neuter tñ hoc docuit, quamuis Alex. consultus rñderit Iudæũ adulteriũ cõmittẽtẽ cũ Christiana, meretrice tñ, nõ esse pœna adulterij puniendum. vnde apparet eum nõ respondisse quidquã de Iudæo accipiente vxorẽ Christianam.

6 hoc ipso c. ff. 4. nu. 13. Ex quo ēt pōt ꝑpendi intellectus ad tex. in d. c. fi. an sit eius decisio seruāda in mr̄imoniis ante illā decretalē contractis an quo cōis est Doct. ubi sñia, q̄ mr̄imonia secūa carnali copula consummata ante illum tex. ꝓferenda sint primis non consummatis. quibus accedit, q̄ consuetudo, cuius ille tex. meminit, honesta, ac iusta cōiter credebatur, quo cāu noua lex non vult præterita punire ex litera eiusdē tex. dum dicit, de tęro. not. gl. in d. c. licet. quem cōmendat post Doc. ibi Petr. de Rauenna in allegationib. consuet. fol. 5. dicēs ex ea consuetudinē, ēt circa diuinū, probabile dubiū constituere posse, & excusare. idē not. Rochus in c. fi. de cōsue. fol. paruo 15. col. 1. facit ad id decisio Bar. in l. quis sit fugitiuus. §. apud Labeonem. ff. de Adelitio edicto. q̄ scribit contrahentes excusari a pœna, & à pctō, si cōtra ctus ab eis gestus ex consuetudine fiat, ēt si uere illicitus sit, & uiuarius, si cōiter existimatur ille contractus licitus. Nec faciens talem contractū erit iudicandus usurarius, Sm eundē Bar. & Oldr. conl. 207. Abb. conſ. 15. ī 1. vol. & Iaſ. in l. 1. in 1. lect. C. de ſumma trini. nu. 61. Decius. cōſ. 170, col. 3. & Bert Ant. Burgū. in c. ad noſtrā. nu. 10. de empti. & uendi. reprobet hanc Bar. opinio. procedere, tñ optimo iure pōt, q̄n cōiter ille contractus celebratur licitus, ut ipse Bar. loquitur. Ex qb. vī ꝑam Doc. interpretatio ad tex. in d. c. fi. qui ibi Abb. coem ēſſ. Iste tur. & Petr. de Rauenna d. fol. 5. expresse cōprobat. Sed ipse ꝑdictā opinionē cōem falsam esse existimans opinor ēt ante illā decretalē vlt. de spōns. duo. mr̄imonium secundum copula consummatum, nec primo nondum consummato præferendum fuisse iustitia, nec ualidum fuisse censendum, quod probatur, quia primum coniugium etiam ratum nondum consummatum ex diuina lege, & naturali, ꝓfertur secundo, ēt cōsummato, nec ex eo dissolui pōt, vñ cōsuetudo paru hac Ire prodesse potuit. Non. n. pōt consuetudo dissoluere mr̄imoniū, qđ ratū est, nec illtimū coniugiū, ltimū efficere. Potuit aūt illa consuetudo, si rōnabilis a uiris doctis censebat, a pctō excusare, ēt in diuino iudicio, & sic in foro cōsciētiæ. Nā in iudiciali pœna excusat consuetudo ēt irrationabilis, gl. in c. cū uenerabilis. de consu. alia in c. deniq; 4. dis. quas Ro. cōmend. in. 19. & Cremens. in. 149. & late explicāt Lal. in l. singularia. ff. si cert. pet. Dec. in c. iā concupiscentiā. de cōſ. 2. lect. Hipp. in l. 1. limit. 19. ff. de ſicar. Præp. in d. c. deniq.. Rochus Cur. in c. fi. de consu. fol. paruo 14. Ex qb. id notari pōt attenta ipsa consuetudine, qñq; eā secutos excusari, vī a tota pœna, vel a parte pœnę. Id aūt qđ dicit tex. in d. c. licet. a ꝓdecessoribus nostris afr qñq; iudicatū ēt, referendū ad iudicia partis culare ex propria opinione, sicut de Celestino refert tex. in c. qū. de diuort. non aūt ad decisionē Ro. Pont. atq; ita illū tex. intelligit Caie. 2. par. apologiæ, de aucto. eccl. c. 19. Nam tex. in d. c. quanto. dum refert Celestinū dicēte mr̄imoniū dissolui, si alter coniugiū labat in hr̄sim est intelligendus ita, ut plane dicamus Celestinū adjecisse, non tñ legem fanxisse, neq; velasse certū diffinisse. Nec item obest huic uinculo cōiugali, qđ scribit Gregor. 3. in epist. ad Boni. 2. Tomo conc. dicens licere uxorem dimissa uxore, q̄ ob ægritudinem reddere desitum non potest, aliā uxorem accipere, quia Greg. ibi nihil diffinirit, sed cū barbaris illis nouiter ad fidem conuersis dissimulandum esse rescripsit, ut si non possent coīnere, potius nuberent, quā absq; mr̄imonij ut. fornicarent, atq; esset talis fornicatio propter paruum exemplum periculosa. Nec arbitror Greg. 2. illud mr̄imoniū approbasse. Nam & Gratianus profitetur illud esse aduersus sacram scripturam in c. proposuisti. 32. q. 7.

Ex qb. ēt constat puniri a iure eū q̄ uiuente priori coniuge, alia duxerit, pœna eqdē infamiæ. c. nuper. de bigamis. l. eum qui duas. C. de adult. qua qdem lege pœna stupri punit. & ꝓbat. ibi iuncta gl. verī. infertur. Pœna uero stupri est in personis honestis, amissio dimidiæ partis bonorū in utilib. verberatio cum quinquennij relegatione. §. 2. inſt. de pub. iudic. Host. in ſumma tit. de ſtupro. §. & quær. Regia l. 2. tit. 19. par. 7. optime Alex. conſ. 165. vol. 7. ubi legito Carol. Mol. in additionib. Vñ non recte dixit Ro. ling. 531. pœnā mortis imponi contrahentib. binas nuptias per d. l. eum. qui duas. Ex qb. intelligendum est, qđ notat Theophilus inſt. de nup. §. affini. dicens contrahentes secundas nuptias, primis non solutis, pœna capitali puniendos fore, Si tñ ipsa fœmina sit nupta priori viro, & scienter contraxit cum ſecūo, adulterij ꝓpœna dānat, simul & cū ipso ſecūo marito, q̄ eā uxorem scienter contraxit d. ſecūs q̄ duas. Punit etiā ſecūas nuptias, primis nō ſolutis, contrahentes p ecclesiasticū iudicē publica ignominia. arg. c. de bñdictio 32. q. 1. notat Ab. ī c. cū hēret. de eo, q̄ duxit ī matr. col. 2. Suspectē ēt hr̄eos cēlendus est q Sm mr̄imonium contrahit primo durante, quali non recte sentiat de sacrīs, ita Dom. & Fran. in c. accusatus. §. sane de hæret. in 6. Iō. Lupus in c. per uestras. de donat. inter vir. & uxo. §. 17. nu. 25. & Gonsalus de Villadiego. in tract. de hæret. q. 9. Quinetiā excommunicatum esse ipso iure ita mr̄imoniū contrahentem asserit Paul. Grillan. in tract. de pœnis oīanū coitus. ꝙ. 14. Sed hoc vltimum falsum esse apparet ex gl.

j.quã ibi Card Imol.& alij sequunt in cle.vnica.de con
fangui.& affini. In his uero regnis uariæ pœnæ hacten'
fuere sanctitæ aduersus cõmittẽtes istud crimẽ, quas ui
dere licet in l'ñi.tit.17.par.7.l.2.tit.7.li.4.Fori.l.7.tit.15.
7 l.8. ordinat.l.6.tit.7.& l.8.tit.11.eodẽ li.7 Verũ praxis il
lam recepit pœnã, vt contrahentib.binas nuptias cãdẽti
ferro fronte imprimat littera q.l.6.tit.15.li.3.& l.3.tit.1.
li.5.in Regijs ordinat. Cæterũ quia illa dicit signo q.
esse inurendũ hũc delinquẽtẽ, opinant quidã de signo
Crucis intelligendũ esse, eo q̃ male sentiat de fide, atq;
existimant legem illã uitio scriptorũ esse depraua tã.
Q.ſi in lege illa error forsan aliquis adest, is est in eo,
q̃ erat statutũ, vt contrahẽs binas nuptias signaret hoc
signo, 2. quasi duas hẽat vxores, atq; inde facilis fuit la
psus, ut ex illis characterib. dualẽ numerũ designantib.
q.heret. Vſus tñ obtinuit literã. .imprimi. Illud uero,
q̃ de signo Crucis adnotauimus, fateor plane me depre
hendisse in huius regni constõnũ vetustissimo. C. vbi I
l.pe.Io. Primi Regis ex comitijs habitis Biruiescæ, ex
pressim cautũ erat, in pœnã huius criminis esse fronti
imprimendum Crucis signum. Hurus aut pœnæ stigma
ticæ alia in spẽ meminit tex. in Lult. C. de sportu. ibi, ma
iores pœnas & corporales maculas imponere. Et Gãdi
nus in tit. de pœn. reor. nu. 19. Tametsi iure Codicis nõ
debeat hominis faciei imprimi stigma l. si quis in metal
lũ. C. de pœn. tradit Boer. decis. 82. Sed & fabricẽsibus,
vt latitantes agnoscerentur, stigma solebat imprimi l.
stigmata. C. ne fabricens. li. 41. c. li iudex de sent. excom
munic. lib. 6. Est autem stigma, signum, quod ferro can
denti, uel aliter imprimitur.

EX §. SEQVENTI.

SVMMARIVM

Diuortium duplex est.

2 *Diuortiũ Romanorũ legib. qua rõne fuerit permissum.*

3 *Repudij libellus apud Iudæos quo pacto dabatur.*

4 *Repudium an fuerit licitum apud Iudæos.*

5 *Apud infideles contractio matrimonio, si alter eorum Christi fidẽ profiteat, an matrimonium dissoluatur?*

6 *Religionis professione matrimonij vinculum ante copulam dissoluitur, ex authoritate diuina.*

7 *Votum solenne a simplici, ex ipsa actus natura, differt.*

8 *Intellectus ad tex. in c. L de voto in 6.*

9 *Matrimonium etiam consummatum, minime dissoluitur per sacri ordinis susceptionem. Nec item per episcopi dignitatem.*

10 *Religionis professione an matrimonium violenta copula consummatum dissoluatur.*

11 *Sponsus cognoscens carnaliter per vim propriã sponsam an sit puniendus?*

12 *Sponsa religionem professa, an amittat sponsalitiam donationem, quam propter osculum lege Taurina adquirit?*

13 *Matrimonium non consummatum, an possit dissolui ex Romani Pontificis dispensatione?*

14 *Intellectus c. cum societas. 27. q. 2.*

15 *Matrimonium carnali copula consummatum non dissoluitur a Romano Pontifice.*

§. QVARTVS.

1 QVIBVS præmissis agendũ erit de diuortio. Et triplex esse diuortiũ Bal. scribit in c. ex parte. de conju. quẽ refert Io. Lup. in rub. de dote. inter virũ & vx. §. 4. Emerariũ, Caularium, & Ignominiosum, q̃ quidẽ distinctio minime cõuenit huius rei mediocri cognitiõi. Rectẽ denique erit iuxta Ab. in rub. de diuo. ex plex tm diuortium in matrimonio constituere. Vnum quo ad uinculum, alterum quo ad cohabitationẽ. Quib.
2 præmitto apud Romanos passim uxores repudiari soli tas misso libello repudij per nuntium, authore Plutarcho in problematis, c. 14. & Iurisconsulto in l. nullum. ff. de diuor. Ex qua illud Iuuenalis Satyr. 6. explicatur.

Colligat sarcinulas, clamat libertus, & exi,
Iam grauis es nobis, sicco venit altera naso.

Vti tradunt Lud. Cœli. li. 15. lect. antiq. c. 16. & Alcia. in l. licet. §. paternos. ff. de uerb. sig. Plurib. n. cautis, & qñq; facillimis hic libellus repudij a Romanis mittebatur. Anno etenim ab urbe condita quingentesimo vige simotertio Spurius Corbilius primus ab uxore diuertit eo q̃ sterilis esset. Cuius rei testis est Aulus Gel. li. 4. c. 3. & lib. 17. c. 21. atque ei hoc datũ vitio fuit, ut scribit Valer. Max. li. 2. c. 1. Meminit & Plutarchus huius primi diuorij apud Romanos, non sine eius increpatione in Romuli & Thesei cõparatione, vbi hanc appellat Seruilij Spurij. & idẽ Plutarch. in Numæ, & Lycurgi cõparatione Spurij Coruinum eũ nominans, (apud Latinum interpretem, cum in Græco codice ubi Spurium Corbilij nominauerit Plutarch., (qui in annorum nu. plurimũ differt ab Aulo Gellio, in quo nec ipse Gellius tibi constat, nec cũ Hen. Glareano conuenit. quod fatis erit obiter adnotasse. [Nã & Tertullianus li. de monogamia, & i Apologetico, primum repudiũ Romæ cõtigisse scribit, anno fere 600. ab urbe condita, Gellius annis fere d. Dionysi. anno. 523.] Scribit & ipse Plutarch. in Problematis Ro. c. 13. hęc de diuortijs Romanorũ verba. Est, n. proditũ memorię Spurium Corbilium primũ Romanorum omnium sterilitatis cã uxorem repudiasse. Hũc secutus Sulpitius Gallus idcirco uxori nutiũ remisit, quod eam in caput vetitem deducere animaduertisset. Idẽ fecit Publius Sępronius, q̃ ex' uxor iudos funebres expectasset. Hęc Plutar. Diuortiũ aũt illud Sulpitii Galli in hunc modum explicat Valer. Max. li. 6. c. 3. Horrendũ. C. quoq; Sulpitij Galli maritale supplicium. nam uxorẽ dimisit, q̃ eã capite aperto foris uersatã cognouerat, lex. n. Iquit, tibi meos tm pũnit oculos, qb. & formã tuã approbes, & placere debederes. [Verũ Dionysius Halicarnasseꝰ li. 2. primũ illud diuortiũ, cuius ex Plutarcit. & alijs meminimus, scribit, non sponte factũ, sed ipsum Sp. Corbilium sterilitatis causa coactum a cẽ soribus uxorem repudiasse, & nihilominus ea rõne populo inuisum fuisse. Ipse etiam Iustinianus non recte diuortium permisit tot expressis cautis in Leõnetiu. C. de repud. tametsi Alc. li. 6. pareg. c. 20. uelit dictam Iustiniani audaciam tempori, non uiro tribuere. ac deinde existimet Ellas Iustiniani a Papa restitui posse lictas fieri, quod minime dicendum est, nec oportuit a viro iuris uirtusq; consultissimo assertionem hanc proponi, qua rõne optimo iure reuocat a Carolo Mol. in tract. de contractib. q. 2. nu. 70. Quantum. n apud veteres Roma. fœdũ usum fuerit diuortiũ, præsertim ipsa Romuli lex, quæ uiro uxorem repudiare permisit, si in veneficio natorum, aut in adulterio deprehensa foret, aut clues adulteraret, quod si aliter quis repudiasset, eius copiarum partem uxori dari, partem Ceteri sacram esse, idẽ Romulus iussit author Plutar. i Romuli uita. Vlima tñ causa repudij a Romulo expressa, latus fuit locus, multa ad hanc Coratius li. 5. Miscellaneor. c. 10. Sed & apud Iudæos libelli repudij plurib. ex caulis mittebat,
3 i ipso. n. maritꝰ ꝓmittebat, nũquã se cũ fœmina repudiata cohabitaturũ, authore Iosepho li. 4. de antiquitate. c. 6. Ab initio tñ Iudæus uolens repudiare vxorẽ coram iudice cãm diuortij iurabat, qua ꝓpecta, ipse iudex marito libellũ repudij dabat. quẽ uxori mitteret. ut explicat Io. Eckius i Homil. de diuor. nec me latet huiusmodi libelli formulã aliter adduci ab Ofiãdro adnotationib. ad Harmoniam Euangelicam lib. 3. cap. 23. malui tamen Iosephi

Iosephi testimoniũ probare. Qua in re est grauis contro
4 uersia, an Iudęis fuerit licitus libelles repudij. [Quidã. n. asserunt licuisse Iudæis libellũ repudij mittere, ex dispẽsatione tñ diuina concessa Iudæis ob duritiã cordis. Scriptũ. n. est Malachiæ. 2. si odio habueris uxoré tuã, dimitte eã, dicit Dñs. Vñ licitũ fuit Iudęis vxores dimittere. Q.ſi ẽt cõprobat, quia si non esset licitus libellus repudij, nõ permitteret vetus lex, repudiatã aliũ uirũ accipere, hoc aũt permisit Deutero. c. 24. [Quo in loco id probat iuxta codices Hebræorũ, & translationẽ ex eis a uiris eiusdẽ linguę peritissimis ꝓbatã. Nec abhorret vulgaris editio, & suffragat Inno. tertius i c. gaudemus. de diuort. ibi, igitur licitũ fuit repudiũ. Cui sn̄æ adhærẽt ꝑter alios Palud. i 4. sen. dist. 33. q. 1. ar. 2. & ibi Io. Maior. q. 2. Caie. Matth. c. 19. & ibi Abulens. q. 49. Ex aduerso sunt alij, q existimãt nõ licuisse Iudæis repudiare vxores, eis tm ꝑmissum fuisse nõ qđ liceret, sed ne maius malũ ex inuitis nuptijs cõtingeret ob duritiã cordis eorũ, sicut nũc meretrices a principib. ꝑmittunẽ. ait etenim Iesus Mat. 19. Qñ Moyses ob duritiã cordis uestri permisit uobis dimittere uxores uestras, ab initio aũt non fuit sic, quo in loco Chryl. Homil. 33. hoc ipsum probat. Hãc ẽt tenet qđ Seneca de Romanorũ diuortijs scribit li. de remedijs fortunæ, in fine dicẽs, Nouimus veterũ mirimoniorũ repudia, & fœdiores diuortio male cohærentiũ rixas. Hãc ultimã opinionẽ D. Tho. asserit in 4. sen. dist. 33. q. 3. ad 2. col. 3. dicens frequẽtius hanc opinionẽ recipi, q quidẽ magis conuenit uerbis sacri Euangelii, vt fatet Palud. d. ar. 2. & eã probat tex. in c. gaudemus. de diuor. vbi Panor. eandẽ opinionẽ sequit. [Et ad hanc permissionem cõtinentiæ ob cordis duritiã, referẽda sunt quæ in d. c. 24. Deuteronomii traduntur. [Nã & Iudæus, qui ante susceptã Christi fidẽ repudiauit vxorẽ, eã accipere suscepta Christi fide, tenet, ẽt si ea cũ alio uiro post repudium contraxerit, si ipsa cohabitare cũ eo uelit absque cõtumelia Creatoris, ut ꝓbat tex. in d. c. gaudemus §. qui aũt. Cuius uerba transtulit Regia l. 8. tit. 9. par. 4. Sed si ante susceptam Christi fidẽ liceret Iudæo uxorẽ dimittere, suscepta Christiana fide nõ teneretur dimissam legitime & ab alio forsan ductam in uxorem accipere. C. de infidelib. de consang. & affinit. Nec ibi opinio ultima dimittenda est, imo eam oportet sequi i auctoritatib. & rationib. aliis, quas tradit Robert. Senalis Episcopus Abringensis in peculiari huiusce qõnis opusculo. Eandem probat Alfonsus Castro libro. 2. de pot. leg. pœnal [e. medio principali argumento, & Domi. Soto in 4. sen. dist. 33. q. 2. ar. 2.] Quib. & illud addendũ
5 est, ex duobus infidelibus alterum Christi fidem profitẽsum non teneri ad cohabitandum cum altero, ẽt si uelit infidelis cũ fidelitatã agere absque Dei contumelia, licet possit cohabitationẽ hanc fidelis admittere. Tho. in 4. sent. dist. 39. q. 1. ar. 3 [& ibi Domin. Soto q. vnica ar. 3. & 4. & Sylues. in uerb. matr. 8. impedimento 10. idẽ probat ex Aug. & Chryso. Io. Arbore l. 6. Theosoph. c. 10. Sed si alter qui infidelis est, vitam communem agere nolit absq; diuini numinis contumelia, Christi fidẽ ꝓfessus potest alium coniugem accipere, quo accepto primum coniugem dissoluitur, non prius. Fm Sylue. in d. impedim. 10. Palud. in 4. sen. dist. 39. ar. 2. Hor. 3. part. tit. 1. c. 6. & Tho. in d. q. 1. ar. 3. ex quib. est intelligendus tex. in c. quanto. de diuor. vbi ab Innoc. 4. exponitur, ex duob. infidelib. alterum, qui Christi fidem profitetur posse alium coniugem accipere, si infidelis nolit cum eo uitam agere, hanc Saluatoris inturia. Quod authoritate Pauli fundatur, 1. ad Corin. capitu. 7. dicentis, Quod si infidelis discedit, discedat, ubi Cæteta, fateturita Pauli verba intelligi frequentissima Doc. interpretatione, & ab ecclesia hanc assertionem receptam esse, tametsi ei non olim placerat huiusmodi sensus.

Ex his perspicuum erit, quã loquę etiam quo ad vin
culum matrimonia dirimi, quod proximo casu cõtin
6 git. Sed & alio casu dirimuntur ex religionis, scilicet, profeſſione, nondum secuta copula. c. 2. de conuers. coniug. c. ex publico eodem tit. [Quia in re est obseruandũ, in dicto cap. secundo, ex proposito, & serio, ingressum monasterij, & fugam sæculi ad hanc matrimonij dissolutionem ab ecclesia exigi. Neque quidquam oberit rõ quędam quæ colligi solet ex c. ultimo, qui cleri. uel uouent. Nãea decisio ad uoti solennitatẽ pertinet, & ad ea, quæ ei possunt iure legitimo accedere. Scire tamen conuenit hoc matrimonij diuortium ex diuina authoritate fieri, non humana. Sic enim intelligenda est regula illa, Quos Deus coniunxit, homo non separet. Quod significare uidetur tex. in dicto capitulo, ex publico. dicens hoc deduci a sacri eloquij interpretatione. optimus tex. in dicto capitulo secundo, in uerb. sanctis. adiuncta gloſſ. ibi. Ex quo idem sensit Abbas in dicto capitulo, ex publico. in fin. exemplo etiam sanctorum patrum apparet. capitulo scripsit. 27. quæstione secunda. [Quod docuisse videntur Scotus in 4. sententiarum distinctione 31. & S. Bonauentura distinctione 27. articulo secundo, quæstione prima.] Quin & ipse summus Iesus Ioannem Euangelistam a nuptijs ad castitatis professionem vocauit. testibus Hieronym. in prologo Euangelij Ioannis, & in prologo Apocalypsis, & Aug. in prologo operum in Io. Quib. hoc probare conatur Natalis Beda in censura errorum Fabri super Euangelium Io. Eandem sanctam profitentur Palud. in 4. sen. dist. 27. q. 2. ad fi. & Io. Maior. ibi. q. 2. col. 2. & Iacob. Almain de pot. eccl. 15. & idem credendũ est ecclesiæ in sacri Euangelij interpretatione. [Et oĩno obseruandum, hanc matrimonij solutionem nulla alia authoritate, quam diuina, quæ ex traditione constet, potuisse fieri, quod post huius operis tertiam editionem docet Melchior Cano. li. de locis Theolog. 3. c. 4. probat & Claudius Spencæus lib. 5. de continentia c. 4.

Ex quo consequitur non ex humano iure, sed ex ip
7 sa rei natura. & condone votum solenne matrimonij dissoluere, non ita simplex, quia uoti solenne est tradõ realis, simplex uero ipsa promissio. qđ docet Tho. in 4. senten. dist. 38. q. .ar. 1. ad 3. [Et potest eũ Ricardus ar. 7. q. 2. Dom. Soto, q. 2. ar. 1. & 2. idem Soto de iust. & iure li. 8. q. 2. ar. 5. post eundem. S. Tho. 2. 2. q. 88. ar. 7.] Sic ẽt sponsalia ipsa a matrimonio distinguuntur. Quamuis eg̃dẽ uoto simplici ex sola ꝓmissione qs obligetur, hęc tñ promissio ad effectum deducitur, donec datio succedat, datio uero fieri nequit, nisi quis recipiat. Ecclesia tandem constituit modũ recipiendi, & formã, qua tradõ, & sic uotum solenne fieret. Qua ratione posset credi, votum solenne ab ecclesia quo ad modũ, & formã solennis traditionis inductum fuisse, sicut explicat Palud. in 4. dist. 38. q. 2. uers. 7. Sic etiam est intelligendus
8 tex. in c. 1. de uoto. in 6. quo probari videtur, votum solenne a simplici ex humana constõne distingui. quamuis Caiet. ex illo tex. dixerit, 2. 2. q. 88. ar. 7. votum solenne ex iure humano differre a simplici. Exqb. 2. cludipõt, matrimonium carnali copula consummatum non dissolui per uotum solenne, cum in illo matrimonio iam fuerit præmissa realis traditio. c. cum societas. 27. qu. 2. Ante copulam tamen dirimitur fortiori actu, nempe promissione solenni castitatis, & sic traditione reali ad spiritualia subsecuta. Hoc ipsum est notandum ex Th. in 4. sent. dist. 27. q. 2. ad 5. & ibi Palud. q. 3. Tho. dist. 38. q. 1. Forte. in c. 1. de pact. nu. 15. & Ambr. Catharinus ff. 6. contra Caie. c. 3.

Hic uero aliqua notanda sunt, quæ ad hanc materiam spectant. Primũ, matrimonium carnali copula non consummatum minime dirimi per sacri ordinis susceptionem

rem,tex.in extrauagant. Antiquæ Io.22 tit.de voto.gl. cõiter recepta in c.vnico,de voto li.6.Imo nec dissoluitur hoc matrimoniũ ratũ ,nõ cõsummatũ per episcopalẽ dignitatẽ,quod probare vẽ tex.ubi Ant.hoc notat in c.ex parte,in 2.de conuer.coniugat.Io.And.in d.c. vnico.Aret.consi.59.col.2.Palud.in 4.sen.dist.27.q.3.ad 3. Flor.3.par.tit.1 c.21.§.3.Quorum opinionẽ sequitur ꝙ Host.in Summa tit.de conuersio.coniugat.col.4. & 5. Io.Lup.Segobiẽsem in tract.de matr.col.10. & sequẽt.

10 Itẽ & illud notandũ est,satis esse,tne matrimonium professione religionis dirimatur,sponsam a uiro cognitã esse,ẽt vi.Host.in d.tit.de conuersi.coniug.§.& utrũ. vers.quid si iuuge.Palud.in 4.sen.dist.28.q.3.col.4.Flor. 3.par.tit.6.c.21.§.1.Bald.in c.pen.de prob.col.fi.& Egidius de Gindelbertis in q.3.post disputationes Pauli de Elcazar.Duran.in 4.sen.dist.27.q.2. quamuis ꝓrium teneat Ang.in l.1.§.remouet.ff.de postulan. & Hippo.in

11 l.1.§.præterea.ff.de q.nu.15.Nec erit puniendus sponsus,qui per vim sponsam de pãti cognouerit, & rapuerit,nisi sponsam hanc præmeditantem, atq; tractantẽ ingressum religionis ,fraude & dolo per uim cognouerit.Bald.col.fi.Sali.nu.9.in l.unica.C.de rap. uirg. Ana. in c.fi.col.pe.de raptori.Quo quidem casu adhuc opinor non esse locũ pœnæ illius l.vnicæ.sed hic erit motiori pœna arbitrio puniendus ex his, quæ in d.l.vnica. Hippo.col.pen.Illa.n.tex in sponsa de futuro loquitur. quod patet ex præmissis in c.1.huius operis .& fatentur Doc.ibi,atque ita illam l.interpretatur Regia l.3.tit.20. par.7.Imo forsan dici posset,d.l.vnicam.in sponso ẽt de futuro nõ debere ita strictẽ seruari pp̃ ꝓcedentẽ tractatum,& promissionẽ matrimonij cõtrahendi . Nam ex illa pręuia coniugalis consensus promissione tẽperandus est illius legis rigor,consideratis cæteris ipsius actus contingentis circunstantijs,arg.eorum , quæ notantur in d.c.pe.de raptori.Ex quib.ẽt intelligẽdum est,quod notat Imol.Alex.Ias.& Ripa,in l.miles.§.qui iudicatu.ff. de re iud.dicentes maritum non esse puniendũ si uxorem iam ab eo cognitam matrimonio cõsummato per vim rapiat,& cognoscat carnaliter,prius tñ, quã matrimoniũ consummetur,puniendum esse sponsum,si propriam sponsam per uim rapuerit.Nec enim ita inditum ẽte id procedit,sed secundũ prætorissa erit intelligẽdũ.

Rursus & aliud considerandũ est Regia l. præmissa,

12 quæ 52.est in Taurinis legib.qua cauetur , donata ab sponso sponsæ de præsenti , ante solennes nuptias, pro parte dimidia,ratione oculi sponsæ adquiri,si casu matrimoniũ non fuerit consummatũ,quod antea sanctum fuerat in sponsis de futuro,in l.si ab sponso.C.de donation.ante nup.l.3.tit.11.part.4.Et tñ si oculo præcedẽti,per professionem religionis,ab sponsa donataria factum matrimoniũ dirimatur,neque consummari possit,adhuc opinor apud sponsam sic profitẽtẽ religionẽ, vel apud monasterium manere dimidiã illã donatorũ parte,religionis fauore,ex Corneo consilio.228.1.vo'. qui ita ridet posse Baptistã de sancto Seuerino . Idẽ Io. Lup.in d.l.52.nu.3.licet ipse in hac q.dubius sit in rep. reb.de donatio,inter uir.& ux. §.3.huic autẽ opinioni, quam probauimus,accedit tex.in c.vlt.19.q.3. ubi decisũ est,ingratitudinem,ex qua poterat filius a parente exhęredari,per professionem religionis aboleri, qđ Gratianus deduxit a Iustiniani Nouella constitõne 123. tit.de ecclesiasticis diuersis capitulis , sicuti palam est apud Græcas,& Latinas Iustiniani Nouellas , quas Gregori. Haloander magno reipublicæ literariæ cõmodo typis excusit,vt non parum sit succensendum vulgatæ Authẽticorum editionis authori , qui ira perperam paragraphum illius nouellæ cõstitõnis,in Latinam linguam traduxerit,vt plane ipsius Iustiniani Cæsaris sensus omnino lateat,quod patet in auth.de sanct.Episcopis §.nullam.qui quidem tit.idẽ est cũ eo,quẽ paulo ante ex Græcis nouellis citauimus.Vnde etiam ad uertus Alc.lib.4. parer.c.23.defenditur authoritas Gratiani,quẽ & nos I c.Rainutius.de test.nu.20.a mendacij crimine liberũ probauimus ex authoritate solius Constantini Harmenopuli,nec tñ prædictam Iustiniani nouellam eo loco adduximus,[in prima eius operis editione,] quippe q̃ eius ꝓmemores fuimus existimantes paragraphum ab Harmenopulo relatũ illius fuisse nouellæ,quæ causas ingratitudinis commemorat,cũ tñ ipse Harmenopulus eum deduxerit ex dicta constitution. 123.& simul adiunxerit plurib.decisionib.quas ex dicta nouella causas ingratitudinis tractante,referebat.

13 Sunt etiam ex nostratibus,[qui coniugium ratũ ex consensu,nondum tñ ex copula perfectum, existiment Rom.Pont.dispensatione,etiã quo ad nineulum dissolui posse.Quorũ primas obtinet gl. in c.ex publico. de conuers.coniug.cõiter approbata ut ibi asserit Panor. idem in disputatione 1.col.3.& Prep.in c.fi. de sponsa. duo.in fi.Dec.consi.112.Fel. in c. quæ in ecclesiarum. de const.nu.20.Hier.Grat.consi.1.nu.31.2.vol.& Ferd. Lozes in tract.de matr.2.dubio in 2.arg.pro parte affirmatiua.idem in tract.de noua conuers.pagan.col.5[illegible]. Nec desunt ex theologis,qui huic opinioni subscribãt siquidem Sylvest.in verb.diuortium.q.4.eam sequitur & defendit Caie.in opere.27.qq.q.25.ex canone cũ societas.27.quæstione ,secunda. Cuius litera apud Gratianum,a quo Caie.assumpsit,legitur,Cum societas nuptialis ita est a principio instituta,ut præter cõmixtionem sexuum,non habeant in se nuptię Christi,& ecclesiæ sacrm.Ex quo tex.damnat ipse Caie.cõmunẽ theologorum sententiam,qui post Magist.in 4.sent.dist.26. tenent,matrimonium etiam ante carnalem copulam significare coniunctionẽ Christi & ecclesiæ,atq; ideo indiuiduum vinculum esse . Verba autem Leonis papæ, cuius est caput illud,Cũ societas,aliter legũtur in ipsis epistolis.Extat enim inter epistolas Leonis Papæ primi eius epist.90.ad Rusticũ Narbonẽsem,ubi ca.4.1. Tom. conciliorum ita legitur,Vñ cũ societas nuptiarum ita ab initio constituta sit,ut præter sexũ coniunctionẽ haberet in se Christi,& ecclesiæ sacramentũ, nõ dubium est illam mulierem non pertinere ad matrimoniũ,cum qua docetur non fuisse nuptiale mysterium. Hactenus Leo Papa.[cuius sñia eisdẽ verbis extat apud Iuonẽ par.

14 8.c.73.& Rabanum in li.pœnitentium.c.8.]Sed si consideremus Gratiani disputationem , quę illum sensum exigit,vt matrimonium ante carnalem copulam minime significet coniunctionẽ Christi,& ecclesię , vti etiã apparet ex ipso c.cum societas.& ex capitulo non est dubium eadem causa,& quæst.Cuius litera extat apud Aug.dicentem,Non est dubium illam mulierem non pertinere ad matrimonium,cũ qua cõmistio sexus non docetur fuisse,fatẽdũ erit elegantiorẽ multo esse ipsam orationẽ apud Leo.epistolam ,quàm apud Gratianum, cum dictio preter ,sit in prædicto textu pro dictione,ultra,assumenda.Verum hęc non probant adhuc Caieta. opinionẽ,quippe quæ sint intelligenda quo ad mẽmoriã repræsentans coniunctionem Christi , & ecclesiæ p carnis assumptionem , non tñ sequitur ex hoc cõiugiũ ante copulam non significare coniunctionem Christi & ecclesiæ per charitatem,& dilectionem , & sic conũctionẽ Christi cum alia iusta,authore Magist. in d. dist. 26.quod & nos notauimus c.1.huius 2.partis. Ex quib. apparet non omnino conuincere in prædicto dubio Caie.probationem. Vnde tutior,ac uerior est cõis opinio Theologorum , quæ probat matrimonium ratum nondum secuta comixtione carnis, & sic non consummatũ,minime posse dissolui Rom.Pont.dispensatione. Cui opinioni potius,quam cõtrariæ,patrocinat.Panor. in dict.

in dicto ca.ex publico.col.fin.q̃ & Io.Lupi Segobiensis sequit in trac.de matri.nu.30.& Iacob.Almain de pote stat.eccles.c.15.optimus tex.in ca.vlt.detransactio. atq; esse hanc opinionem apud Theologos cõmunem ipse Caieta.fatetur.[idẽ asseuerat eandẽ opinionem contra Caietanum secutus Domini.Soto in 4.sen.di.27.q 1.ar. 4.]Qua in re non possum non mirari Ambrosium Catharinũ , q Caietani scripta satis acriter insectat in hac opinione Caietano subscripsisse.ꝙ ex eo constat li.6.cõtra Caie.c.3.[Hæc sanè in hac q̃stione dixerim, vt sit qñ in praxim ea inciderit,illud sit maxime obseruandum, non esse matrimonium ratũ,copula tñ nõdum consummatum summi Pontificis dispensatione & authoritate, nisi ex grauissima causa,dirimendũ, quãuis etenim illa sit admittenda sententia,q̃ huic dispensationi,& dispensandi potestati patrocinet,mihi profecto satis dubia,nõ erit tuta,nec licita hmõi dispẽsatio,nisi ea maxima ex causa fiat. Nec me latet,Paulum quartum summum ecclesię Pontificẽ anno 1558.hac vsum fuisse dispensatione quibusdã ex causis,quas iustissimas esse,idẽ summus ecclesiæ præsul existimauit.Idem paulo antẽ Iulius tertius fecerat in eodem matrimonio cum ecclesię vniuersali præsideret,ipse vero non auderem a cõi Theolorũ

15 sententia discedere.]Hinc procul dubio reprobanda est assertio Socini consilio 28.j.vol.col.pen.dicẽtis Papam posse dispensare,vt matrimonium ratum , & carnali copula consumatum dirimat quo ad vinculũ.quẽ sequunt Dec.in ca.q̃ in ecclesiarum col.5.de consti.Hiero.Grat. consi.j.2.vol.nu.31.Sigismũdus Lofredus consi.50.nu. 41.quorum opinioni optimo iure aduersant Abb. in di. c.ex publico in fine.Bal.in c.lator de re iudicat.Felin.in di.c.q̃ in ecclesiarum.nu.23.nulla enim causa constitui, aut reddi potest,ex quaid,quod iure diuino,ac naturali prohibitum est,Romanus pontifex permittere valeat. Tametsi legẽ diuinam , & naturalẽ possit interpretari.

[Verum his,q̃ diximus primum illud obijcit,ꝙ Alexander tertius in c.licet de spons.duor.restatur aliquando à summis Pontificibus iudicatũ fuisse primum matrimonium nõdum copula consumatum , dissolui per sin carnali commixtione pfectum & ꝙ notat Host.in c.ex publico de conuers.coniug.scribens,posse à summo Põtifice lege lata statui,ꝙ matrimoniũ primum ante copulã dissoluat p̃ẽm copula consummatũ.Sed hæc Hostien.opinio mihi non placet,& indicia illa summorum pontificum non ptinent ad canonum vniuersalium institutionẽ,sed ad quarundã controuersiarum & litium diffinitionẽ,& iò non sunt adducenda ad probationẽ alicuius opinionis,ꝑtim cum agit de vinculo , ꝙ ex iure naturali & diuino constare videt , nec obsunt huic ñsioni l.vlt.C.de legimus.etenim illa constitutio est intelligenda qñ princeps legislator, ẽt occasione alicuius controuersiæ q̃ inter priuatos cõtingit,legẽ aliq̃,eiusq; sensum explicat & interpretat ea mente,vt illa interpretatio vim legis vniuersalis habeat,nõ aũt erit illa decisio admittẽda si simꝑ ipse Rex,vel Imperator,aut Põtifex ius dicens priuatis aliquã ferat sententiã , minimè constituens illius interpretationẽ generalem fore, nec expresim legis verba ita interpretat,vt inde cõstet voluisse principẽ,illam diffinitionem legis vim obtinere. His addo,verbum iudicasse in d.c.licet in eodẽ sensu ac cepi posse,quo verbum sentio,aut opinor, ꝙ in hac specie tradit Melchior cano.li.6.de locis Theologi.cap.8.

Illud ẽt obijci solet,ꝙ Greg.3.Pontif.Max.ad Bonifaciũ episcopũ scribẽs rndit,nepe posse maritos vxores legitimè sibi cõiunctas dimittere, & ad as ducere,si illæ ob aliquã infirmitatẽ aut ægritudinẽ nõ poterãt maritis debitũ reddere,idq; ex dispẽsatione quadã,eo ꝙ gẽs illa nup Christi fidẽ susceperat.c.ꝙ propoluit.32.q.7. apud Iuone.parte 8.c.78.apud quẽ legit in illo rñio,mulierem illã infirmitate correptã nusquã valuisse viro debitum reddere.& põt illa rñsio de matrimonio nondũ copula consumato optimè intelligi ,imo est,vt vẽ,sic intelligendum.Sed vel illa ægritudo ꝑcesserat matrimonium,& erat eius conditionis,vt ẽm iura coniugij omnino impediret matrimonij consensum,idq; eo ꝓbabilius poterit,ꝙ Greg.scribit,maritos ea ex cã dimittẽtes vxores,debere eis alimẽta exhibere,ex eq; vt sorores habere.ꝙ conuenit Lucij R.o.Ponti.rñsio,in c.consultationi.de frigi.& c.requisiti.33.q.1.quam ad hoc maritus cogi non possit,nisi sciens illud impedimentũ subesse, nihilominus illam in vxorem duxerit. aut illud Gregorii responsum ptinet potius ad quãdã pmissionẽ,q̃ approbationẽ,ꝙ vix credi põt,si verba illius epistolæ examinent.deniq;si p̃dictæ rõnes lectori nõ satisfecerint, rñdebo tandẽ salua sedis Apostolicæ authoritate,Gregorii rñsum ꝑciale fuisse , nec ad vniuersalẽ diffinitionẽ pertinere,atq; summum illum ecclesiis patrẽ aliquã rõnẽ excogitasse,qua,saluo semper indissolubili matrimonii vinculo,etiã ante copulã,id potuisse fieri sibi persuaserit,q̃ nos latet,atq; iõ nõ est exquisitè de ea re amplius disputandum , Leget tamen lector Sylvestr.verb. matrimonium.8.§.16.Dom. Sot.in 4.sent.di.34.q.1.ar. 2.colum.vlt. Petrum Soto in instructione sacerd.ca.de matrimonio lect.5.Melchior can.in dist.lib.9.cap.8.

EX §. SEQVENTI.

SVMMARIVM.

1 *Sæuitiæ causa põt quo ad thorum matrimonium ſeparari.*
2 *Præparatio veneni ad conatum occidendi deducta, erit ita ſua cauſa diuortij.*
3 *Furor alterius coniugis præbet diuortio cauſam.*
4 *Hæreſis crimen quo ad thorum poteſt coniugium ſeparare.*
5 *Dos vxoris hæreticæ cui ſit adiudicanda, marito ne, an fiſco?*
6 *Sodomiæ crimen iuſtam cauſam præbet d ſſolutioni matrimonij quo ad thorum, atque ibi tractatur intellectus communes cauſationes.32.q 7.*
7 *Sodomiæ vitium etiam cum famini committitur, & tunc qualiter puniatur.*
8 *Fornicationis cauſa dimitti poteſt vxor, & econuerſo maritus.*
9 *Vxor notoriè adultera, & ob id à marito expulſa non reſtituitur ex interdicto vnde vi.*
10 *Spoliatus beneficio an ſit reſtituendus obiecto ſibi notorio*
11 *Spoliatio à coniugali conſortio an ſit ſtatim danda reſtitutio, ſi opponatur notorium matrimonij impedimẽtum.*
12 *Maritus licet poſſit vxori notoriè adulteræ negare coniugale debitum propria authoritate: non tamen poteſt eam à domo expellere abſque ſententia iudicis.*
13 *Maritus propria authoritate vxorem adulteram expellens à domo, an acquirat dotem vxoris.*

§. QVINTVS.

ACTENVS egimus de matrimonij solutione quo ad vinculum ipsum coniugale,nunc vero illud agendũ erit,an matrimoniũ,manente vinculo,licitè possit quo ad mutuam cohabitationẽ. Quia in re plures cõtingere possunt casus,qbus iure Põtificio ex legis diuinæ

1 interpretatione deductis sit licita hęc separatio. [Et primo læsuitię causa potest petere vxor separationem à marito , quo ad cohabitationem , si maritus non reddat sufficientem cautionem de non offendenda vxore. capitulo 1.vt lite non contest.capitul.literas de reiud.

spoliat.quem text.dicit esse sing.Abb.ibi idem & Præp. in c.1.de diuor.Ioan. Lupi in c.p vestras.3.notab.colu. pe.de do.int.vir.& vx.Hipp.in l.fi.C.ad legē Cornel.de sicar.col.fi.explicat Alex.consi.78.in 5.vol.ad idē l.con sensu.C.de repud.Nā & vxor acriter,& inique a marito verberata, licet actione iniuriarū agere contra maritū non possit,ne is infamis efficiat, pōt tñ agere actione ī factū,vt maritus puniat.Ioan. And.in additio. ad Spec. tit.de iniur Ale.in l.diuortio.§.fi vir.3.col.ff. fol. matri. notat & Catelli. Cor. in vltimis memoriabb. in verbo actio iniuriarum.& dictione, vxor. Nec tñ est confide randa in hac cā male tractationis pterita sæuitia , sed & timor futuræ est aduertendus, vt ēt separationi locus sit 6 ex notatis in d.c.literas. & subijcit optimū exēplū Aymon Stuttianus consi. 31. qñ inter virū , & vxorē esset grauis lis sup maiori parte bonorū,cōiectura.n.pōt tūc præsumi futura sæuitia , ipsa psonarū qualitate perspecta.ī Vnde ēt erit iusta diuortii cā, si alter tentauerit ve 2 neno alterū coniugē occidere.notat Gerar.ling.65.sen sit Abb.in c.quemadmodum.in fi. de iureiu. & in locis paulo ante adductis,& Hipp.in l.vnica.colu.pen. C.de raptu virg.& in d.l. fina. probat text.in dic. l. consensu. Hinc dicebat Bal.in l.1.2.col C.commu.deleg.his casibus maritū cogendū esse extra propriā domū in loco honesto vxorem alere. Ex quo ēt scribit Anch.consil. 408.maritum non posse accusare vxorē,quo ad amissionem dotis,si vxor ipsa a marito ob eius sæuitiā fugiens adulteriū cōmiserit.Cui opinioni consentit Ioannes Lupi in rubr.de donat.inter vi.& vxo.§.20.col.2. & §.64. col.2.& in rep.c.per vestras.3.notab. ad finē ipsius principij.q vbiq; hanc opinionē Anch.intelligit, qñ maritꝰ ciuiliter accusat vxorē ad dotis amissionē.quo fit,vt forsan aliud sit dicendū,si vxor criminaliter a viro acculet qđ longius cōprobare possemus , si huic tractatui conueniret. Caute igitur , & comiter oportet maritos tractare vxores.Si.n.vt natura,& rō,& diuina phibent oia cula,vir est mulieris animus,pī,& caput, talis erit inter illos societas,qualis inter patrē,& filium,non cuiusmodi inter mancipiū , & herū , qđ eleganti orōne admonet Ludouicus Vives in libro de officio mariti.c.de eligenda vxore,ad finē. Nā & existimare dēt maritus se vxoris tociū esse,non dīm.q aūt dicatur hac in re cautio sufficiens discretus iudex arbitrabit,vt probat Panor.in d.c.literas.nu.7.cui accedit Parisi.consi.54.vol.4.nu.36.

3 Secunda cā ī dirimendi coniugium quo ad thorum erit furor,iuxta cōem sententiam, quam Alex. refert in l.si cum dotem.§.si maritus.ff.sol. matr. col.nu. ab hac tñ opinione ipse Alex.postgl.& Cum. ibi recedit . Ego vero priorem sanam sequor , quando furor esset ita ardens,ac vehemens, vt periculum esset cohabitare cum coniuge furioso,alioqui Ale. opinio verior est.

4 Tertia cā ex fornicatione spirituali constituitur.ī Nā si alter ex coniugib,hæreticus fit, vel in hæresim labat, separari pōt matrimoniū quo ad thorū.c.2.de diuor. c. fin.de conuersi.coniug.Ex quo Abb.ibi post Ioan.And. & Ant.ibidē,& Brixient.in q.6. Venet.86.dicebat vxorē

5 dotē amittere pp hanc fornicationem spiritualē. ī Nō tñ intelligas hanc dotem viro ēt catholico adiudicandā fore,sed fisco,ita Card.in d.c.6.& Gonsal.de Villadiego in tract.de bigam.q.15.nu.9.qđ probatur argu.text.in l. quinque legib.ff.de bon.damn.vbi in crimine lesæ maiestatis filio adiicitur dos vxoris, illud crimen commit tenti,igitur idē erit in crimine hæresis.c. vergentis. de hæret.qua rōne hoc idem tenet Alber.in d.l.quinque legibus.& Reperto.inquisitorum.in verb.dotes.illud tamen erit,& hic adnotandum,matrimonium ex hac causa separato , non inde esse cogendum catholicum coniugē ad cohabitandum cum altero in hæresim lapso , etiam si is pœnitentia ductus ad ecclesiæ gremiū redierit,sicu ti aduersus gl. Abb.expressim notat in c.vlt.de conuers. cōi.& in c.sic illa.de diuort.p tex.ibi.cuius opinioni optimis rōnib.accedit Alfons.a Castr.de iusta hæretic.punit.lib.2.c.7. qui hoc ipsum intelligit , qñ catholicus ab hæretico discessit,sententia iudicio ecclesiæ, q ipsum hæticū esse declarauit, qđ si propria authoritate catholicus ab hæretico diuerterit,cogendus erit alteri pœnitenti debitū reddere,ac cætera matrimonij iura,nec tñ est ad hoc necessaria peculiaris diuortij sētia p tex.in c. vlt. de hæret. & in d.c.de illa,& c.vlt.de conuers.coniug.q quidem iuris canonici decisiones,vt præmisi,intelligendæ sunt.

Quarta cā , hæresis criminis non iniuria adiungi pōt eo q ex nefando crimine oriatur , ī cum pp scelus contra naturā,vitio Sodomitarum ppetratum, peti possit coniugi diuortium quo ad thorum. c. oēs cautiones. 32.q.7.qui tex.descriptus fuit per Gratianum a Hiero. in epistol.ad Amandum.3.epistolarum Tomo, vt obiter lectorem admoneam falso in vulgatis decretorum codicibus tribui dictum canonem Hierony.ad Damasum. Nec eius litera syncera est apud Gratian.siquidem ibi scribitur matris præstationem , in emendatis Hierony.epistolis legitur,matris perfusionem. ex quo tollitur glo.ibidē inconcinna expositio.Sed hanc quartam diuortij cām legitimam esse asserunt Calde. Anto. Abb.& Anan.in c.maritis.de adult.Syluest.in verbo, diuortium.q.7. quorum opinio cōis est , vt fatetur Abb. in d.c.maritis.& Barbat.consi.64. in 1. vol. & Lambert. de iure patron.1.par.2.lib.q.9.ar.18.in fine.Cui opinioni ēt adnæret Chassa.in consuetu. Burgund.rubr.7.§.3. verſi.1.q̄ro.nu.6.licet Inno.in c.1. de adul & glos.in d.c. omnes.& Alvarus Pelagius de plāctu eccles lib.2. ar.2. col.5.dissentiant,contra quos adest Hieron.recte intellectus in dicta epistola, & apertissimè D. Ambros. 1. ad Corinth.c.7. dum dicit,aut virum quærat vxoris inuertere,quibus verbis innuit posse vxorem petere separationem matrimonij,quo ad thorum,si fuerit a viro tentata ad vsum contra naturam . quod etiam Barbat. asserit in d.consi.64.1.vol.quem sequitur Decius in l.1.num.28. C.de secund.nup.Nam & illud constat, ī crimen Sodo- 7 miæ,etiam cum fœminis,& flagitiosè committi.quemadmodum probat Hieronym. Paulus in practica Cancellariæ.fol.40.probat tex.in c.vsus.32.q.7.notat opinè Card.in Clem.vnica,q.13.de consangui. & affinita. Dec.in d.l.1.C.de secund.nupt.& Alciat.lib.10. parerg. c.11. addit tamen hoc crimen non puniri pœna ordinaria,qua commissum cum viris puniretur. quod ipse falsum esse confeo , quando crimen hoc nefandum vir cū fœmina eo commiserit modo quo cum viris solet à Sodomitis perpetrari, nec enim minus est scelus istud imo vero Sodomia.Quod si fœmina viri officio fungens aliam subegerit fœminam,admitti fanè poterit Alciati & Mariani,quem ipse refert,opinio , tametsi Salic.in l. fœditissimam.C.de adulte.& Boerius dec.316.col.vlt. existiment hoc crimen vti proprium Sodomiam puniendum esse.

Quinto,hanc diuortio cām præbet fornicatio carnalis, ex Dei optimi maximi elogio Matthæ. 19. dicentis Quicunq; ī dimiserit vxorē suam,nisi ob fornicationē 8 & aliam duxerit,mœchatur. Ergo licet vxorē dimittere cā fornicationis,& id iura canonica passim referunt.ca. ex parte.C.de spons.fal.c.significasti.c.ex literis.c.gaudemus.de diuor.c.intelleximus.c.fi. de adult.cap. iux. de proc.l.cōsensu.C.de rep.(quo in iure par est vtriusq; cōiugis conditio . Nam vxor pōt petere matrimonij separationē propter viri fornicationem , iuxta & vir ob vxoris adulterium. quod omnium consensu receptum extat,itaque rationi consentaneum esse asseuerat diuus Basilius in canon. 9. & 21. licet fateatur , consuetudine obtentum esse, non posse maritum propter fornicationem

nicationē ab vxore dimitti,quam dīam nos plane negamus,& iure negari debet.] Est tamē necessarium iudicium ecclesiæ ad hanc separationē cōstituendā.c. pleruq; de don.inter vir.& vxo.c.porro.de diuor. quibus iurib. probatur maritum propria auctoritate vxorem

9 adulterā dimittere nō posse.ī Si tñ adulterium esset notorium,posset vir propria authoritate ita expellere a se vxorē , vt expulsæ nequaquā cōpetat interdictū vī vi, nec recuperandæ possessionis. c. significasti. de diuort. gl.in c.fi.de adul.Regia l.8.tit.2.p.4. qđ comprobari pōt ex eo,q agenti interdicto vnde vi in matrimonio,& sic petenti se spoliatū restitui , obstat exceptio deficientis iuris,sit notoria sit.vt notat Præp.in c.2.3.q.1. Imol.in c.ex conquæstione,de rest.spol.& Gul.Chassador.decis.3.tit.de rest.spol.text. optimus in c.literas.eod.ti.ex quo Abb. ibi notat vxorē spoliatam minimè esse restituendā,si probō consanguinitatis incontinenti offerat. Si.n.fieret restō,& sequeretur eamis copula,morteliter peccaret is,q sciens matrimoniū non valuisse, debitum redderet.Ob eurandū ergo hoc mortale peccatū, non est restō concedenda quo ad carnale cōmerciū, si impedimenti ,pbō in incontinenti offerat, qđ Ale. notat in l.naturaliter.§.nihil.5.fallent.ff.de acq.poss.

10 Nec mirū,ī Nā spoliatus ecclesiastico beneficio nequaquā est restituendus,si aduersus eum notorius defectu tituli obijciatur.ex c.ad decimas.de rest.spol.in 6.notat Inno.in c.constitutus.de filijs presbyt. Abb.& Aret. in c.si constituerit.de accusa. Ant.& Fran.in c. bonæ.de appellat.7.dīa.Præp in d.c.2. 3.q. Imol.& Abb. in c. in literis.de rest.spol.nu. 11. & 28. idem Abb.in c. cum ecclesia Sutrina.de caut.poss.& propriet.col.5.& Henr.in c.cū venissent.de institu.quorū opinionē asserit esse cōmunē Chassador.d.deci.2.qui eam sequitur,& no.Lud. Gomez.in regu.de annali poss. q. 58. Nec me latet eundem Gomez.in reg.de non iudican.iuxta form.q.5.asserere,qñque in prætorio Rotæ hanc Inn.sñtim reprobatam fuisse.Nec desunt iura,quib.reprobari possit.Nā & in bñficio ecclesiastico prædo est restituendus.c.in literis de rest.spol.Cui tamen rīderi pōt,non procedere qñ in iudicio constaret spoliatum esse prædonē,tunc.n. restō oīno negari dēt.ī n Inno. & Imol. ibi & Cors.in tract.de excellencia Regis.q.72. Nec obest Abb. interpretatio, dum i lum tex.intelligit , ēt si constet in iudicio spoliatū esse prædonē, quia id locū habet in cæteris rebus, non tñ in ecclesiasticis beneficijs. vt ibi notat Ioā. de Imo.& sensit optimè Old. consi.1. quāuis & in cæteris reb.tpal b. quarum restōnē spoliatus petit, lit restō deneganda si constet notoriè in iudicio, tunc spoliantē in eis ius hre,ad spoliatū vero minimè eas pertinere. ex eodē Imo.in d.c.in literis.post Ant.& Abb.ibi.col.4. gl.& cōem in d.c.ac decimas.in quo non satis mihi placet.Pan.in d.c.in literis.nu.28.dicens restōnē beneficij ecclesiastici impediri, ēt in cā spoliationis.si confestim offerantur paratæ ꝓbationes defectus tituli in ipso petente restōnem.citat tex.in d.c.literas. quē ego intelligo, qñ ex restōne immineret mortale peccatū ipsi reo, nequis a iudice cogatur mortale crimen committere, vt in cā matrimoniali.Vnde Ant.in d.c.in literis cōstanter asseruit,restitutionem in beneficiis minimè negandam, si notorius defectus non opponatur, ēt si incontinenti, atque statim offerantur probationes paratæ.

His tñ, quæ de matrimonio diximus, obest insignis tex.in c.porro.de diuor.Ex quo gl in c.ex conquæstione.de rest.spo.dicebat,ī coniugem spoliatum restituendum esse ad coniugale consortium,ēt si opponatur ex- 11 ceptio consanguinitatis notoriæ. Cui obiect oni rīdent Abb.in d.c.porro.& Imo.in d.c.ex conquæstione, atque Lanf.in rubr.de caut.poss.& propriet.col.5. non esse,in c.porro.statutum restōnem , data notoria cōsanguinitate,concedendam fore,sed id tñ prohiberi , nec maritus propria authoritate vxorem ita expellat , ēt si notoria sit consanguinitas. Sed hoc non conuenit, quia maritus potest vxorem expellere propria authoritate propter notoriam fornicationē, sicuti censet gl. in d.c. fi.de adult. quam modo probauimus. Hinc Ias.in d.§. nihil cōe.nu.46.nouiter,ut is existimat, conatur interpretari prædictum tex.in c porro.dicens exceptionem notoriam non esse contra agentem rōne spoliationis, admittendam,si concernat ipsam proprietatem.sed tūc demum vere obstare,qñ concernit ipsam possessionem vt in c.significasti.eo.tit.quod de exceptione fornicationis loquitur,quæ ipsam cohabitationem thori impedit & sic possessionem coniugii. Verum si Ias. optime peraret,quæ paulo ante tradidimus,aperte vidisset,etiam conuenientibus oculis , exceptionem notorii defectus in ipsa proprietate,obesse agēti in redditu vel levi, maximè in his spiritualibus. Nec Ias.fuit huius concordiæ primus auctor ,siquidem & Præp.in sum ma.3.3.2. ante ipsum Ias.aperte ita prædicta iura intellexit. Quo fit,vt Abb.& Imo,ratio mihi potius arrideat,quo a ipsa mu- 12 tua obsequia coniugalia, non ī enim absque iudicio ecclesiæ dēt quis vxorem ab eius consortio expellere, ēt ob notoriā consanguinitatē, seu notoriam fornicationē, licet possit coniugale debitū ei negare, qđ ēt liceret pp occultū adulteriū,vt docet Abb.in c fi.de adul. & ī c.ex parte.C.de spons. Th.in 4.senten.dist.35.artic.3.& Palud.in 4.senten.dist.27.q.4.ar.2.& dist.35.q.1.arti.4. Q11 in re mihi displicet Abb.opinio qui post gl.in d.c. fi.& alios,quos ipse allegat,asserit,ob notoriam fornicationē vxoris licere marito propria authoritate expellere a domo vxorem.Nec.n.constat ex iurib. ab eo adductis id licere,imo contrarium no.Ant.in d.c.fin.& glo. in c.32.q.Nam & Th.d.ar.3.scribit maritum non posse sibi ius dicere,quo ad separationem cohabitationis. & idē asserit Syluest. in verb. diuortium. q. 8. Pōt autem opinio Abb. & gl. procedere , qñ vel vxor esset iudicio crimen confessa,vel publicè cum adulterio cohabitaret ex gl.in d.c.32.q.1. Non tamen sequitur ex his restōnē omnino concedendam esse,data consanguinitate , vel fornicatione notoria,ēt si maritus temerè,& absq; iudicio ecclesiæ expellat vxorem a se. Nec dictis iuribus cōuenit alter Pan.intellectus,dum fatetur restitutionem faciendā,quo ad mutua obsequia, non tñ quo ad carnalem copulam,quia ex c.significasti.constat,nec ad obsequia restituendū esse spoliatum coniugem , existente notorio iuris defectu.licet Fran.a Ripa in d.§. nihil. nu. 34.ad hunc vltimum Abb. intellectum declinet. Hinc apparet minimè admittendū esse, quod nouissimè Corati.scripsit in §.nihil cōe.nu.10. & in libr.1.Miscel.c.2. dicens ēt in matrimonio restituendum esse coniugem spoliatum,non obstante notoria consanguinitate, non enim licet tunc marito propria authoritate vxorem a se abiicere,dene gādam tñ esse restōnem,si notoria fornicatio opponatur,quia propter eam marito licet propria authoritate vxorē expellere a domo,quo casu spoliatio fit iuris authoritate,& iō non datur restō. Hic etenim intellectus ex prædictis improbatur . Quibus & illud addendum est , non esse vxori agenti ex spoliatione negandam restōnē , ēt si maritus fornicationē abiiciat,& offerat eius ꝓbationes statim paratas.Quamuis etenim tunc fiat restō , non subit ipse maritus periculū mortalis peccati ex carnali coniunctione , vt superius docuimus ex Caie. Tametsi D.Tho.in 4 sen.dist.35.ar. 3.teneat restōnem in hoc casu negandam esse.

Cæterum ī ēt si maritus vxorem adulteram , nec tñ manifesti facinoris ream,propria authoritate expulerit,dotē amittit uxor,& eam ex adulterio vxoris hæres maritus , agenti enim vxori ad dotem obiicere poterit

ſtir fornicationē ab ea antè expulſionem commiſſam. quāuis Abb.in c.plerunque. de don.inter vir. & vxorē. hoc intelligat, qñ maritus ob notoriam fornicationem vxorem eiecciſſet,non tamen video,quo ad dotem exceptione fornicationis defendendam congruam differentiæ rationem. Nam maritus excipiendo,fornicationem vxori obijciens conſequi dēt dotem , & alia ſimilia , vt notant Ananias in d.c.intelleximus.Præpoſ.in c. ſignifi caſti.in fi.de diuor.& Pariſ.conſi.4.vol.4.col.vlt.

EX §. SEQVENTI.

SVMMARIVM.

1 *Vxor ẽt putatiua propter adulterium dotem amittit.*
2 *Vxor propter adulteriū perdit arras,atque paraphernа.*
3 *Oſculum aliique tactus impudici an inducant adulteriū probationem.*
4 *Dos vxore adulteriū committente, cui adiudicanda ſit.*
5 *In accuſatione ciuili adulterij , pariter iudicantur vir, & vxor.*
6 *Lite etiam conteſtata vxor poteſt obijcere viro,accuſanti eam ciuiliter,exceptionem paris criminis.*
Verū in huius causæ coniugalis processu iudicialī quidam placet,non esse testes recipiendos,nec sententiam diffinitiuē ꝓferendam,lite nō cōtestata,q̄n vterque litigator est ꝑsens ex.gl.in c.p venerabilem. in ver. iudiciariū.q tibi sint legit.q̄.singu. est ꝺm Card. in clement.2.4.oppo de iudi.& Bal.in rub.de appell. col.3.q eandem cōmendat in auth.qua in ꝓpria.C.vbi de crim. agi oportet.col.2.& Dec.in c.p tuas.de appel.col.2.dicens eam cōiter approbari,dicit eandem gl.aureā Fe. in c.2.col.penul.de offic.iudicis.duo notans.primū,ꝓdictam opinionem ꝓcedere,nisi actor & reus ꝑsentes tacitè,vel expressim consentirent.,processum continuari lite non contestata,nam in hoc possent consentire,cū a iure ī ꝓdicta cautis sit remissa iudiciorū exacta solennitas.Secundū,ꝓdictam gl.non ꝓcepere in casibus,quibus in spē a iure remissalitis contestatio,in quib. etiam inter præsentes minimè consentientes proceditur lite non contestata,atq; hoc vltimum ipse asserit communiter receptum esse in d.c.per.venerabilem.ex quo constat,etiam partibus ꝑsentib.& non contumacibus, posse ferri in causa matrimoniali sententiam diffinitiuam,atq; testes recipi lite non contestata,etiam inuitis litigantibus,ex constitutione dispendiosam.de iudi.in Clemen.ubi Car.oppo.4.Imola sup gl.matrimonijs & Bonif.nu.49.hoc idem tenent post gl.quā cæteri Doc. approbare uidentur.Quo fit,ut existimem opinionem gl.in d.c.p uenerabilem.minimè procedere in casibus expressis in d.Clemen.dispendiosam.adiūcta Clem.sæpe de uerborum significat.hanc q̄opinor communem senten.esse,quicquid Decius dixerit,ac dubitauerit. Felin.in d.col.fi.Vnde iura antiqua,nempe c. accedens m 2.vt lit.non contest.c.q̄n.5, porro. eodem.titul. correcta sunt per Clemē.dispendiosam,siquidem ex eis non poterat in causa coniugali,etiam si in ea de fœdere matrimonij ageretur procedi absque litis contestatione, nisi data alterius ex litigantibus contumacia. Vtroque tamen iure,si de separatione propter fornicationem,si militemque causam tractetur,quo ad thorū,est necessa

ria,

ria,ēt altero litigantiū contumace,contestatio litis oīno.c.vt lite non contest.quē tex.ita Doctores cōiter interpretantur ibi,& in d.clementina dispendiosam.

Oportet tñ iudicem cautum esse circa ꝓbationes matrimonij,cum sit hæc res grauissima,& iō maximo
7 iudicio,ac discretione peragenda.Non tenim quibuslibet in hoc negotio danda fides est,sed his tm̄,q̄ sint oī exceptione maiores,vt inquit Rom.Pont.in c.1.de cōsang.vbi Bernardus scribit,eum testē dici oī exceptione maiorem,qui nulla exceptione repelli pōt.idē glos in c.at si clerici.in prin.de iud.& in c.1.de testib.& in §. ītem verborū.instit.de inutilib. stipu. quas cōmendat Præp.in d.c.1.de consang.col.2.dixit esse mirabiles Bar bā.in rub.de proba.nu.29.& sing.Ias.in additio.ad Portium.d.§.item verborū.Corse.in sing.in verb.integer. Iatius Albertinus in c.1.de hæred.in 6.q.16.nu.25.Ex
8 quo deducitur non esse testem oī exceptione maiorē, seu oī suspicione carentē eū, cuius fides non tm̄ ex obiectione perimitur,sed & diminuitur,cuiusq; opinio ī discrimen,& magnam dubitationē reuocatur, optim' tex.in c.licet cām.de probat. vbi in cā ardua non admittitur testis,cuius fides aliqua ex parte diluitur,quē tex. dicit sing.Bal.in c.ad nostram.col.1.eod.tit.ad idē l.optimā.C.de contrah.stip.vbi Bal.in spē notat,dicens testē infamem de facto,hoc est,improbatis,& leuioribus ꝓbitum morib.non esse admittendū in cā,q̄ testem oī exceptione maiorem postulat.idē notat Ias.in l.cūctos populos.1.lectio.col. pen. C. de summa trinit. & Ioan. Crot.in tract.de testib.4.p.q.12.& in cā coniugali asserit Iacobinus in l.testiū.§.l.Iulia.ff.de testib. col.3. Ale. cons.152.vol.5.Soc.Iunior consi.31.nu.24.lib.2. Tho. Gram.consi.26. col. 5. Licet causa ciuili infamis de facto,idoneus est testis gl.in l.3.§.duæ causæ. ff. ad Carb. & in c.testimonium.de testib.in verb. in hoc casu. atq; vtrobique Doct.non tm̄ est dignus tanta fide,quanta requiri integri testes.gl.& Bar.in l.r.C.de fum. trinit.idē Bar.in l.Cassius.ff.de senatorib. Abb.in d.c.testimoniū. dicens arbitrio iudicis relinquendū esse, quantum ex hoc fides testis diminuatur.quod cōiter esse receptum asserit Lanfranc.Orianus in c.q̄n.de probationibus.in verbo,testes.nu.127.& probatur in l.q̄situm.ff.de testib. Hinc etiam dicebat Ripa in l.fi.C.de reuocan.don. col. 3.donatarium, qui donatori ingratus fuerit, non esse idoneum testem in ea causa, quæ testes oī exceptione maiores requirit.Igitur ex his iudex magna prudentia ex præscripto legis,q̄nque ex æquo,& bono æstimabit in matrimoniali qōne,quos testes admittere debeat.

Nam in hac coniugali cā ita integros testes,ac in criminalib.exigi asserit Alex.consi.141.incip.Q̄n abundē 2.vol.pulchre,ac copiose Dec.consi.133.& consi.310. & consi.163.Thomas Gram.d.consi.16.ex quib.plura colligi pōt,q̄ iudex perpendere dēt in probatione matrimonij,ex quib.,ꝓprium arbitrium instruet,vt eo sic instructo decernat,qui testes sint oī exceptione maiores siquidem eius arbitrio hoc relinquitur, ꝺm Abb. in ca. cum Ioannes.& Fel.ibi nu.44.de fide instru. diligenter Paris.consi.53.54.58.vol.4.receptum tm̄ est fœminas esse in matrimonialī cā ad testimoniū admittendas. tex. in c.super eo.in 2.de testib.& ibi Abb. Henric. in c.q̄n eod.tit.& est cōis opinio teste Soc.Iun.consi.19.col.2. lib.2.& consi.31.nu.13. eod.lib. q̄ probatur etiam in c. videtur.35.q.6.& locum obtinet,quamuis tractetur de matrimonio separando.Abb.in d.c.super eo. 3. notab. Dec.consi.142.col.1.Soc.d.consi.31.nu.18.quibus adde consi.2.3.4.& 5.lib.2.consiliorum Zalij,imo & parentes hac in eadem causa ad testimonium admittuntur. tex.in d.c.super eo.vbi hoc explicant Abb.Imol.Henric.& Fel.item Aretin.consi.13.optime panis.consi.55. nu.28.& consi.58.lib.4. col. 1. Ex quibus illud constat

matrem,patrem,sororem,& reliquos cognatos esse mittendos ad testimoniū in cā matrimoniali,arbitrio tā iudicis,qui cautè ꝑpendet,quāta sit testib.fides adhibenda,ex cāe pendentis qualitate,plenarū cōdōne pari,aut dissimili,qđ notat in specie Host.in d.c.super eo. cui accedit post alios Fel. ibi tradunt Lanfran. in c. q̄n. in verb.testes.de prob.nu.93. Aret.consi.82.col.2. Soc. consi.17. lib.1.col.4. Alc.de præsump.reg 1.præsump. 2. nu.4.& colligitur idem ex l.16.tit.9.parte 4.

Sunt,& quidam huius contractus coniugalis ꝓbationi adeo propitij,vt 9 opinentur posse cōfessionis sacramentalis arcana reuelari in iudicio ad probandū coniugium,ita enim existimat Lud. Rom.in l.si nō speciali. C.de testa.col.pe.dicēs esse ad hoc gl.sing.in c.tua nos. de sponsa.in verb.constiterit.quam ēt dicit sing.Ias.in l.a.§.huius studij.ff.de iust.& iu.col.2.Idem ī l.patre furioso.ff.de his,qui sunt sui.col.2 Idem in l. reprehendē da.C.de instit.& substit.& Chassa.in consi.3.versi. ad secundum.nu.17.quorum omnium sentētia,& aliorum, qui eis subscripserint,quotcunque sint, omnino est reprobanda.Quis enim non videt inquam esse tanti sacramenti secretum,naturali diuino,& humano inductū,ita leuiter violari,vt de cōtractu coniugali cōiter.
10 Nam etiam crimen t cōmittendū in Reipublicę dānum,detectum tā in confessione verè sacramentali ab eo,qui illud crimen cōmittere cogitauit,& adhuc cogitat,non licet ipsi sacerdoti prodito confitentis noīa, ēt iureiurando ꝓmisso cuiquam detegere,ex frequēissimo Theologorum iudicio in 4.senten.dist.21.vbi præter alios Gabriel q.1.conclu.3.& Ioan.Maior.q. 3. atq; optimè Hadr.in 4.sen.in tract.de confes.sigillo. Caiet. in opusculo,27.q.c. 15.& inſigniter vir nunquam satis laudatus Dāicus Soto ī relectione,de secreto membro, 3.q.4.conclu.2.ac meus,& olim,& nunpræceptor ornatissimus Mart.Nauar.in c. sacerdos. de pēnit. dist. 6. nu.16.cui opinioni ex nostris accedere videntur Collecta.& Card.col.fi.in c.oīs vtriusque.de pēn.& remiss. & Host.in summa de pēnit.§.in quo. quam ēt nouissimè defendit in tractat.de cōfessione,fol.122.Ioan.a Medina Theologus magni,mehercle,noīs,quique in gymnasio Cōplutensi egregiam huic professioni operā,ad obitū vsq; nauauerit.Tametsi contrariū tenuerint Archid.in d.c.sacerdos.Host.Ioan.And.Ancha.& Abb.in d.c.oīs.& in effectu Ripa.in tract.de peste.§.vl.nu.115. falso tribuentes hanc sīam Inn.qui potius primā asserit,sicuti ꝑpendunt Caiet.Soto,& Mar.Nauar.in dictis locis.& ante eos id diligenter animaduertit Collect. in d.c.oīs.fin.col.Igitur si in prædicto casu non licet cōfessionis arcanū prodere,non video cur matrimonij fauore id liceat.Imo & si sacerdos apud iudicē secretū istud frangens,sibi dicta in sacrāmentali confessione effaturet, & depromeret,ei nullā fidē exhibendā esse profitetur optimè Bal.in l.Archigerontes.C.de episco.aud. quem ibi sequitur Par.de Cast. & Fel.in c.1.de except.colu.1. Tyndar.in tract.de testib.fol.20.& Rip.in tract.de peste.§.vlt.nu.104.Constat ēt sciētiam, quam sacerdos habet ex confessione sacramentali,nihil omnino ad iudicialem controuersiā pertinere.c.2.de offi.ordin.c. dilectus.de excess.prælat.quibus apertissimè error hic conuinciter.Neq; enim ferendi sunt iuris vtriusque interpretes,q̄ in matrimoniali cā sacerdotib.hanc licentiam concessere propria eorū authoritate,nullo iure adiuti, cū & ipse Summus catholicæ ecclesiæ Pōtifex minimè posset ꝓmittere huius sacramentalis secreti reuelationem ex receptissima omnium Theologorum sīa.

Nec aduersam assertionē quidquam coadiuuat gl.in d.c.tua nos cum illa gl.non loquatur,q̄n reuelatio confessionis matrimonio faueret, sed quando præiudicium ex ea fieret huic contractui,quia ex ea conclusa

de dissensu. Et præterea nihil asserit gl. de reuel. indo secreto confessionis, sed scribit confitenti dissensum in foro pœnitentiali credendũ esse, non aũt in exteriori iudicio quib. verbis potius gl. Doct. tam citantib. aduersatur, q̃ eis patrocinetur, vt aduertunt Fort. in l. §. huius studij. ff. de iust. & iur. col. 5. & Ripa in d. §. vlt. nu. 107. prædictam Doctorum adnotationem reprobantes. Vnde & Lil. in d. l. reprehendenda. non temere suspectã existimat conclusionem Lud. Rom.

11 Qua in re nec illud † Romani opinionẽ excusat, q̃ se creta sacramentale detegi possit ex cõsensu expresso cõfitentis. c. significasti. vbi Anan. Abb. & Doct. frequenter notant de adulter. quia id nõ est ĩ matrimoniali cã, contingi fauore speciali, cũ in qualibet re, & materia sacerdos ex licentia confitentis possit palã promere, q̃ ei in sacramentali confessione fuere dicta, quia ipse pœnitens frgilũ illud secreti ex proprio consensu dissoluit, ac remisit. qua rõne idẽ notant Lapus alleg. 94. Fel. in c. Matthæus. de fur. Rip. in d. §. vl. nu. 108. dicentes hãc opinionẽ cõem esse, quã asserunt Th. & Paled. in 4. sen. dist. 21. q. 3. Hadr. in tract. de sigillo confess. c. sed probabilior. Cast. cons. 2. de test. Fel. in c. veniens. in primo, de testib. col. pen. & Hippo. in l. §. idem Corn. ff. de qõ. ad fin. q̃d equidẽ non est passim admittendũ, sed tunc demum q̃n hic expressus confitentis consensus ad suam, vel alterius non portã vt dilatatẽ t palẽ, vel spiritualẽ, præstatur, sicuti docent, & diligẽter admonet Soto in d. relect. de secreto. q. vlt. concl. 5. dub. 3. Mart. Nauar. in d. c. sacerdos. nu. 151. & Ioan. a Med. in tract. de confessione. fol 124. de licentia confitentis. Licet Scotus, Dur. Ioan. Maior. q. 3. a. q. 3. & Almain. ad finẽ, in d. dintt. 21. (post Alex. Hallensem 4. p. q. 78. membro 2.) contrariũ tuberi conentur, dicentes secretũ confessionis, nec ex licentia expressa confitentis detegendũ fore, & idẽ asserit Collet. c. in d. c. oĩs vtriusq;. nu. 63. Sed quãuis Thomæ, & sequaciũ opinio frequentiori calculo recepta sit ac magis rẽnib. & argumentis cõprobetur ita efficaciter, vt & verior sit iudicanda, opinor tñ Christianæ religioni, & facto pœnitentiæ potius expedire, hoc confessionis secretũ, nec ex consensu expresso pœnitentis revelandũ esse. [nisi id fiat maximẽ ex cã boni, & cautissimi viri arbitrio ad ipsius pœnitentis salutare consiliũ, & medeli, maximãve vtilitatẽ, q̃ maturo iudicio erit ppendenda, ne temere revelatio fiat. Qđ nec Collec. negat, nec Alex. Hallens. & alii concedentes posse peccatũ revelari ex facultate confitentis, si peccatũ ipsum iterũ extra confessionẽ ipsi sacerdoti narretur, & dicat. Qđ quidẽ consiliũ nimis superstitiosum est. opinio tñ cõis 12 nequaquã probatur in c. officij. de pœn. & remissio. gallice gñaliter consuluit Pontifex ab ig; vlla confessionis revelatione.] Nec Rom. pont. in d. c. significasti. qđ præter alia capita, q̃ ad id citantur, magis vrget, approbat pdictam revelationẽ huius secreti, nec ibi constat illud tuisse confessionis sacramentalis arcanum, vt ante nos ostendit Martin. Nauar. in d. c. sacerdos. nu 117.

12 Sententia vero in coniugali iudicio, & a circunspectissimo iudice lata non ita efficacẽ authoritatem hẽt, quin rescindi, retractarive possit, quoties compertũ fuerit, cã errore quodam latam fuisse. c. lator. c. conlangueinei. de re iud. c. fraternitatis. de frigid. non tñ appellationis remedio revocatur hæc sniã, si ab ea in legitimũ tps non fuerit appellatum. Ex eo enim, q̃ terminus legalis labitur oĩno, nec a sniã provocatur, vel ab ea bis fuerit provocatum, ita assumit sententia authoritatẽ rei iudicatæ, & in coniugali qõne, vt prætextu appellationis corrigi, aut emendari nequeat gl. insignis in d. c. fraternitatis. in glo. magna ad fi. quam dic. tenent. Abb. & ibi notabilem Abb. in d. c. lator. vbi Imol. & Fel. nu. 5. idem Abb. vbi Dec. eam approbat in c. fin. de appellat. idem Imo. in cle. 1. col. de re iud. Abb. optime in c. ad reprimendam. de offic. ord. col. 3. vbi gl. sing. & cõiter recepta, & m Abb. ibi 2. col. limilẽ probat conclusionem quam gl. dicit ord. Franc. in rub. de appel. nu. 30. & limidem Franc. in cap. Nicolao. eodem titu. col. fin.

Ex quibus constat primo eum, qui hanc sniam improbare vult, debere cõino probare eius erroré, & iniquitatẽ, siquidem non propolita appellatione est maxima præsumptio pro iustitia sniæ. gl. cõiter approbata ĩ d. c. lator. q̃ comprobari põt ex c. cum inter. eod. titu. l. Herennius. §. Cæs. & ibi gl. ff. de euictio. & ex not. in c. in præsentia. de renunc. Abb. Fel. nu. 24. & Dec. nu. 32. in c. q̃n contra. de probat. idẽ Dec. in rubr. de appel. 4. col. & Alc. in tract. de præsumpt. reg. 3. præsump. 9. qđ in hac specie docet Felin. in d. c. lator. num 6.

Secundò hinc constat, ad hoc, vt ista sententia rescindatur oportere, vt condemnatus noua vtatur querela, nouoque libello, quo petat id negotium prætextu sententiæ erroneæ iam diffinitum, iterum ad examen iudicia le deduci, primam sententiam reuocari, ac nouã iustitia exigente proferri. quod argumento glo. probatur in c. ad reprimendam. de offic. ord. quam Abb. & Doct. ibi approbant frequentissimẽ, idem Abb. & Fel. nu. 4. in d. cap. lator.

Tertio hinc deducitur, hanc nouam querelam proponendam esse coram eo iudice, qui primam sniam tulit, vel coram eo, qui adiri potest per simplicem querelam, non autem coram Archiepiscopo Metropolitano, qui iudex est solum ex causa appellationis inter subditos episcopi. tex. in c. pastorali. vbi gl. & Doct. in prin. de off. ord. melior cæteris in c. venerabilibus. in prin. de sentẽ. excommu. in 6.

Quarto subinfertur, hanc causam ad Metropolitanũ deduci non posse principaliter, & si agatur contra primam sententiam ex eo, q̃ nulla fuerit, quia Archiepiscopus Metropoleos per viam hanc, qua sententia nulla dr, non est iudex inter episubditos, sicuti ex ratione d. c. venerabilibus, notant Fracus in c. dilecto. de appel. q. 27. Fel. & Dec. in c. in literis. de offi. deleg. fin. col. quibus adstipulantur Archid. & Dom. in c. concertationi. de appel. in 6. super glo. debitam, dicentes iudicem, qui non potest adiri per simplicem querelam, minime posse principaliter cognoscere an sententia nulla fuerit. Quamuis Abb. in d. c. in literis. cõtrarium asserat, & ex Bar. in l. si expressim. ff. de appel. nu. 14. qui tamen in iudice superiore loquitur, nec aperit, an de eo loquatur, qui non potest per simplicem querelam adiri.

13 Illud vero considerandũ est, † quanam rõne sententia lata in causa coniugali, elapsis decẽ diebus quib. poterat appellatio ab ea proponi, possit reuocari, cũ alijs cautis sniis ea eo tempore ita rei iudicatæ authoritatẽ acquirat, vt rescindi nequaquam possit? Cui quæstioni illud vulgo rñdetur, quod tractis decem diebus vires rei iudicatæ sententia assumit ex tacito consensu condemnati, qui appellationem omittens consentire videtur, tex. ling. in c. quo ad consultationem. de re iud. Sed in matrimoniali causa, non potest condemnatus cõsensu proprio efficere matrimonium vbi naturalis, diuina vel humana lex illud prohibet, nec consentire, vt matrimonium legitimẽ contractum dissoluatur, igitur non obstante decursu decem dierum sententia in matrimoniali iudicio lata poterit retractari, errore comperto.

14 Sic, & in matrimonio spirituali, † cõ lis pendet super ecclesiastico beneficio, sententia lata, post decem dies authoritatẽ hẽt rei iudicatæ omnino, nec põt retractari respectu illius, qui victus fuerit. gl. notab. in c. decẽ. cessi. præb. quam Doct. ibi approbant, & Felin. in d. c. lator. nu. 11. probat tex. in c. cum dilectus. de elect. quem esse meliorem iuris asserit Abb. ibi, & idem Abbas. in cap. ad

c. ad audientiam. in 2. de rescrip. col. 5. potuit enim victus liti causæ, & iuri renunciare, etiam absque consensu superioris. ex eo q̃ lis pendebat super beneficio. vt sensit gl. ibi recepta in c. constitutus. de appel. in verb. renunciauit. quod saltem procedit, vbi non esset certũ ius litigantis, qui renunciat. Rota noua 36. Abb. in d. c. constitutus. Ant. in c. quod in dubijs. 2. col. de renun. & Nicol. Milis. in verb. renunciatio. Igitur victus non appellans ex illo consensu a lege præsumpto, & inducto, efficit, vt sententia authoritatem rei iudicatæ haberet.

Verum huic rationi, quam in coniugali cõtroversia communem esse diximus, aliquot rationes obesse videntur, & prima ex eo deducitur potest, † quod in criminalib. causis sententia, a qua tempore debito appellatum nõ est, authoritatem habet rei iudicatæ, nec reuocari põt, etiam si pœnam corporalem inferat, & constet condẽnati innocentia, nisi ex speciali gratia principis. l. 1. ad finem. ff. de quæst. l. diui. ff. de pœnis. quam esse singu. asserit Abb. in c. de his. col. 2. de accus. Ias. idem notat in l. sub prætextu. in j. C. de transl. Bar. in d. l. diui. & in d. l. 1. licet in hoc contrarium notauerint Anan. in d. c. de his. quem Hippo. sequitur in l. vni. C. de raptu virg. nu. 144. Et tamen in criminalib. nemo potest consentire, vt corporaliter puniatur. Liber homo. ff. ad l. Aquil. c. cõtingit. de senten. excom. in 6. Imo † nec renunciare, pprijs 16 defensionib. gl. ab omnib. recepta in l. pactum inter heredem. ff. de pac. quam dicit sing. Bal. in c. cum venisset. de testib. idem in l. vnica. col. 14. C. de confess. commendat idem in c. 1. §. porro. qualiter feudum alie possit. Ioan. Lup. in rub. de donat. inter vir. & vxo. §. 70. nu. 6. Felin. in d. c. cum venisset. 3. col. Hippo. in d. l. vnica. num. 170. idem Hippo. in pract. crimina. §. examinanda, etiã si ageretur ciuiliter, modo ex illo iudicio posset renuncians defensionibus famæ discrimen pati. & in Aret. Fel. in d. c. cum venisset. tenetur enim quis famam illæsam conseruare. Quamuis Anch. & idem Aret. nu. 6. in c. cũ dilecti. de accusat. in hoc vltimo contrariũ notauerint per tex. ibi dicentes, in causa criminali ciuiliter deducta in iudicium, vel vbi corporis pœna inferenda non est, posse reum defensionibus renunciare. facit c. inquisitionis. in prin. 2. responso. de accus. quorum opinio pbabilior est, quia non tenetur quis ita conseruare famã illæsam, sicuti viram, vt notant Dom. a Soto in relect. de secreto. membro 1. q. 1. & Mar. Nauar. in c. inter verba 1. q. 3. vlt. p. coroll. 44. exactè perpendentes Caiet. sententiam 2. 2. q. 73. a. 1. c. 1. circa proditionem propriæ famæ. Posset tamen renunciatio defensionum in criminalibus causis, quæ ad corporis pœnam discutiuntur, admitti ex iusta causa, nempe si reus, tam fuerit crimencõfessus legitimẽ, & præmisso iuris ordine Pau. Cal. & Ias. in d. l. pactum. Fel. in d. c. cum venisset. col. 4. Hippol. in d. §. examinanda. quod in praxi facti receptum est. Itẽ quando reo fuit dilatio prima ad probandum data, potest idem reus cæteris dilationibus renunciare, quo casu erit intelligendus tex. in d. c. cum dilecti. de accus. Igitur si in lite capitali consensus rei parum operatur, & tamen in ea sententia in rem iudicatam, & omnino definitiuam transit, cur in matrimoniali diuersum asserimus, eo quod consensus litigantium nihil efficere possit? Et Dec. in c. iuratum. de prob. fin. col. pluribus excogitatis tãdem cogitur dicere, id esse in matrimonio speciale, reprobans ea, quæ Abb. in d. c. de his. de accusa. in simili dubio dixerat. Ego vero existimo inter criminalem controuersiam, & matrimonialem hoc discrimen esse, quod in coniugali quæstione nec consensus tacitus, nec patientia litigantium quicquam prodest, vt vel coniugium inualidum ex iuris prohibitione sit firmum, vel quod legitimum, & ratum fuerit, dissoluatur, vt constat atque ideo illa patientia, qua condemnatus acquieuisse

sententiæ censetur, nil ad negotium agit. in criminali vero iudicio, etiam si consensus expressus nil operetur, vt possit quis occidi, aut puniri corporis pœna, nec etiã, vt sibi defensio auferatur, tacitus tamen ei nocere potest, ac potius patientia illa, qua nihil allegans in sui defensionem, nihil aduersus sententiam proponens dubius de innocẽtiæ tutela, prouocationem omittens patitur seipsum ad occisionem duci, sicuti Hieron. scribit super Ionam prophetam a Gratiano relatus in c. non est nostrum. 23. q. 5. Non est, inquit, nostrum mortem arripere, sed illatam ab alijs libenter accipere. Nam & in persecutionibus non licet propria perire manu, sed percutienti colla submittere, ex quo tex. obiter reprobanda est Pau. Cast. assertio in l. i. §. ius gentium. ff. de iu 17 sti. & iure. qui voluit, absq; † mortali peccato non licere cuiquam mortem pati, si possit seipsum defendere occidendo aggressorem. Hoc etenim falsum est, cum ex Hieronymi sententia possit absque crimine quis pati mortem, & percutienti colla submittere, nec tenetur se ipsum defendere occidendo aggressorem, imo perfectionis opus est non se defendere. quod etiam asserit Th. in lib. de regim. princip. q. 6. & Sylueit. in verb. bellum. 1. q. 3. Dominicus Sot. lib. 5. de iusti. & iu. quæst. 1. art. 8. quem legito. Excipit enim eum, qui esset admodum vtilis, & commodus reipub.

Secundo, aduersus rationem communem, & illud ad 18 duci solet † quod omittens appellationem, nequaquam videtur sententiæ acquieuisse tex. egregius in c. concertationi. de appe. in 6. quo probatur, posse eum, qui non prouocauit, agere contra sententiam alijs remedijs, nisi in eam consenserit. igitur non censetur consensisse iudicatis ex eo, q̃ appellare noluit. facit Litem si res. ff. de aliena. iud. muta. caus. fac. Bar. in l. ab eo. C. quo. & qui. iudex. Ab. in c. quo ad consultationem. de re iud. col. 2. Vnde condemnatus non appellans, poterit contra iudicem agere, ex eo quod inique iudicauerit. quod Bar. & bat in disputat. incip. iudex. Abb. in c. fæpe. post Innoc. & Doct. ibi de appellat. idem Abb. in c. pastoralis. §. qa vero. de offi. deleg. Alex. in l. 4. §. fi. ff. de damno infecto. Fel. in c. excommunicamus. de hæret. Hippo. sing. 646. facit tex. in l. fi. §. illud. C. de temp. appel. not. Corset. in sing. in verb. querela. dicẽs tex. in d. c. concertationi. celebrem esse. Et licet Dec. in d. c. fæpe. conetur probare posse victum contra iudicem agere, ex iniqua pronunciatione, etiam si expresse consentiat sententiæ, tamen ipse ab hac opinione discedit, & merito, quamuis posse mus dicere, etiam expresse consentientem agere posse contra iudicem, quando in carceribus detinetur ipse victus donec consentiant sententiæ, solet enim iudices nolle criminis reos, & condemnatos a carcere dimittere, donec cõsentiant iudicatis. Aequum profecto erit, vt hoc consensu non obstante querela aduersus iudicẽ admittatur. Ergo vt eo quo tendit oratio pergat, non sat sufficiens ratio communis videtur, siquidem res iudicata vires non assumit ex consensu tacito litigantiũ, maximẽ cum & in matrimoniali iudicio, hic consensus præsumptus a lege iuris, & de iure, vt aiunt, præsumptione remedium appellationis excludat, vt in cæteris cautis. Quamobrem existimo a iure ex ordinario remedio, vt iterum sententiæ iustitia ex rigore iuris discutiatur ad effectum corrigendi, emendandi, aut reuocandi eandem sententiam, appellationem tantum concessam esse, hanc autem, qui omiserit consensisse a lege præsumitur iuris, & de iure præsumptione admixta ipsius legis maxima authoritate, contendo inquam præsumitur, ne de iustitia illius sententiæ ex rigore amplius tractetur, cum remedium ad hoc a iure inductum omissum fuerit. Non tamen ex hoc renunciare videtur alijs remedijs, quæ sibi ad diuersos effectus competunt, nempe,

vt iudicium illud nullum fuisse constet, vel iudicis iniquitas puniatur. Hic vero consensus in causa matrimoniali nullum effectum habere potest, vt impediatur examen prioris iudicij, & ideo poterit prima sententia iterum examinari.

Caterum Abb. in c. consanguinei. de re iud. col. pen. dicit, hunc consensum tacitum in eo, qui appellationē omittit, non posse etiam in alijs causis authoritatē rei
19 iudicatæ sententiæ tribuere, quia † non potest hac patientia victi peccatum alterius, qui iniquam sententiam obtinuit, excusare: cum mortaliter peccet viendo iniquo iudicio scienter, ex Inno. opinione, quæ communis est in c. quia plerique. de immu. eccle. Ale. in l. nemo potest. nu. 23. ff. de leg. 1. notatur in l. Iulianus. ff. de condi. indeb. explicat Fortu. in l. veluti. col. 6. ff. de iust. & iu Abb. in c. fi. nu. 30. de præscrip. & Sylu. verbo, sententia §. fin. quam opinionem communem esse fatetur Pyrrhus post Aureliæ consuetudines. q. vlt. Igitur nihil ex prædicta ratione est speciale in coniugalitate. Cui obiectioni nec ipse Abb. perfectè satisfecit: nec Decius in d. c. iurauit. qui opinionem Inn. reprobat, quæ tamen verissima est. Is enim, qui sententiam iniquam obtinuit, à qua condemnatus non appellauit, minimè tutus est in conscientiæ foro, si sciat sententiam iniquam fuisse, qa ius pro sententia præsumit, quę præsumptio in iudicio interiori cessat, vnde opinionem Innoc. Had. probat in quodlib. 6. ar. 1. vers. ex quo infero. vbi addit condemnatum ex iniqua lententia licitè posse ei parere, & soluere absq; donationis titulo, & animo pecuniam, quam iudex soluere iussit, id enim agit ad euitandas molestias iudiciales, quamuis Abb. post alios in d. c. quia plerique in hoc vltimo diuersum teneat id non licere existimās, ne peccatum victoris foueat. Sed id locum non habet, cum hic condemnatus non foueat peccatum alterius, sed tantum iudicis præcepto obediat, nec ipse ita obediens ad peccatum inducitur, & licet aliter, qui sententiam obtinuit mortaliter peccet, non tamen peccat ex damnati obedientia, sed ex propria malitia, cui nullam præbuit causam ipse condemnatus obediens, liquidem victor paratus erat eandem pecuniam recipere. In causa vero matrimoniali victus appellationem omittens, sciens sententiam iniquam, peccat mortaliter ei obediens, atque tenetur pro viribus eius reuocationem diligenter procurare, cum alioquin ex sententia iniqua ipse a crimine mortali non excusetur, & ideo nec eius consensus tacitus, nec expressus potest eum in peccato defendere.

Ex quo infertur lata sententia iniqua, quæ matrimonium verū, ac legitimum dirimat, minimè posse aliud matrimonium contrahi, ab eo, qui certo scit, vel dubitat, sententiam illam erroneam esse, nisi dubium deponat eo casu, quo dubius erat, tunc enim poterit contrahere aliud matrimonium, nunquam tamen si sit certus de errore sententiæ.

Secundo infertur, lata sententia iniqua, quæ matrimonium inter consanguineos contractum validum, & firmum esse decernit, minimè posse in eodem coniugio manere, ac vitam agere coniugalem eum, qui certo sciat sententiam erroneam fuisse, de dubitante vero diximus parte hac 2. c. 7. §. 2.

Tertio hinc deducitur, sententiam erroneam, quæ matrimonium ex consensu contractum fuisse, iudicauit, non proposita prouocatione ab ipso victo in rem omnino iudicatam transire, cum ex eo nouus ad coniugium præstetur consensus saltem præsumptus a lege iuris, & de iure præsumptione, qui quidem consensus antea præstitus non fuerat, & litigantes nullo inde impediente matrimonio coniungi poterant. glo. ab omnibus comprobata in d. c. lator. vbi optimè Felin. nu. 2. & Abb. consi. 60. 2. vol.

20 Quarto subinde constat, sententiam † quo ad thori tantum separationem latam, in fauorem eius, qui separationem postulauit, ita transire in rem iudicatam, vt ipse velit, possit alterum coniugem in consortium coniugale petere, & sibi reconciliare. c. ex parte. de spon. cum alijs similibus. Victus vero, qui non appellauit, nō poterit etiam comperto errore sententiæ, eius reuocationem petere, poterat enim in hanc separationē matrimonii consentire. c. quod Deo pari. 33. q. 5. ita Abb. in d. c. lator. col. pen. & Fel. ibi 8. declaratione. vtique tamen addit hoc procedere, nisi sit timor fornicationis in ipsis coniugibus ita segregatis, tunc etenim potest ex officio iudex cognoscere de errore sententiæ, & eo cognito iudex cogere potest maritum, & vxorem coniugalem vitam agere, ex his, quæ notantur in cap. 1. de conuert. coniug. & in cap. tua nos. 1. de iureiurand. vbi Abbas optime explicat plura, quæ ad hanc dubitationem spectant.

Epitomes in Quartam Decretalium, librum, Authore Didaco Couarruuias Toletano,

FINIS.

AD ILLVSTREM

ADMODVM, AC REVERENDISSIMVM DOMINVM

D. DIDACVM AB ALAVA ET ESQVIVEL,

Abulensem Episcopum, Granatensis Curiæ sub Carolo Cæsare, Hispaniarum Rege Prætorio Præfectum: Didaci Couarruuias à Leyua Toletani, Archiepiscopi Sancti Dominici, designat. in relectionis cap. quamuis. de Pactis. Præfatio.

EREBAR equidem, admodum illustris, ac reuerendissime Præsul, fore quosdam, qui mihi, & illud merito succenserent, quòd post aliquot partus, cosq; immaturè editos, minimè temperarim, quin propere nimis, & alios edere, nondū expectata priorum censura, fuerim conatus. Quasi primus lapsus casui dari debeat, vel imprudentiæ, iteratus stultitiæ, aut inscitiæ tribuendus sit. Turpe siquidem nimis est, vt vetus prouerbium admonet, bis ad eundem lapidem offendere. Culpam istam tantum abest agnoscam ipse, vt nihil magis persuaderi iuris vtriusque professoribus cupiam, quàm me nec minima huius criminis labe syncero animo, candidoq; iudicio notari posse. Nam etsi sciam in his, quæ hactenus ediderim, multa passim exponi, quæ doctiorum hominum censura haud magnopere valeant erroris argui, idq; mihi maximo futurum est beneficio, quippe cui animus contigerit non sanè contumax, nec ceruicosus, sed lenis admodum ad ea benigne mutanda, quorum in hac præsertim iuris humani disciplina fuerim admonitus, verum amici quidam, quos plures ob eorum candorem insigne illud Salmanticense literarum Emporium mihi conciliauit, multis ex Hispaniarum locis me per literas certiorem fecerunt, opus variarum Resolutionum nuper a me Typis traditum eo fuisse probatum applausu, quo admitti solent, quæ futura quandoque sunt studiosis omnibus vtilitati, quod fateor diuino muneri potius, & lectorū benignitati, quàm meis viribus tribuendum fore. Ijdem summè admonuerunt, vt si quid priuato studio præterea ad Iuris Pontificij, vel Cæsarei interpretationem elaborassem, nequaquàm grauarer publico Iurisconsultorum examini committens cæteris benigne id suscepturis communicare. Horum equidem, iudicio, Antistes ornatissime, accessit, & tuæ limatissimæ censuræ exactissima inquisitio, qua meos qualescunque labores vndiq; scrutari quandoque dignatus es, vt me tibi multis nominibus addictissimum eorum admoneres, quæ in hac iuris humani disciplina maxime sunt præcauenda. Quod fecisti sedulo, vtinamque meis viribus par esset a te mihi sæpissime indictum onus in hisce Commentariis elimandis, sperarem vtique, non minimam eiuscemodi instituti laudem meis scriptis accessurā. Denique meipsum, quem ab hinc vigintiquinque annis Salmanticæ discipulum cum plerisque alijs habuisti, exhortatus es, ne ab hoc semel suscepto labore calamum amouerem, si quid possem his horis, quibus alioqui feriari licebat, in communem vtilitatem exhibere. Incidit vero in manus mihi hac de re cogitanti relectio quædam, quam olim publicè iam voce communem feceram, dū caput, Quāuis pactum. sub titulo de pactis, inter Bonifacij VIII. constitutiones interpretarer. Hanc tuo nomini clarissimo dicare decreui, non ex ea causa, qua quidam principibus, illustrioribusq; viris ingenij sui monumenta nuncupare decernunt. quòd velim hoc munere gratiam, tuamq; beneuolentiam promereri. Scio etenim, quæ tua humanitas est, me iam hæc apud te promeritum fuisse, multisq; in me collatis beneficijs id palam omnibus esse, sed, vt iuris vtriusque antistitem, verum præceptorem agnoscerē vnumq; è primis literarij collegij sanctissimi Saluatoris selectissimis incolis. Etenim cum perillustris, ad Reuerendissimus vir Didacus a Muros Ouetensis ecclesię Præsul diguissimus, quo innatam sibi pietatem, & in publicam vtilitatem zelum feruētissimum Hispanis, & exteris in exemplum exhiberet, vtque Deo Maximo aliquod obsequium ministraret, domum illam percelebrem, ad quam, & ipse ab hinc annis quindecim fuerim admissus, Salmanticæ instituerit, teipsum virum tunc moribus, iudicio, & doctrina præstantem, magniq; in ea Academia nominis ad eam rem in ipsius collegij collegam ęligiter adoptauit. Quod equidem munus ita caute, pie, ac religiosè exercuisti, vt vel eo tantum nomine tibi, & his, qui tecum in id electi fuere, non mediocris laus iure optimo sit adquisita. Hinc pro-

fecto factum est,vt qui post in eandē celebratissimā domum fuerint admissi,æquissimis, atq; integerri mis institutionib.edocti,in eo literario cōuentu maximos eius professionis honores insigniter fuerint adepti.His vero,quæ primū in Reipublicæ commodū decem annis publico stipendio præceptoris of ficio fungens peregisti,& multa propensi in eandē rēpublicam animi argumenta ita incessanter addi disti,vt qui teipsum noverit,& quæ apud Regem,ac Cæsarem inuictissimum,in ipsa itidem Tridenti na Synodo,& in huius Granatensis Curiæ præfectura egeris vtcunque expenderit, satis comperiat quantum tibi debeant hi,qui continuis precibus verum iustitiæ cultum postulauerint. Quibus deniq; animi dotibus magnitudinem,insignem humanitatem,iudicij candorem,egregiam in pauperibus,& oppressis subueniendis diligentiam, maiorum,& generis dignitatem ac splendorem notissimū facis. Pro tua igitur singulari benignitate hoc opus,quidquid est,accipito ab eo dicatum,qui se ita tibi obli gatū putat,vt in tota,quæ sibi reliqua sit vita,studium omne,animumq;,ac se totum tibi,tuisque deuo ueris,hoc vnum quod mihi erit otium gratissimum,obnixè precatus,te in hoc suscipiendo munusculo non tam rem ipsam,quàm authoris voluntatem metiri. Suscepi enim,& laborem hunc libentius,nō modò,vt intelligas,si quid nobis à publicis negotijs otij supereſt (supereſt autem, vel teipso teste non esse omnino id otiolum,sed etiam,vt tuum,quo nihil mihi antiquius est,iudicium,censuramque am plius explorarem. Nec tamen vereor, ne uestram hanc operam,quæcunque ea sit, probaturus sis, li bentiq; animo accepturus, vel ea saltem causa, vt mihi animum ad alia festinanti adieceris . Vale Præsulum decus.E Granata,Mense Aprili,Anno millesimo quingentesimo quinquagesimotertio.

IN CONSTITVTIONIS SECVNDAE EX RVBRICA DE PACTIS, LIBRO VI.

Cuiusque initium,quamuis pactum inscribitur,non inutilem interpretationem.

Ad Lectorem Præfatio.

PRINCIPES omnes,ac legumlatores,candide lector,& hi præsertim,qui religio nis Christianæ documentis rempublicam optimis legibus instituere conati sunt, in rebus agendis,& frequentissimo hominum commercio,dum humanam,simplicemq; conuentionem iustis ex causis inualidam,ac infirmam esse censuerunt, aut saltē nō ita vtilem, vt ipsa publica fides in hisce negotiis exigebat, eam tamen iurisiurandi religione stabilitam,absque vlla exceptione ob iuramenti vim apud forensia tribunalia ita admittendā esse statuerunt,vt plerunq; ab ipso sacramento virtutē potissimam,plerunq; effectus quos sdam,eosq; ex iure Pontificio,& Cæsareo singulares accipiat. Contingit frequenter ob tot cal ūnias, quas mortaliū malitia excogitauit, & propter cautelas,quib.fœdifragi hoīes vtuntur ad effugiendas proprio,liberoq; consensu pactas conuentiones,conuictū humanum reipublicæ oīno necessariū, vel deficere,vel funditus periclitari.Etenim tot legib.in qualibet cōitate statutis, tot aduersus pacta, & contractus solent obijci defectus, vt plane nullus ferè conuentione priuata vtcunq; diligentissimè cō scripta se tutū fore existimet, nisi vnq; futuris hoīum dolis,quib.a pactis discedere tentant, antidotis quibusdā occurrere festinet.Cæterū præter alia,quæ solent ad conuentionum tutelam opponi,illud præcipue multi faciendū est,quod a religione iuramenti vires sacrosanctas adsumit.Sic namq; conuē tiones,quæ cum minorib.ætate fiunt,multū roboris adquirunt ex iureiurando a minore prestito.Sic multi contractus,qui alioqui, vel nulli existimantur, vel plurib. possunt refelli obiectionib.ab oībus his omnino censentur immunes propter iuramenti vim,& eius religionē,quandoq; contractus vali di quidem, ampliorē ex eadem rōne effectū habent, quàm si simplici consensu forent stabiliti,sicuti constat in c.cum contingat.de iureiu.c.debitores.eod.tit.auth.sacramenta puberū.C.si aduer.vēd. & maximè in hoc c.quamuis pactū.quem locum ipsi delegimus,vt quæ priuatim hac de re Salmanti cæ elaborauimus,paulo diligētius postmodū examinata,publico oīum iurisperitorū iudicio commit teremus.Igitur huius constōnis breues Commentarios in tres distinximus partes,quarū prima de iu ramenti cognitione generalia quædā examinabit.Secunda Bar. resolutionem de viribus iuramenti in l.si quis pro eo.ff.de fideiuss.ad vnguē discutiet.Tertia specialiter de iurisiurandi viribus,quas hæc constō renunciationi paternæ hæreditatis trahit,ad amussim tractabit, varios intellectus huius capi tis,eiq; adnodū necessarios continens.Multa tamen omittemus,quę de virib.& effectib.iuri passim à Doctoribus traduntur,contenti siquidem ea tantum explicare,quæ hoc tractatu præcipua cēsentur.

CONSI-

CONSTITVTIONIS SECVNDAE EX RVBRICA DE PACTIS LIB. VI.

Cuius initium, Quamuis pactum inscribitur, non inutilis interpretatio,

Authore Didaco Couarruuias à Leyua, Regio Consiliario.

Prima huius relectionis pars,ex cuius initio hæc colliguntur.

SVMMARIVM.

1 *Iuramenti definitio explicatur.*
2 *Iuramentum, & sacramentum, an sint synonyma, & quid hac dictio,sacramentum signifi.et.*
3 *Iuramentum assertorium, & promissorium, an distinguantur specie,*
4 *An verba sint præcisè necessaria ad iuramentum.*
5 *Examinatur latè intellectus ad tex.in c. pen.de iureiur.*
6 *An prorogatio compromissi iurati, censeatur facta cum iuramenti qualitate.*
7 *An verbū,iuro,sit necessariū aduerā religionē iuramēti.*

1

IVRAMENTVM, vt eius definitionē statim explicemus, est invocatio est diuini numinis in testimonium . Nā qui aliquid se facturum cum iuramēto promittit, Deum ipsum in testem illius promissionis,ac veluti sponsorē appellat. Rursus qui aliquid affirmat,aut negat verum esse, iuramento præstito, Deum ipsum citat in ipsius veritatis testimonium , quasi Deus testis sit illius affirmationis,aut negationis.Hoc eleganter probat Diuus Augustin.in sermone 28.de verbis Apostol. Iacobi,dum inquit,Quid est,per Deum,nisi testis est Deus? Idem apparet ex pluribus iuris vtriusque locis,quibus manifestissimè traditur sacramenti, & iurisiurandi religionem ipsum Deum dirigi,potius, quàm in priuatum hominem ,cui præstatur.c.debitores.c.si vero. & ca.verum. de iureiur. quam ob rem Cæsarea constitutione decretum est,iurisiurandi contemptā religionem,satis Deū vlsorē habere. Sic Cicero lib.3.de offi. scribit.est enim iurisiurandum affirmatio religiosa. Quod autem affirmatē quasi Deo teste promiseris,id tenēdum est. Iam enim non ad iram Deorum,quę nulla est,sed ad iustitiā & ad fidem pertinet.Hæc Cicero,qui iuramenti definitionem sua comprobauit authoritate, atq; ita ferè omnes iuris diuini,& humani interpretes , etiam si varias tradiderint iurisiurandi definitiones , in hanc tamen vnanimi consensu conuenerunt,vt iuramētum sit adsumptio nominis diuini ad confirmandam iuratis fidem,quæ quidem probatur in c.quantumlibet.47.dis. ex Aug.in epistola 127.ad Hipponenses.Simpliciter,inquit,fateor charitati veritæ coram Domino Deo nostro,qui est testis mihi super animam meam , optimus tex.ad idem in c.& si Christus.de iureiur.col.3. verbis. aliquin.l.1.ff.n.p.3. Idem probatur authoritate Ioā. in sum.22.q.1.diui Tho.2.2.q.89.ar.1. Host. in summa Pan.Alc.Fel.& aliorum in rub.de iureiu.Bald.in l.1. ff. ff.eod.tit.in 1.q.& in c.1.§.item sacramenta.2.col.de pace iura.firman.tametsi Ioan.de Selua in tract.de iureiu. q.1.& Ant.Corset.in rubrica eiusdem tituli,admodum anxij conentur alias iuramenti definitiones tradere,cū tamen hæc sit congrua,facilis,atque omnino iusta definitio,quemadmodum ex multis,quæ ab ea per me deducentur,apparebit.Etenim ad hanc definitionem oīa penè tendunt , quæ de iuramenti ratione possimè a plerisque traduntur, siquidem diuini numinis testimonium eam vim habet,vt multa quidem hoc in tractatu ex eo maximam authoritatem habeant,quod ad maiorem iuramenti, & diuini testimonij fidem conducere videantur. Idcirco ab ipsius definitionis verbis præsertim ea deducam, quæ in hac prima huius relectionis parte dicenda sunt.

2 Primum ex suprascripta iuramenti definitione infertur,† iuramentum,& sacramentum synonyma esse,sal tem dictionem hanc,sacramentum, idem quod iuramentum significare,ēm Pan.in rub.de iureiu.text.in c. qui sacramento. 22.q.4.in auth. sacramenta puberum. C.si aduer.vend.c.1.§.item sacramenta.de pace iura.firmand.nam præter multa alia sacramentum appellatur iuramentum seu obligatio, diuini numinis testimonio & interuentu cōfirmata,authore Festo.Id enim inquit, sacramentum dici,quod iurisiurandi sacratione interpolita geritur.Hinc militiæ sacramenta, siquidem , vt Vegetius lib.1.de re milit.scribit,' milites iurare solent, & ideo militiæ sacramenta dicuntur.l.miles agrum.§. ignominiosa.ff.de re mili.Quintilianus lib. 12.c.2. Sed hæc inter ipsos,qui velut sacramento rogati,vel etiam superstitione constricti, nefas esse ducunt a suscepta semel persuasione discedere.Cornelius Tacitus lib.1.addebat Messala Valerius, renouandum per annos sacramentum in nomen Tiberij.Vide Suetonius in Cæsare capite 42.iureiur.adstrictum,' teneri sacramento dixit, tametsi,& alia multa sacramentum significet. Etenim in genere dictio ista idē insinuat quod Græcē μυστήριον nempe sacrum secretum, aut religiosum arcanum, plerunq; equidem omnem rem sacram absconditam, etiā si alterius rei signum non sit, vt dicimus sacramentum diuinitatis. Quæ de re est text.elegans in c.multi.1.q.1. quo in sensu Paulus ad Ephesios 1.scribit Deum nobis sacramentū voluntatis suæ notum fecisse ēm beneplacitum suum, q̄ aliis generationibus non est agnitum, sed abconditum à seculis,nempe gētes esse concorporales,& compartipes promissionis eius in Christo Iesu,in quo oēs habemus inductum, accessum in confidentia per fidem ad ipsum.Idem 1.ad Timoth.3.inquit,& manifestè magnum est pietatis sacramentū,q̄d manifestum est in carne.Verū apud Christianæ religionis cultores,& Catholicæ ecclesiæ Doct. frequentissimè sacramentum dicitur sacra res signum, q̄ eius similitudinem gerit , cuius signum est , quemadmodum signa , & figuræ veteris Testamenti sacramenta appellantur.

pellantur. Auguſt. etenim contra Fauſtum Manichæũ lib.9 6.c.3.aſſeuerat ſacramenta, quæ obſeruabantur ex lege prænuntiatiua tm̃ fuiſſe Chriſti venturi. Idem Auguſt.epiſt.23.ad Bonifacium Epm̃,tradit,oportere res quibus ſacramenta conſtant,imaginem, & ſimilitudinem gerere earum rerum,quarum ſigna, & ſacramẽta eſſe dicuntur. Sic quia Baptiſmus lauat, completur in aqua. Euchariſtia reficit, panis, & vini ſpeciẽ accipiẽs. Vnctio fouet,ideoq; in oleo miniſtratur. Pœnitẽtia ſub manifeſta forma iudicij abſoluit. Tandem ſpecialiquo dã iure iuxta legem Euangelicam,ſacramentum ſignificat ſignum viſibile inuiſibilis gratiæ Dei, quam Deus efficaciter,& certo in ipſis operatur. modo ritè, nec indigne tractentur. qua ratione Diu. Auguſt. lib.x. de ciu. Dei,c.5.& c.ſacrificium.de conſecra.diſt.2.ſacramentum definit eſſe ſacramentum ſignum viſibilis formæ, inuiſibilis gratiæ. Notat Magiſter ſententia. lib.4. & eſt fere cõis omnium Theologorum ſententia. Denique ſacramenta dicuntur, quia ſub tegumento corporalium rerum diuina virtus ſecretiùs operatur ſalutem, ſicuti Gregorius author eſt in d.c.multi.

Apud veteres Ethnicos,quemadmodum Varro teſtis eſt lib.2.de lingua Latina, ſacramentum dicebatur pecunia,q̃ in æde ſacra a litigantibus deponebatur. Nã qui petebat,& qui inficiabatur de alis reb.vtriq; qngẽ tos æris ad Ponti ficem deponebant, de alijs itẽ rebus certum numerũ aſſium. Qui iudicio aũt vicerat,ſuum ſacramentum a ſacro auferebat,victi ad ærarium redibat,i.victus ea pecunia,quã depoſuerat,mulctabatur in pœnam iniuſtè litigationis,q̃ ærario cedebat. Sacramẽtum vero hæc pecunia dicebatur a loco ſacro,vbi ea deponebatur. Quidã autem re ipſa non deponebant, ſed ſimpliciter ſpondebant. Ex quibus dictum eſt,ſacramẽto,vel ſponſione contendere. Itẽ ſacramento, vel ſponſione vincere,apud Ciceronem pſertim in oratione p Milone,& in oratione pro domo ſua ad Pontifices: Valerium Maximum lib.7.c.7.& 8. Explicarunt elegãter Budæus in l.2.ff. de orig. iur. §. & cũ placuiſſet. itaque And.Alciat.in l.pecuniæ verbum,ff.de verb. ſig. Eſt & hac de re pulcher locus apud eundẽ Ciceronem libr.1. de Orato. vbi iuſto ſacramento contendere oratori cũ Pythagoræis non licere dixit Scæuola. Idẽ adnotauit Alc.in rub.de iureiu. nu.6. Nec tamen in hoc tractatu de iuramento,ſacramentum ita ſtrictè accipiendũ eſt, vt ſignificet illud tantum iuramentum,quod ſupra ſacrum fiat,puta altare,reliquias,vel libros Euangeliorũ. Nam etiam ſi iuramentum verbo tantum factum fuerit,nihilominus ſacramentum dicetur,ſicuti poſt Pan. cæteri in d.rub.de iureiu. reſponderunt.

Iuſiurandum autem a iure dicitur,& ex eo a iure deriuatur,q̃ id quod iuratur pro lege habendum ſit,& ſeluti ius ſit ſanctè ſeruandum,l.5.§. dato. ff. de iure. vel quia diuinũ numen pro iure veritatis cõſtituitur,quaſi non aliud ſit Deũ iurare,q̃ Deum pro iure veritatis cõſtituere,aut ius veritatis reddere Deo. Cui, velut ipſiſi,æ veritati,propriè competit dictorum oĩum,& commentorũ veritatẽ ſuo teſtimonio ſtabilire. Vñ iurare eſt promittere adhibito teſtimonio diuino,nos id ita ſeruaturos,ac ſi ius eſſet, vel id qđ affirmamus, ius veritatis hẽre. Dictionẽ autem iſtam,iuſiurandum,cũ vnica ſit ex compoſitione,diuiſit more Poetico Iuuenal.Satyr.13. Quod dubitaret Depoſitũ retinere, & fraudẽ iure tueri Iurando. Et Ouidius in epiſtola Cydippes ad Acontium: Quid tibi nunc prodeſt iurandi formula iuris?

Secundo principaliter ex eadẽ definitione infertur,
3 † iurm̃ aſſertionis de re præſenti,aut præterita, & iuramentum promiſſionis rei futuræ,non differre ſpecie q dẽ ad conſtituendam diſtinctam peccati ſpeciẽ in eius tranſgreſſione. Nam cũ in vtroq; Deus teſtis aduocet, eadem erit ratio, nempe diuini teſtimonij, cuius non diſtinguitur ſpecies ex eo,q̃ ſuper futuro,aut præſenti, vel præterito Deus ipſe teſtificetur, ſicuti probat Caiet. 2.2.q.89.art.1.ciuſq; concluſio proderit quo ad iudiciũ animæ interius,in quo iuxta cõem regulam peccata diſtinguenda nominatim ſunt per eorũ proprias ſpecies, vtriuſque vero iuſi,aſſertorij,& promiſſorij grauitatẽ, & gradus diſtinxit eleganter ſummaq; cum eruditione Dominicus à Soto in Inſtitutione de cauendo iuramẽtorum abuſu,par.1.cap.7.& ſequentibus,per hoc tamẽ non diffiteor quandoq; in exteriori iudicio quo ad punitionem diſcrimen conſtitui poſſe inter iuramentũ aſſertorium,& promiſſorium,quod inferius opportuniori loco tractabitur. Quin & Chryſippus apud Ioan. Stobæum,Sermone 26,ſcribit,aliud eſſe verum iurare, & aliud,fideliter iurare,item peierare,& falſum iurare. Nam verum iurare, & falſum iurare, ad iuramentũ aſſertorium pertinent,at fideliter iurare, & peierare, ad promiſſorium iuramentum,quemadmodũ ipſe Chryſippus longius explicat.

Tertio deducitur ex his,tan ad iurm̃ ſint neceſſaria
torō tex.in l.vlt.C.de nō nu.pec.ubi qui iuratus promisit soluere centū sibi mutuo numerata poterit,nihilominus intra biennium opponere exceptionē non numeratæ pecuniæ,quam opponere potuisset,si simpliciter cauisset pecuniā mutuatā solutorū.Iurm.n.in illius constitutionis rōne intelligitur iuxta iurantis consensum ex legis ciuilis interpretatione deductum non alia rōne quā q̄ hęc promissio de soluenda pecunia mutuata,fiat aut p̄sumat facta spe futuræ numerationis,vt explicat Fortu.in l.si vnus.§.pact°.nu.11.ff.de pact.attigimus & nos obiter in 2.par.rub.de test.nu.12.idē confirmat,quia iuramētū intra limites cōsensus a lege p̄sumptos,& actus humani interpretatione constitutos addit obligationi religionis uinculum,non tñ hos limites accedit, ēm ea, q̄ tradunt per Bar.in l.Titia.§.Imperator.ff.de legat. 2. & in l.si quis pro eo.nu.15.ff.de fideiussor.iurans equidē contractū literarū,& promittens pecuniæ solutionem, quamuis obligationi consentiat,sub spe tñ futurę numerōnis cōsensit, & ob illā cām,idcirco cā illa cessante nec numeratione secuta, rectè absque labe periurij non numeratæ pecuniæ exceptionē obijcet,cum spe,nec iurauerit,nec obligationi consenserit eo casu, quo pecunia numeranda non esset,quod animaduertēdum est, nam id Ias.in l.si conuenerit.nu.16.ff.de iurisd.omn.iud.post Ale.ibi,& Imo.Tr.de iud.& in c.p tuas de arb.ac Dec. in d.c.1.nu.23.videntur hac in spē adnotare.Illud tñ obiter adnotandū est,exceptionē non numeratæ pecuniæ apud Gallos non admitti,ēt intra biennium,ēt aduersꝰ simplicem cautionē,vt testatur Rupellanus li.1.Forensi-Inst.c.35.nec apud Bituricenſ.teste Boerio in consuet-Bituric,tit.de iurisdi.c.8.nec ipse apud Hispanos vnquā vidi admissam fuisse ad effectū,vt creditori intra biennium incumbat onus probandi,pecuniam uere numeratā fuisse.Sic denique d.l. C.de non numerata pecunia quo ad istam qonē explicanda est oīno.Vñ eiusdem cōstitutionis rūsio tunc sane obtinet,cū quis iurauit se solutorū, aut promissionē soluendi cōfirmauit iuro,at si rasset se recepisse mutuam pecuniam,exēptionem non numeratæ pecuniæ amittit,ne eā opponens veniat contra iurm,& alleget se fuisse Periurum°, quemadmodū in d.l.vl.adnotarunt Bal.Sal.& Pau.Castr.Bal.item cōs. 447.lib.1.Ale.in l.Seius & Augerius col.vlt.ff.ad l. Falc. Dec.in l.qui pecuniā.nu.4.ff.si cert.peta. quod Accurs. cōmunem consensu receptus satis probat ita intelligens d.l.vlt.Vnde manifestissime errare uidentur quid. l.vl. responsum ēt eo sensu accipiunt, vt de iuramento p̄stito circa numerationē ēt accipiat,quo quidē errore abiit Io.Imo.in c.cū contingat.nu.85.vers.sed aduerte,de iureiu.& alij,quos optime reprehendit Emanuel a Costa in l.si ex cautiōe.C.de nō numerata pecunia.Fallit.9.

11 Tertio,hinc apparet interpretatio tex.in fi.d.l.adigere §.vlt.ff.de iure patro.vbi iurisconsultus iuramentū a liberto p̄stitum de non contrahendis nuptijs remittit, id est iure remissum esse interpretatur.Nam si iurm id obligasset semel,certe non posset per legem secularem remitti.Sed quia id iuramentum nusquā obligauit,potuit lex humana interpretari,vim & potestatē iuri explicando,nullam ex eo constitutam fuisse obligationē. Hanc vero interpretationem Iurisconsultus exponit authoritate Iuliæ de maritandis ordinib.Etenim condō,aut promissio de non contrahendis nuptijs,apud Ro.olim ita odiosa censebatur,Reipublicæq; & eius utilitati contraria,vt a testamentis,alijsq; actib.omnino remittere tur,atq; ea semota,purus manebat actus ac si conditionī obtemperatum fuisset.l.mulieri & Trio. ff. de cond. & demonstr.l.2.C.de indic.vidui.tollen.l.fed si hoc.§. fi.cū seq.ff.de cond.& demonstr.ademq; nos obiter adnotauimus° in Epitome ad 4.librū Decret.2.par.c.3.§.9. nu.11.& lib.1.Varia.Resol.c.19.nu.9.Igitur cum actus hic,cuius meminit Iurisconsultus in d.l.adigere.§.ul.habeat promissionem contrariā utilitati Reipublicæ ēm iuris humani manifestam decisionem,necessario sequitur, iuriurandum non posse illius actus, nec promissionis obligationē inducere, qñquidē nemo possit ꝓprio iuro Reipublicæ,nec denique alteri priuato p̄iudicare. Ius nanque ciuile p̄cipue ob utilitatem reipublicæ promissionē de nō contrahendis nuptijs palam improbauit eā esse Reipublicę perniciosam decernens, quamobrē, nec iuramentum eam potuit honestam efficere.reg.nō est obligatorium.de reg.iur.in 6.quod & rōne naturali probatur.actus siquidem reipublicæ contrarius & perniciosus natura ipsa est improbatus,eo ipso q̄ ea dictet utilitatem communitatis omnib.aliis præferendā esse, cui quidem utilitati,priuatorum consensus nocere iure non potest quacunque conuentione. l. filiusfamilias. §. veterani.ff.de procur.cum alijs,quæ notantur in l.si qs in conscribendo.C.de pact.c.si diligenti.de foro cōpe.l. ius publicum.ff.de pactis.nec iuramentum quicquā facit hac in spē cum tractetur de iure publico,aut saltem alterius à iurante.c.venientes.c.cū contingat.c. intellecto.de iureiu.idcirco hæc est magis congrua interpretatio ad tex.in d.l.adigere.§.vlt.quam & Fortu. exposuit in d.tract.de vlt.fine,illatio.20.optime reprobans Accurtiū,& alios,qui in d.§.vlt.adnotarunt,quo ad iuri remissionem legem habere vim Apostolicam,nam id falsum est,cum non tractetur ibidem de absolutione a iuramenti vinculo,sed tantum de eius interpretatione.

Quarto hinc constat defensio tex.in l.si quis inquilinos.§.vlt.ff.de leg.1.quo rūsum est, iuramentum nullā habere vim,nec obseruandum esse, quoties quod iuratur,bonis morib.aduersum est.Ea siquidem responsio conformis est iuri Pontificio & naturali, quib. est satis apertum,non debere iuramentum esse vinculū iniquitatis.Vnde si quod iuramento promittitur,& iustitiæ, & bonis morib.contrariū est,dubio procul id non est seruādū.Nec video cur ius ciuile hac in parte interpretari, & explicare nō possit ea,q̄ sunt bonis morib.cōtraria,cū & legislator sęcularis quo ad reipublicæ regimen vere interpretari possit iuris nāis. p̄cepta, leges, & statuta hac de re sancire, vt circa, homicidiū,adulteriū,furtū,falsum testimoniū,& his similia, quorum interpretatio necessaria est ad optimam Reipublicæ institutionem l. vt vim.ff. de iusti.& iure.l.bona fides.ff.depositi.nec hoc indiget maiori probatione,cum vere negari non possit, alioqui legislatores sæculares satis strictā haberent potestatem ferendi leges super actib.vere temporalib. qđ satis absurdum esset,alienumque a diuina, ac naturali institutione.At si semel a lege sęculari fuerit definitum aliquid esse cōtrarium bonis morib.& plane iniquum, manifeste conuincetur,eum actum iuramento confirmari non posse,vt is licitus censeri debeat.

Principaliter quarto erit obseruandum,legem ciuilē, humanā quidē,& secularē, iplumque principem posse iusiurandū remittere in ea materia,quę ipsius principis legisue sæcularis potestati subijcitur. Nec remissio ista vim absolutionis obtinet,quia iuramentum sub hac cōditione ligat iurantem,nisi princeps superior, cui iramenti materia subiecta fuit,aliud uoluerit ac decreuerit sicuti & illam conditionem iuramentum præstitum p̄stitum semper patitur,nisi priuatus ille iuramentū remiserit.Hoc ipsum est,qđ passim adnotatur,in quolibet quidem iuro intelligi exceptam superioris authoritatem, quo ad ea scilicet,quę superioris potestatem pertinent, cum illis per iuramentum p̄iudicium fieri non possit. c.constitutus.de rescript.Quo fit,vt plane appareat ratio germana ad iuris.l.ulti rei ponsum in l.victima.ff.ad munic.Si quis etenim iurauerit,se ordini nō interfuturum poterit princeps sęcularis hoc iurm remittere,si ille magi-

in magistratũ ordinis, aut in decurionem fuerit electus. Nã hoc iuxta ꝓtitũ in hac materia de ciuilib. magistratib, ad quos iubendos Respublica & princeps, si eius administrationem habet, poterunt quẽlibet cogere ob vtilitatem publicam hunc intellectũ, hanc cõditionẽ patiat, nisi princeps aliud iusserit. aliter etenim esset iuramentũ perniciosum, & vinculũ iniquitatis. Sic denique est interpretandũ qđ vulgo dici solet, in oĩ quidem iusto intelligi exceptam esse superioris authoritatẽ. Atque ita defendi possunt aliquot iuris Cæsarei decisiones quorum tutelam, & decisionem diligenter suscepit Fortunius in d. allat. 10. tametsi Panor. & alij in ca. tua nos de decimis, existimauerint eas leges nullas omnino esse. Qua de re tractabitur in 2. par. huius Relectionis cũ examinabitur regula iuris Canonici, quæ dicitat iuramẽtum contra bonos mores non esse obligatorium.

Quinto ex his manifeste constat, ius ciuile, ac seculare posse leges statuere super puniendis periurijs, qđ nos probauimus in Epitome ad 4. li. Decretalium 2. part. c. 6. nu. 20. not. idem Fortu. in d. allat. 20.

Sexto hĩc dubiũ est, an lex secularis possit tollere effectũ iuri, cuius meminit text. in c. debitores. de iureiu. nã Imbertus Rupel. li. 1. Forens. init. c. 33. tellat, cũ effectũ apud Gallos subtractũ esse, qđ nõ pọt aliter defendi, quã patientia, & quadã tacita Episcoporum absolutione. aut tãdem iudices negant actionem efficacem vsurario agenti ad vsurarum solutionem, etiam si debitor eas fuerit iuramento ꝓtito pollicitus, qđ æquissimũ est.

Septimo apparet dubiũ esse Galliæ praxim, cuius meminit Caro. Mo. in additiõib. ad Alex. consi. 27. li. quæ quisquã recepit cõtitutionẽ Auth. facit. puberũ. C. si aduers. vend. vbi rõne iuris negat minoribus ætate in integrũ restitũ aduersus enormẽ lesionẽ, quam ætatis facilitate patiuntur in contractib. Fortunius enim ea praxis ob dissimulationẽ Rom. Pontificis, & Episcoporum, excusationẽ habet, vel ex eo defenditur ꝙ cõsuetudo forensis laicorũ potuerit tollere a iure cã vim, & effectũ, quẽ ei leges seculares dederãt. Atq; iure ex ratione c. cũ contingat. c. debitores. c. ti uero de iureiu. licet in integrum restitutio minori, qui iurauit, cõcedatur nihilominus, quia exit ẽ iuramentum, qđ potuit seruare absque interitu & periculo salutis spiritualis, actor periurus censebitur. idcirco prior practici ilyli detentio magis applaudet.

Hæc diximus de legib. ciuilib. quæ circa vires iuramẽti disponunt. Nec. n. possunt effectus iuramẽti, quos habet ex lege naturali, diuina, vel canonica tollere, cum illa hæc materia ꝓpiue pertineat ad Romanos Pontifices ob religionem iurandi, ex. celebris in c. venerabilẽ. de elect. Ru licet probet declarationẽ iuris an id illici tũ, vel illicitũ sit, ad Romanũ pontificem pertinere, ea tñ conclõ hac in parte ꝓcedit pp materiã subiectã, q̃ ad summũ Pontificẽ ptinebat, non ad aliũ. quiquidẽ nullus poterat de cã illa cognoscere, aut iudicare ꝓter Romanũ Pontificẽ, ex eo, qđ ibidẽ ageret de iusto pitito super electione veri, & iusti Imperatoris non tñ ex hoc negatur in ea constitõne, ius interpretãdi iusta, an ea licita sint, vel illicita posse ad Principes, & legislatores seculares pertinere, tametsi verum sit ad summũ Pontificẽ maxime pertinere ius explicandi veros effectus iuri deducendos quidẽ a rõne legis naturalis, vel diuinæ. Qui vero nosse cupit multa alia de hoc ar. legat Fortunium in d. trac. de vltimo fine, illat. 20.

Cæterũ quia de absolutione ab obligatione voti & iuramẽti tractauimus, operæ pretiũ erit expẽdere, an possit quilibet ꝓlatus absoluere, aut dispẽsare, an voto personali priusquã opus illud, qđ sub pœna interdictũ est, cõmittat? Et iane si votũ fiat alicuius operis, absolute potuerit sup eodẽ voto dispensare is ꝓlatus, qui ius, & ptãtẽ habet super ea, q̃ in votũ deducta est, dispensandi, ut si quis vouerit non ludere. Nã in oĩ voto quilibet Episcopus dispensat, ꝓter votũ religionis, & peregrinationis Hierosolymitanæ, ut cõiter receptũ est, & explicat diligenter Dom. Soto. li. 8. de iustit. & iure q. 4. ar. 3. ubi idẽ tradit voto perpetuæ castitatis, & Romanæ, ac Cõpostellanæ peregrinationis. Quorũ primũ iure, duo vero vltima consuetudine asserit excipi ab Episcoporũ dispensatione. At si in hunc modũ votũ cõceptũ fuerit, vt quis vouerit non ludere sub pœna religionis, ante commissam pœnam poterit quilibet episcopus, cui vouens subditus sit, dispensare ex cã quidem a pœna commissam autẽ pœnã quidã censent, posse votum pœnale religionis, aut peregrinationis Hierosolymitanæ dispensari ꝑ Episcopum, quãus votum illud peregrinationis huius vel religionis nullius admittat ꝓlati dispensationẽ, nisi ea concedatur a Romano Pontifice, qñ votum hoc est absolutum. Differentiæ rõ inde sumitur, ꝙ vouẽs directe & absolute religionẽ in aĩo habet & desiderio illam profiteri vt rẽ sibi gratissimã, atque ideo votum deliberationẽ habuit præcẽtam. Sed qui vouit pœnæ religionem aut peregrinationẽ, nõ habet aĩo ea, q̃ vouet, nec iõ ꝓmittit illa ꝙ sibi sint cordi, imo ad ea tanquã sibi ingrata & molesta in pœnã obligari voluit, vñ forsan iusta cã est, ꝙ ꝓ Eccl̃m fiat, & concedatur dispẽsatio. His accedit ꝙ forsan quibusdã videbitur nõ oĩa vota cõditionalia, & pœnalia esse deliberatione iusta emissa, nam Ambrosius Catharinus cõtra Caiet. cẽset, nõ valere votum hoc, ꝓmitto ingredi religionẽ, si cõmisero adulterium. qđ valere asserit Caiet. in summa, in verb. votum. Nihilominus tutior est eorum opinio, q̃ cẽsent adhuc in hoc casu posse cõmissam pœnã necessariã esse Romani Pontificis dispẽsationẽ, qa iã est cõtracta ex voto obligato ad religionem, cuius quidẽ voto derogare per dispensationẽ nemo pọt ꝓter ipsum Romanum pontificẽ. ateq; ita in hac q. vsum est a Dom. a Soto, in Institutione de cauendo iuramentorum abusu, par. 1. 9. Et li. 7. de iust. & iure q. 2. ar. 1. & q. 4. ar. 3. Nec. n. deficit promissio saltem implicita ad votum religionis in huius qõnis spẽ. vñ patet, qđ obligationem ad religionem ex cã voti inductã esse iudicemus. Qua in re illud est obiter adnotandum, in quo libet voto ꝓfessi religionis esse necessariã explicitã, aut saltem implicitã ꝓmissionẽ, nec ꝓpositum ingrediendi religiõem, & in ea pmanendi perpetuõ sufficeret, tex. elegãs in c. literaturã. de voto. Aliud etenim est ꝓmittere ingressum & professionem religionis, aliud habere ꝓpositum ingrediendi, profitendi, ac pseuerandi. Nã q̃ ꝓpositum habet, nec explicite nec implicite ꝓmittit ꝓfessionem religiõis, cum aliud sit ꝓponere, aliud deliberate ꝓmittere, sicuti elegãter explicat Cai. li. 17. rãtionum c. 7. & Dom. Sot. d. li. 8. q. 1. ar. 2. tametsi Doctores iuris Canonici interpretes nõ possint excusari a nõ satis diligenti huius articuli examinatiõe. licet iane tex. in c. cõsulit. de regul. dum ꝓpositum absolutum sufficere censet ad perpetuã religionem, intelligẽdus est de ꝓposito absoluto ex quo tñ possit deduci saltem implicita religionis ꝓpetuæ promissio, alioqui minime cõueniret ea rãtio cum c. literaturã. Quod si quis votum fecerit ingrediendi religionem minime pollicitus explicite, vel implicite ꝓpetuã religionem censet vouisse ex his, vt tandem gaudeat anni probatione, intraquem possit pẽnitere, si viderit eum statum sibi commodum, aut gratum nõ esse sic. n. Tho. censet in 2. 2. q. 189. ar. 4. quem sequuntur Dec. in c. in præsentia. de prob. nu. 35. Arch. in cap. sciamus. 22. quæst. 1. Henr. in cap. statuimus. colum. 3. de regul. & Florent. 3. par. tit. 16. c. 2. quæst. 4. Syluest. in verbo. religio 2. quæst. 19. & Isa. in li. quis hæredem nu. 13. C. de inst. & substit. Ex mente tamen S. Thomæ deducit secus esse dicendum, vbi quis votum fecerit, aut promiserit profiteri in aliqua religione, vel esse religiosum.

quod

quod & Sylu. notat. Imo si quis vouerit fieri religiosum: intelligitur votum illud in anno quidem probationis: non tñ de perfecta, & perpetua religione. Item si vouerit quispiam, esse religiosum, ea tñ intentione & mente, vt velit gaudere anno probationis, poterit ĩtra annũ ante professionẽ tacitam vel expressam a monasterio exire sicuti vtrũq; docere conatur Caiet. in d. ar. 4. q̃ oĩa oĩno notanda sunt ad perfectã voti obligationẽ, vt scia mus qua rõne teneatur quis ex deliberata promissione ad votum vel religionis, vel alterius boni, ac pij operis.

EX §. SEQVENTI,

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum propriam & primordialem naturam adhuc, cui accedit, sortitur.*
2 *Intellect. ad tex. in l. quoties. C. de rei vẽd. an iso obtineat, quando prima venditio fuit iurata?*
3 *Donatio iuramento firmata, an reuocetur natiuitate filiorum authoritate l. si vnquam. C de reuoc. donat.*
4 *Fideiussor an ratione iuramenti amittat beneficium excussionis?*
5 *Emphyteuta qui iuramentum in contractu præstitit, an priuetur emphyteusi, si canonis solutionem intra biennium omiserit?*
6 *Obligatus ad factum an ratione iuramenti cogatur præcisè facere?*
7 *Intellect. ad l. si conuenerit. ff. de iurisdict. omn. iud.*
8 *Intellect. ad tex. in c. ad nostram de iureiu.*
9 *Iuratus soluere certam quantitatem, an possit compensationem obijcere?*
10 *Qui iurat alteri nullum gramen inferre, an possit iureum in iudicio, vel extra conuenire?*

§. QVARTVS.

Breuiter in præcedenti §. tractauimus de interpretatiõe iuris iuxta consensum & mentẽ iurantis, atq; item secundũ ipsius actus iurati ꝓpriam conditionẽ & naturã, oportet tamen mõ eandẽ materiã iterũ altius exponere, ab origine & radice deducenda, quid de hac re iura explicuerint.

1 Nam illud iuris apertissimi iuxta ꝓpriam adsumere naturam actus, cui opponitur, & ex ea intelligendum omnino esse. Hoc probat in d. l. vlti. C. de nõ num. pecu. vbi iuramentũ, quo quis iurat soluere pecuniam sibi mutuo numeratã, eã conditionẽ habet, vt intra biẽniũ possit qui iurauit opponere exceptionẽ nõ nu. pec. sicuti paulo ante dictum est. Hæc equidem promissio soluendi pecuniã numeratam, propriã hanc naturam habet, quod possit intra biennium obijci exceptio. non num. pecuniã. idem constat in c. quẽadmodum. de iureiu. Etenim qui iurat aliquam in vxorem se ducturũ non tenebitur eam in vxorem ducere, si post hanc promissionẽ ipsa fuerit fornicata, quia huius sponsalitiæ ꝓmissionis illud ꝓprium est, ꝙ ipsa non fornicetur, igitur iramentum non mutat hanc propriã huius actus naturam. facit op. tex. in l. vlt. C. de lib. caus. Sed ne, quis mihi statim obijciat plures effectus, quos contractus iurati habẽt, quosq; minime habuissent absq; iuro, ingrere ne cesse est huius conclusionis verum intellectum. Sit iane ita est hæc propositio accipienda, vt de natura propria, & a primordio ipsi actui conuenienti, non de accidentali intelligatur. sic deniq; iuramentum adsumit actus naturã primordialẽ, vt ita loquar, non accidentalem, ea si quidẽ ꝓpter vim iuris plerunq; mutatur, quod satis euidẽter ex multis apparebit, quæ de effectibus iuramẽti traduntur, & a me statim tradentur, & hoc probatur elegan-

ter authoritate iurisconsulti. l. item veniunt. §. cum ꝓdixerimus. ff. de per. hære. vbi distinctio maxima fit inter ea, q̃ ab initio naturaliter insunt actui, & ea, q̃ ex accidenti ei conueniunt, vt actio alteri subrogata ex primordiali naturam, non ex accidentali subrogetur. notat glo. in l. certi condictio. in prin. ff. si cer. pet. cuius ꝓter Bar. & Doct. ibi meminit Bal. iu c. vl. col. 3. de iureiu. idẽ Bal. in l. vni. §. sed si nõ. C. de rei vxo. actio. eius tñ intellectũ examinat Zasi. li. 1. ling. rñl. c. 14. ex qb. cõ oĩum cõsensu receptũ est iuxta naturam primordialẽ actus, cui accessit, sequi, non accidentalẽ, quod notant in spẽ Aret. col. pe. & Dec nu. 2. in c. de iud. & ibi Alc. nu. 46. Sed tñ dubitat, q̃ dicant naturalia, & accidentalia ꝓ actus, vel actus alicuius, Bal. equidẽ, in l. 1. col. 1. C. cõmodat. elegãter, ac subtiliter scribit, ea, q̃ veniunt accidentaliter triplici rõne contingere, rõne equidẽ more culpæ, vel quẽtionis, ea vero dici naturalia, q̃ procedunt virtute quadã ab initio a ꝓpria rei spẽ. cui cognitiõi plurimũ accedit tex. in l. pacta conuenta. ff. de contrah. empt. & in d. §. cũ ꝓdixerimus. vbi gl. hoc ipsum sensit. Sic iane ex hac traditionẽ aduertendum erit in actib. iuratis ad ea, q̃ ex natura, vel ex accidẽti eidẽ actui cõueniãt. Vt demum fiat oĩ no cõpertũ, iuxta alicui actui accedens sequi naturã ipsius actus principalis, in quo interponitur, qđ nõ semel ex d. l. vlt. adnotauimus. Cuius ad hoc meminere Bal. in c. cmu oĩs. col. pe. & c. q̃ in ecclesiarũ. col. 5. de constitu. Abb. in c. cũ cõtingat, de iureiu. nu. 14. tex. elegans, sicuti Ias. ibi not. in l. sed & si pollicitori. §. itẽ si iurauero. ff. de iureiu. Quib & illud suffragat, quod iuramentum nõ auget obligationem, nec contensum, sed ei tñ intra limites suos manenti addit religionis vinculum, qđ voluit Bal. in l. si procurator. col. 3. uers. & ꝓdicta sunt uera. ff. de cond. indeb. Nam qui iurat actũ aliquẽ, nisi aliud expressim addiderit illũ iurare intelligit iuxta sensum naturã, & qualitates proprias, quas ille actus habet ex natura sua & in leges humanas, arg. l. Titi⁹. in fine, ff. ad Trebel. Quã obrẽ ꝓter multa, q̃ de interpretatione iuris hac in parte adduci possent, duo tñ gẽraliter adnotabimus. Primũ quidẽ, iuxta esse intelligendũ & in naturam, conditiones, & qualitates, quas actus, cui accessit ab exordio ex proprietate eiusdẽ per legẽ canonicã, & ciuilẽ cõsequitur. Secundum, oĩno iuxta ita intelligendum fore, vt nullam interpretationem ꝓter consensum iuratis patiatur. c. Quintauallis. de iureiu. c. cũ iuxta. de hom. notatur in c. veniens. de iureiu. Ex quib. aliquot inferã. Nã de effectib. qui procedunt a religionis vinculis, pasim a Doctoribus traditur.

Primum quidem hinc colligitur verã interpretatio
2 tex. in l. quoties. C. de rei vend. ex qua si quis domũ, Titio vendiderit primo, & deinde eandem Sẽpronio vendat, & tradat, dominium huius domus in Sẽpronium translertur, nec Titius poterit aduersus secũdũ emptorem agere. Nã et si prior venditio iurata ꝓfuerit nihilominus eadem decisio obtinebit, cum natura contractus emptionis, & venditionis ea sit, vt ante traditionem dominum in emptorem minime censeatur translatum, donec perfecta traditio fiat, & idcirco si res vendita alicui alteri ante traditionem vendatur, & eidem tradita fuerit, hic secundus emptor efficitur pfectus dominus rei emptæ. l. 1. cum alijs. ff. de actio. emp. atq; ita d. l. quoties. intellexerit Io. Imol. in c. cum contingat, de iureiu. nu. 81. quem sequuntur Ias. in cad. l. quoties. nu. 36. Hip. in l. qui duob. nu. 9. ff. de fidei. & Lud. Goza. in consil. 14. nu. 2. eandem opinionem & nos probauimus in Epitome ad 4. li. Decr. 1. par. c. 5. nu. 9. cui accedit tex. in c. licet. de ꝙ pon. qui probat, ꝙ pontifex etiam iurata, per subsequens matrimonium dissolui.

Secundo infertur maxima extensio ad tex. in c. cum locũ de ꝙ pont. Ex quo patet, matrimonium metu con-

tractum nullum esse ipso iure, id etenim verum est, & si contractus in coniugalis iuratus fuerit. Nã id iuramẽtũ, licet alioqui metu prestitum validũ sit ipso iure, donec ablolutio ab eo ꝓstita fuerit accedens ꝯctui cõiugali, eius naturam sortitur, vt ratione metus nullũ sit, ipso iure, nec ablolutionem exigat, quia materia subiecta, q̃ speciali quadam ratione omnino liberum consensum requirit, operatur quod iuramentum prorsus sit nullũ, quemadmodum latius disputaui in 2. parte Epitomes c. 5. ℓ. 5. nu. 2.

Tertio ex ꝓmissis deducitur rõ eius opinionis, quam Bar. explicat in l. Titia Seio. §. Imperator. q. vl. ff. de leg. 2. vbi Bald. & Cuma. post eũ existimant, Ideonationem, 3 etiam iuso ꝓtesto se mutam posse revocari, si donator post eam liberos habuerit, ꝟm l. si vnquã. C. de revo. ꝺo nat. ex qua constat, donationis cuiuslibet propriũ esse, quod ea revocet, si donator liberos habuerit. Vñ cũ iuramentũ appositũ donationi sequatur naturam, & proprietatem eiusdem, satis constat non deficere propter iuramenti adiectionem hanc donationis proprietatẽ & naturam primęuam. Quam opinionẽ sequuntur plures, quos refert Andr. Tiraq. in d. l. si vnquam in princ. nu. 168. ex quibus apparet eam communem esse.

Quarto ex his poterit perpendi veritas eius resolutionis, quã in rub. de test. 1. par. nu. 10. explicuimus circa cuarũ quæstionũ dubitationẽ. Quarũ prima est de donatione iurata int. vir. & vxorem ea habeat conditionem iustam, quod ꝓmoriatur donatario donator? Altera quidem est de donatione causa mortis & iurata, an possit ad mortẽ vsq. revocari? Nã harum cõtroversiarum definitio ex eo pendet, an iuramentum tollat harũ donationum propriam naturam, quod inibi late tractauimus".

Quinto ab eadem radice procedit od Bal. scribit in c. ex rescriptio. de iurein. existimans, fideiussorẽ rẽ cũ tuto 4 promittentem se soluturum creditori quicquid a debitore principali is adsequi non possit, teneri oĩno ad solutionem debitæ pęcuniæ etiam nulla facta excussione. Etenim si vires iuramenti recte perpendamus, manifeste apparebit falsam esse hanc Baldi sententiam, beneficium siquidem excussionis hac in specie, non tm ex cõventione hominis, sed ex propria natura, & primæua ꝯctus deducitur, ac oritur. l. decẽ. ff. de verb. obl. l. 1. C. de conven. fisci debit. l. vlt. in prin. ff. si cert. pet. quo in loco Ale. Ias. & Dec. Baldi opinionem falsam esse asseuerant, ea ratione q̃ iusm fortiatur plane qualitates, & conditiones eius actus, cui accedit. d. l. vl. C. de non nu. pecun. c. ex par. de cleric. non resid. Imo, & fortiori casu dicẽdũ erit, quemcunq; fideiussorem habuerunt esse beneficium excus onis, & auth. ꝓtt. C. de fideiussor. etiam si contractum fideiussionis iuraverit, cũ hoc beneficiũ cuilibet fideiussori ex natura contractus cõpetat. quod elegãter Bal. ibi contrarius docet in c. cum contingat. de iureiu. 7. conclusione, dicens, ex institumento ꝓ iuramentum oriri obligationem fideiussoriã cum omnib. qualitatib. & beneficiis, quæ habent aliæ obligationes fideiussoriæ. Vnde palam voluit Bal. beneficium excussionis minime tolli per iuramentum, quam sententiam iterum secuti sunt Barb. in cons. 42. l. b. 2. nu. 10. And. Alc. in d. cum contingat nu. 174. Tiraq. in d. l. si vnquã in princ. nu. 174. tametsi Bal. in d. c. ex rescripto. sequantur Alex. in cons. 29. li. 7. col. vlt. & Hippo. in rub. ff. de fideiussoribus. nu. 9. tenentes, beneficiũ excussionis excludi per iuramentum ipsius fideiussoris contractum iurantis, ex ratione tex. in c. ex rescripto. cui respondeti poterit in eo tex. quod dicitur iuramentum seruandum fore, intelligendum esse seruato ordine compulsionis, vt prius 6 fiat excussio, si principalis debitoris. & demum fideiussores compellantur soluere, q̃emadmodum eam decisionem intellexerit. Barb. in d. cons. 42. col. pen. lib. 2.

Sexto hinc deducitur, an uerũ sit, quod idem Bal. docet in cap. quereland. de iureiura. asseverans, tem phyteuta, qui pensionẽ constitutam in contractu pro re data in emphyteusim soluere iurauerit præcise teneri ad solutionẽ, ita quidẽ, vt emphyteusim amittat si non soluerit pensionẽ, & biennio nondũ elapso. quod probatur arg. tex. in l. si quis maior. C. de transact. quo sancitum exrat, eum qui contractum, seu conventionẽ seruare iurauerit cõmodo eiusdẽ contractus caritурum, si iurm non seruauerit, quamobrem Bal. sequuntur Ale. cons. 85. lib. 1. idẽ Ale. & iuniores in d. l. si quis maior. Catell. Cott. in memoriabil. dictione, emphyteuta. Franc. a Ripa in c. 2. de rescriptis. col. 5. Hippo. ling. 226. & est cõs opinio, sicuti eam secutus adserit Ludo. Goza. in cons. 57. col. 3. & pen. eamq; vt cõem seruari in prætorio Rotæ testatur. Guliel. Cassad. decisione. 2. tit. de iure q̃ quo in loco scribit, cõ sententia receptum esse, q̃ d. l. si quis maior. locũ habeat in quocunq; cõtractu. Cõtraria tñ ia vertor ꝓfecto vi ꝓpriã, ac proprietatem huius ꝓtractus emphyteutici, cuius propriũ est, nõ amitti emphyteusim ob nõ solutã pensionẽ intra biennĩ, c. potuit. de locat. l. vlt. C. de iure emphy. Hæc vero proprietas non tollit per iusm, quia ex huius ꝯctus specie descendit, vt in simili dicebat Bald. in l. 1. C. de cõmodat. Sic fane hãc Baldi opinionẽ improbat Lugdunensis in d. Ale. cons. 85. in 1. additione, & Curt. Iun. in d. l. si qs maior. nu. 30. Nec oberit eadẽ rõlio d. l. si quis maior. quia etiam si in oĩb. & quibuscunq; contractib. locum haberet, esset tñ intelligenda eo quidem sensu, vt iuramẽtum acciperet omnes conditiones, quas contractus, cui accedit, iure ipso ab exordio recepit, sicuti superius iam satis dictũ est. Præsertim eiusdem constitutionis decisio cessat. parum q̃ nobis nocet, si teneamus eandem responsionem solum procedere in contractu transactionis, non in aliis, quali ea responsio speciale quid contineat in transactionis contractu secundum Rimin. Parpaliam & Alcia. ibi Corn. cons. 146. lib. 3. Lugdunensis in d. cons. Ale. 85. qua ratione mihi displicet quod Matth. Matthæs. adnotauit in notab. 50. scribens venditorem ab actione euictionis liberum omnino esse, si emptor minime soluerit intra diem constitutum pretium, quod promisit & iurauit soluere, licet post diem nihilominus id soluerit. Etenim falsam esse censeo hanc sententiam, tametsi ea procedat a cõi. Doct. opinione, quæ asserit, d. l. si qs maior. obtinere in oĩb cõtractib. & conventionib. iuratis. Fit igit ex his, non esse veram Baldi assertionẽ in d. c. quereli. imo, ni fallor, ex ultimo ex mente illius capitis deduci posse contrarium, siquidem post biennium a cessatione solutionis pẽsionis agit ibi ad ꝓuationẽ rei, cuius ratione soluere pensionẽ iurauit condemnatus. Etenim q̃ emphyteuta non possit ob cessationẽ pensionis soluẽdę priuari emphyteusi intra biennĩ, proprium est eiusdẽ contractus, ab eius exordio, & natura, non ex accidẽti.

Septimo ex prænotatis infertur intellectus ad tex. in c. vl. de emptio. & vend. atq; ad omnia iura, quib. statuũ est venditorem teneri de euictione, si requisitus admonitusq; non defenderit emptorem conventum rei vendicatiõe ad rei uẽditæ restitutionẽ. Etenim quibusdã placet rõne iusti omnino teneri venditorẽ etiã non admonitũ defendere emptorem, si sciverit, ei litem motam fuisse. quod Imol. voluit in l. quod te mihi. ff. si cert. pet. cuius opinionem ipse examinaui lib. 3. Variar. resol. c. 17. nu. 5.

Octavo illud hac ex cã examen incidit, an qui promisit cum iuso aliquid facere teneatur, & cogendus sit precise facere an satis ei sit, si velit soluere id, quod alterius hac de re interfit? Nam iure ciuili is qui tenet facere non cogitur præcise ad factum, sed liberatur si velit ꝓstare interesse. l. stipulationes non dubitatur. ff. de verbo. obligat. l. si quis ab alio. ff. de re iudicat. Ac si promissio fuerit

fuerit iurata, tenebitur promittens, & præcise erit cogẽdus facere gl. celebris in l. si pecuniam. in prin. ff. de condict. caus. dat. quam dicit sing. Imol. in c. 1. col. pe. de iudic. Ias. in §. actionum. col. 8. de actio. idẽ Ias. dicens hãc esse cõem opinionem, in d. l. si pecuniam. idem. Ias. & Doct. in d. l. stipulationes non diuiduntur. gl. similis in c. ex literis in 2. de ꝺponsalib. quã præp. ibi ad hoc notat. tex. opt. in c. querelã. vbi Anto. ne præla. vices suas. Are. in c. 1. de iudic. col. pe. eandem opinionem latè defendit Fortu. in c. 1. nu. 17. de pact. Aduersus tñ hanc cõem opinionem tenere Corn. in cons. 246. lib. 3. tenent Ana. in d. c. querelã. & Matth. Affl. decisione Neapolita. 395. sentit Dec. in d. c. 1. de iud. nu. 23. ea rõne q̃ iurans aliquid facere, vt iusm fecisse iuxta qualitates huic obligationi, & promissioni iure accessorias, cum ea. s. facultate q̃ libere tur præstando interesse, si nolit agere, nec consensit præcise promissioni, denique ex eo q̃ iusm naturã actus, cui accedit fortitur. Huic vero rationi, si res ista exacte perpendatur, facillime respondetur. Nam promissio faciendi ex propria natura habet consensum, & necessitatem præcisè faciendi, hoc etenim ꝟm propriã verborũ significationem hæc promissio inducit ex accidenti tñ, hoc est, ex mora, quia promittens facere non vult, ad interesse tenetur, vnde cũ ex obligatiõe ad interesse in promissionib. facti sit ex accidenti ꝓp morã, minime erit iuramentum ꝟm eam intelligendum, sed ꝟm primæuam obligationis naturã, quẽadmodum Are. respondet in d. c. 1. de iudic. colum. pen. possumus aliter huic obiectioni satisfacere, si præmittamus, ob religionis causam iuramenta intelligenda fore potius iuxta iura Pontificia, quam secularia, quemadmodũ superius probatum est, atque ideo verum erit, quoties hac in parte ius Cæsareũ iuri Pontificio contrarium fuerit, standum esse iuri põtificio, & tñ iure Canonico absq; iusto, si quis facere promiserit, precise facere cogitur arg. tex. in c. 1. & c. qualiter. de pactis. idque expressim notant Abb. in c. per tuas col. 4. de arbitr. & in c. veniens. de iureiur. Roman. in d. l. stipulationes non diuiduntur, & ibi Iason numero 34. Anton. Burgens. in rubrica. de emptioni & vendition. columna secunda, & Fortun. in capitulo 1. de pactis. nu. 16. Igitur licet iure ciuili nemo sit cogendus præcise ad factum, sed liberetur præstando ꝺinteresse, attamen quia iure Pontificio, secundum quod iurati contractus sunt interpretandi promissor facti præcisè agere compellitur, consequens est ratione iuramenti etiam a iudice ꝫ culari promissorem cogendũ fore præcisè facere, cum hæc promissio potius sit intelligenda iuxta naturam actus iure Pontificio, quam Cæsareo cõuenientem in ea specie, quæ varie ab vtroque iure intelligitur.

Hæc vero communis sententia, quæ dictat cogendũ esse præcise agere eum, qui facere cum iuramento promiserit, procedit, mõ qui iurauit possit facere, quod iuratus promisit, sitque illi possibile hoc factum, vt late notat Raymon Saulli cons. 12. plurib. hanc opinionem comprobans.

Atque hæc notanda sunt, licet Io. And. ĩ d. c. quasr. & Fel. in d. c. 1. de pactis. nu. 9. tenuerint, etiam iure Canonico promissorem facti omnino liberari, si velit præstare id quod interest, nec cogendum esse præcise facere, per tex. in c. dilecti. de arbitris. cui respondetur, ibidem iõ non cogi quẽ præcise ad factum, sed liberari præstatiõe pęnæ, quia alternatiue censetur obligatus ad factum, vel ad pœnam, qui facere sub pœna promisit.

Nono eadẽ fere ratione controuertitur ĩterpretatio 7 tex. in l. si conuenerit. ff. de iurisd. omn. iud. vbi iurisconsultus respondit, pactũ prorogatæ iurisdictionis tolli p pœnitentiam prorogantis ante litem contestatam. Nã si pactũ illud fuerit iuramento firmatum, qu bal. dus 8 placet non esse locum pœnitentiæ, quod notant ex religione iuramenti Imolen. & Aret. in c. 1. de iud. Ang. Fagosi. Paulus de Castr. Ale. & Ias. in d. l. si conuenerit. col. 2. quorum opinio communis est, vt fatentur Dec. in d. c. 1. nu. 23. & ibi Alcia. nu. 45. in repet. qui eandem opinionem sequitur, & probatur ilta pars per rationes præcedẽtis conclusionis, & deinde, quia huius promissionis & prorogationis propria natura est q̃ omnino seruet, tametsi ex accidenti, ne quis cogatur coram iudice non suo litigare admittatur pœnitentia. Et quia Anto. Abb. & Dec. in d. c. 1. numer. 23. contrariam sententiam veriorem esse existimant, tenentes, pactum prorogatæ iurisdictionis, etiam iurarum, ante litem contestatam ꝑ pœnitentiam prorogantis tolli, existimo cõem opinionem veriorem esse duab. quidem rationib. quæ licet alioqui dubiæ sint, vt quidam arbitrantur, attamẽ pluri mum earum authoritas persuadebit, ob religionẽ iuramenti non esse admittendam pœnitentiã. Primum, quia adhuc iure ciuili pœnitentia prorogationis minime tollit prorogationis pactum, etiam ante litis contestationem contingens. Nam dicta lex si conuenerit. intelligenda est de voluntate vtriusque pacisc entis mutat, siquidem vtero; initio iudice, de cuius honore agitur, mutare poterit volũtatẽ, nec iurisc õsultus inibi loquitur de mutatione voluntatis vnius tñ, sed inquit, si mutata fuerit voluntas, vnde absolute de vtriusq; voluntate mutata vera est interpretatio, quod eleganter ĩ d. l. si conuenerit. notauit Alberic. & post eum Dec. in d. c. 1. de iudic. nu. 19. And. Alc. ibi nu. 32. idem Alcia. lib. 2. Paradox. c. 17. & Coras. libr. 4. Miscell. capit. 5. atque hæc ipsa opinio maxime probabilis est, ne dicamus, ita facile iudiciũ, & pactorum authoritatem eludi, si permiserimus, pœnitentia vnius tantum pactum prorogandæ iurisdictionis, aut non declinandi iudicis alieni iurisdictionem tolli. Nec in praxi admittenda foret responsio iurisconsulti, si quis posit pactum prorogandæ iurisdictionis alcuius iudicis, quæ prorogari potuisset, etiam ante litem contestatã pœniteret. Secundo illud ad hãc probationem adducitur, quod quidam asseuerant teneri tes iure Pontificio in specie dictæ l. si conuenerit. etiam si ea secundum communem intellectum accipiatur, nõ esse locum pœnitentiæ, atque ideo inter ius canonicum, & ciuile distinguendũ esse opinantur Alex. in d. l. si conuenerit. 3. Fall. Bal. in l. si quis in conscribendo. C. de epi scop. & clericis. Dec. in d. c. 1. de iudic. nu. 8. ea quidem ratione, quia secundum communem sententiam Albe. Bar. & aliorum in d. l. si conuenerit, Abb. in d. cap. 1. vbi Dec. nu. 20. scribit eam communem esse, dicta iurisconsulti responsio procedit in pacto nudo, quod iure ciuili actionem non producit, quasi secus sit in stipulatione. Et licet Ias. in d. l. si conuenerit nu. 28. post Petrum, & Cynũ in l. si qui ex consensu. ĩ q. C. de epis. & cler. Ioan. And. in speculo, tit. de iud. comp. adit. §. 1. & Ale. in rep. c. 1. de iud. nu. 33. teneant aduersus communẽ, iurisconsulti responsum in d. l. si conuenerit, etiam procedere si prorogatio fiat per stipulationem, qđ mihi uerius appareat. quicquid enim sit de illius responsi principali intellectu, ipse opinor, nihil referre, fiat ea prorogatio ꝑ pactũ nudũ, an per stipulationẽ, nihilominus apparet ex his q̃ uarie d. rãsam eius interpretes acceperint, vt tandem ratione iuramenti iuste posimus pœnitentiã minime admittere, cum iuramentum sit secundum iura Põtificia interpretãdũ, iure aũt Põtificio, imo & Cæsareo dubiũ sit, an possit pactio illa prorogandi iurisdictionẽ ante litem contestatam ꝑnia tantum prorogãtis tolli.

Decimo hic satis poterit disputari ꝓpria, & vera examinatio tex. in c. ad nostram de iureiu. cuius decisio ele gans est, & egregie probat eum, qui datis creditori pignoribus iurauerit, quantitatẽ mutuo datã se soluturũ, teneri præcisè ad eius solutionẽ, nec posse obijce. e fru-

ctuũ ex pignorib. perceptorum cõputationẽ in principalẽ fortẽ. Etenim ea constitutio vt iusm interpretari ꝑ naturã propriã ꝑ. tus mutui & pignoratitij. Est namque proprius ꝑ tractus mutui datis pignorib. q̃ fructus percepti ex eisdem in sortem principalẽ imputentur, vt q̃ ipsam extenuent. l. 1. C. de pignor. actio. l. 21. tit. 13. par. 5. c. 1. 2. & c. conquestus de vsur. c. cũ ꝑ. de pignorib. Alio qui esset ꝑctus vsurarius adeo quidem, q̃ si debitor in ꝑ ctu mutui, datis pignorib. donationem fecerit creditori fructuũ, quos ex pignore percipiet, ẽt ob merita ꝑsumetur oĩno ꝑctus vsurarius, quod notat Domin. in cõs. 112. imo si creditor ex pignore fructus perceperit excedentes ipsam sortem, tenebitur debitori simul cum pignore restituere quod ex fructib. vltra sortem habuit. ꝟm Bal. in d. l. 1. C. de pignor. actio. notatur in d. c. cum ꝑ & per Ana. in d. c. 1. de vsur. Nec tm̃ fructus percepti sortem extenuant, sed & percipiendi. i. qui per creditorem potuissent percipi. gl. in d. c. cũ ꝑtra. & in d. l. 1. tex opt. in d. l. 2. de pig. act. & in l. 2. C. de partu pig. notant Ale. in l. apud Iulianum. §. 1. ff. de leg. 1. Ana. in d. c. 1. de vsur. Sed quia Host. in Sum. tit. de pig. §. qñ efficaciter. versi. sed nũquid. Pau. de Cast. in d. l. 1. C. de pig. act. & Raué. in d. c. 1. contrariũ tenere videntur existimantes, creditorẽ solũ de fructib. perceptis, non de percipiẽdis teneri, oportet distinguere ꝟm Abb. in d. c. 1. & in d. c. cum ꝑtra. Nã si cõtract⁹ mutui, & pignoris, tactus est, gratia vtriusque vt in dubio ꝑsumendũ est, tunc tenetur creditor ad fructus, quos potuisset ipse percipere, non tm̃ ad perceptos. Quos autẽ cõuenit hic contractus fiat gratia vtriusque, probatur in §. vl. quib. mo. re contra. obl. g. quo qui dẽ casu tenetur quis de dolo, lata, & leui culpa. Sed si fiat cõtractus pignoris gratia debitoris tm̃, q̃ creditor nolebat pignus, nec id petebat, tenebitur quidẽ de peceptis tm̃, aut de his, quos omisit percipere dolo, aut lata culpa iuxta distinctionem tex. in reg. contractus. ff. de reg. iur. q̃ si domus data fuerit in pignus, & actũ sit, vt eam creditor habitare tenebitur creditor ad pẽsionẽ, quã ipse solitus erat soluere, nõ ad eã, quã pro conductione dom⁹ ab alio percipere potuisset. l. ñ ea. in 1. C. de usur. Paul. Castr. in l. 1. C. de pig. actio. fructus vero in sortẽ cõputã di plane sunt ab ipso creditore ex pignore percepti, vt mõ diximus, & ꝑterea a debitore creditori ꝑstitæ opere q̃ cõiter ẽstimationẽ pecuniariã patiantur. l. vlt. C. de capti. & postl. revert. l. 11. tit. 29. par. 2. tex. in d. c. 1. de vsur. & in d. l. 2. C. de pig. sẽt. notat Ias. in §. in bonæ fidei. nu. 65. Inst. de actiõib. q̃d ti ita ꝑprio huius cõtract⁹ est, fructus in sortẽ cõputari, mirũ profectõ vẽ, quod in d. c. nostrã, rõsum est. Et tm̃ ex ea decisione frequenter adnotat q̃ si quis iurauerit centũ Titio soluere, non poterit cõpensationẽ obijcere, ẽt eius quantitatis, q̃ certa ac liquida sit, quasi iusm sit in specifica forma obseruandũ. c. debitores. de iureiu. cõpensatio aũt non est, vera, sed ficta solutio. l. si cũ filio. ff. de cõpensat. idẽ probat tex. in l. 3. ff. eo. Ió, inquit Iurisconsultus, cõpensatio necessaria est, quia interest nostra potius non soluere quam solutũ repetere. Igitur qui cõpensat, minime soluit saltem iure. facit ad hoc tex. op. in l. Iulianus. ff. de cõd. & demõstrat. ibi, quasi dedem. Ex qb. hũc effectũ tribuẽdũ esse iuris cẽsent Inn. Host. Io. Andr. Collectan. Ant. & in spẽ Imol. id. c. ad nostrã. Matthæ. notab. 54. Aret. cons. 100. lõgitudo. col. 2. Ias. in §. in bonæ fidei. nu. 27. de actio. Corse. in repet. rub. de iureiu. princip. 5. quorũ opinio cõis est, vt eam secuti fatentur Fel. in d. c. ad nostrã. col. vl. Ias. in d. §. in bonæ fidei col. pen. & idem in l. eũ qui. ff. de iureiu. ro. ff. de iureiu. col. 2. Ludo. Goza. cons. 69. col. 1. And. Tiraq. li. 1. de retract. §. 3. gl. 1. nu. 6. vbi plures ad hoc authores allegat. Soc. itẽ in l. Iulianus ff. de cond. & demõ. fatetur hanc ſiam cõem esse. Huic opinioni adhuc suffragatur quod iuris est apertissimi, nempe compensationẽ opponi non posse aduersum eum, qui depositũ repetit. l. pe. C. deposit. l. vlt. C. de cõpensat. c. vlt. §. sane. depositi Regia lex 5. tit. 3. & l. 27. tit. 14. par. 5. ob maximã fidẽ, quã depositarius tenetur deponenti seruare, eo q̃ plurimum ei crediderit. gl. in l. hoc negotiũ. ff. de cõpens. Ang. & Ias. nu. 10. in d. §. in bonæ fidei igit & rõne iuris mirum nõ est, idẽ statuꝰ ꝓpter eius maximã religionem.

Cæterum contraria sola placuit Bar. in l. amplius. ff. rem rat. hab. vbi tradit, eum, qui iurauit soluere, nõ esse periturum, si compensationẽ obijciat, quod & idẽ voluere Ang. & Coma. ibi Io. Faber in d. §. in bonæ fidei. col. 4. & Platea ibi col. 1. Bal. i d. c. ad nostrã. & ibi Panor. col. 4. idem Panor. in c. cum dilectus. col. 8. de ord. cogn. idẽ cum inter. de excep. nu. 22. Ale. cons. 112. col. vlt. lib. 2. Imol. sibi contrarius in d. l. Iulianus. ff. de cond. & demõ. & Lugdunensis in tract. de cõtractib. q. 44. quid testat, hanc opinionem esse cõem apud Legistas. licet fateatur priorem a Canonistis magis receptã esse, quemadmodum paulo ante tradidimus.

His' authoribus adstipulanẽ plura. primũ tex. celebris i l. 4. ff. soluisse. ff. de re iudic. Soluisse, inqt Iurisconsultus, accipere debemus non tm̃ eum, qui soluit, verum omnẽ omnino, qui ea obligatione liberatus est, quo in loco di ctat text. cũ oĩno soluere, q̃ liberatus sit ea obligatione, isque vere, ac ideo iure, iuxta glos. de dictione omnino in l. 1. §. si pecuniam. ff. deposit. glos. inl. obligationẽ. C. de soluti. notat. Barthol. in l. 1. ff. iudica. solui. Sed qui compensat, liberatur. l. si ambo. ff. de compensat. ergo is omnino, ipso iure, & vere soluisse intelligit. Maxime quia ipso iure compensatio fit quantitatis cum quã titate etiam ad liberandum pignus. l. si constat. & ibi gl. C. de cõpensat. Secundo illud potissime adduci poterit, quod ex cod. §. soluisse, aliter deducitur, nempe quo ad rei iudicatæ executionem eius causa faciendam sufficere compensationem, quod late notat & tradit Fel. in c. suborta. de re iud. col. 2. Tertio idem comprobatur authoritate tex. in l. si debitor. ff. qui potio. in pig. hab. Nihil n. inquit, interest compensare, an soluere. Deinde & quarto eadem opinio potissime instruitur ex eo, q̃ debitor facto creditoris, qui quod debet, non soluit, impeditur, imo iam impeditus fuisse vr quominus sua die soluat, & sic inutilis est actio ei per quẽ stat. l. potior in fi. ff. qui pot. in pign. habe. Quinto idem constat ex l. dedisse. ff. de verb. sig & in l. vel permutauit. ff. de lib. caus. vbi dedisse intelligendus est, qui cõpensauit. Sexto huic opinioni plurimum accedit q̃ licet iusm sit stricte, & ī specifica forma seruandum, nihilominus iusm de soluẽ do satis seruatur per cõpensationem, quia conditiones sunt adimplendę in forma specifica nec per equipollẽs satis est eas seruari. l. Mæuius. & l. qui hæred. ff. de cond. & demonst. & tm̃ conditio soluendi impletur per compensationẽ. l. si peculium. §. de illo. ff. de statul. b. veri q̃ si hęred. & in d. l. Iulianus, ff. de cond. & demo. Nã & ti Iurisconsultus ibidem in rõsũ l. Iulianus. de acceptilatione loquitur, idem est dicendum, cum acceptilatio minus sit quam solutio. l. si acceptolatum. §. 1. & ibi Bar. ff. de accepti. Ale. in l. si marito. §. 1. ff. sol. matr. quib. rõnib. satis defensa, & probata vr opinio Barth. in d. l. amplius aduersus ea. q̃ notantur in d. c. ad nostrã. quamobrem iple existimo regulariter Bar. ſiam veriorẽ esse, & ꝑterea posse iure defendi, q̃ debitor iurãs soluere creditori certam quantitatem sibi mutuo datã, sub pignoribus optime posit absque ulla periurij labe opponere cõpensationẽ fructuum, quos ex pignoribus perceperit.

Ea vero, quæ priorem opinionẽ probare videbantur possunt absq; difficultate tolli, nam licet cõpẽsatio ficta solutio sit, non tm̃ sequitur, eam fictam solutionem non sufficere ad satisfaciẽdum iuraq̃ ꝑmissioni de soluendo cum hæc ficta solutio, q̃ per compensationem fit, a reali satisfactiõe æris alieni ꝓcedat. habuit. n. creditor quãtitatẽ, q̃ debitæ pecuniæ æquivalens est, atq; ió ẽt si iusm sit in specifica forma seruandũ satis per cõpensationẽ, q̃ realis est q̃dã satisfactio seruatur, ꝑsertim quia quod in specifica forma impleri debet, satis impletur per formã iuxta mentem disponentis omnino æquivalentẽ, quod probatur in d. l. Iulianus. §. in d. l. si peculium. §. de illo. vbi constat, cõpensationẽ simillimã esse quo ad oẽs esse ctus iuris, & facti, verę solutioni. Necaliunde a vera solutione differt, quam q̃ tempore compensationis vera numeratio nõ fiat. q̃ tamen prius in effectu facta fuerat.

Item non obstat argumentum a deposito facta, quia ob ſpãlem fidẽ, quã seruare tenentur depositarij illud inductũ est a lege ex mente ꝑsentiũ. Et q̃ depositũ nõ fit ea intẽtione, vt in eis, ac dominiũ depositarij transmittatur res deposita. Non tic in iusto simꝑ ꝑstito, qđ est intelligendum ꝟm ea, quæ actui iurato conueniunt, aut iure conuenire possunt, sicuti superius dictum est.

Superest rũdere Decretali, ad nostram, q̃ vr hac in cõtroversia negotium nobis facessere. Varie siquidẽ ea cõstitutio intelligitur cuius, examinationi ꝑmittendũ est, cõpensationẽ fructuum ex pignoribus perceptorum ipso iure fieri cum ipsa sorte principali, quoties fructus ipsi ꝓ sunt a creditore cõsumpti, vel redacti i id, quod recipit functionẽ cũ ipso debito, vt adnotarunt Card. Ana. & Doct. in d. c. 1. de vsur. Bar. Ale. & Ias. in l. ti diuortio. §. ob donationes. ff. sol. matr. vñ ita est intelligenda gl. in d. c. 1. q̃ de hac compensatione, q̃ ipso iure fit, tractat. Quibus tanc ꝑmissis quidam opinantur in d. c. ad nostrã nõ admitti cõpensationẽ, nec cõputationẽ fructuum ex eo q̃ debitor iuratus creditor promiserit datis pignoribus. 10 q̃ donec solueret debitam quantitatẽ nullũ grauamen super eisdem ei inferret, quasi intellexerit nõ tm̃ de grauamine facti, & sic iniusto, sed & de grauamine iuris. argu. gl. in l. Lucius. §. tres hæredes. ff. ad Treb. gl. & Doct. in l. ciam. in prin. ff. de aequ. poss. molest a etenim infert, cũ quis iudicialiter vexatur. Auth. de fideiuss. §. i in ver. ho molestus. l. t. & ibi Bal. C. de nundinis. tradit Pau. Castr. consi. 104. col. 2. li. 1. hic tm̃ intellectus, etiã si probet Panor. in d. c. ad nostram mihi non placet. Nã quoties quis promittit alteri adhuc iuſo ꝑstito, nullũ alteri grauamen inferre, plane ea promissio intelligitur de gramine iniquo, & iniusto, non aũt de ea molestia, q̃ iure ꝓmittente licita est, nec. n. de hac ꝓmissor sensit, quippe q̃ noluerit ex ea ꝓmissione renũciare his, q̃ sibi iure licet & ꝓcedunt. l. Aurel. §. Caius. ff. de liber. leg. Bal. li. 1. col. 5. C. de his, q̃ pœnæ nom. gl. li. ti seruũ. §. ꝓtor. ff. de acq. hæd. Bal. li. 1. C. de vsufr. gl. i c. ꝓ illorũ. de ꝓb. Imol. li. Paterfamilias. ff. de hæd. inf. Ant. Corset. i sing. i verb. molestia. Abb. in c. audita de relt. ſpolia. Fel. & Dec. in c. in præsentia. col. 1. de probatio. Fel. in c. caulam quæ. col. 11. versi. non obstante de reſcr. ex quib. patet, promittentem alteri nullum ei grauamen inferre, nec molestiam facere posse, nisi aliud ex mente contrahentium deducatur iure aduersus eundem experiri. Secundo solet responderi ad tex. in d. c. ad nostram ideo in ea specie non fuisse admissam compensationem, quia debitor ipsos fructus ipsi vt species consideretur, non est locus compensationi de specie ad quantitatem, c. vl. de depoſit. l. vl. C. de cõpensat. l. si conuenerit in. 2. ff. de pig. actio. l. li non forte. §. si certum. ff. de cond. indeb. l. li ex pecunia. C. de rei vendica. quam interpretationem ad id. tex. adnotarunt Imol. ibi, & Soc. in reg. verb. accipere vltra fortem. col. 5. sed nec hic intellect. placet. Nam fructus, qui consumptione fiunt accipientis, & consumentis, nec seruando seruari possunt, non solent in pignus dari de natura siquidem pignoris est, quod non tranſeat in dominium creditoris. l. 1. §. per traditum corporaliter. ff. de acq. poss. Et ꝓterea si fructus non consumpti, nec redacti

2 Imo si rem istã penitus inspexerimus, manifestũ erit iusiurandum nonnunquã officium esse non mõ licitũ & honestum, verum & religiosum, ac laude dignum. Nam, & si quod scriptum est Deuteronom. ca. 6. per nomen Dei iurabis, ad permissionem quandam tacitam habentem prohibitionẽ iurandi per falsos deos potius, quã ad præceptionem referendum sit, attamen sæpenumero vsu veniet iusiurandum præceptum esse, nempe dum potestas publica exigere a ciue põt iurm ad detegenda, coercẽdaq; mala, q vergunt in Reipublicæ dispẽdium. imo qãque tenetur, quis non requisitus iusiurandum offerre ad confirmationẽ testimonij, quod dicere tenetur ad liberandum innocentem a damno, aut pro alio magno Reipublicę commodo, sicuti colligit ex traditis in c. intimauit. de testib. & per Thomã. 2. 2. q. 70. ar. 1. Atq; sm hanc interpretationẽ illud Psalmistæ obtinet, Laudabuntur oës, qui iurant in eo, s. in Deo. Hoc ipsum probat ex proprijs iusi causis, quæ duæ sunt, altera de rõne finis, cum iurm sit omnis controuersiæ finis ad confirmationẽ, teste Paulo ad Hebræ. c. 6. idem tradit Iurisconsultus in l. 1. ff. de iureiur. maximum, inquit, remedium expediendarum litium inuisum venit iusiurãdi religio. Altera vero cã, q iurm honestum, ac laude dignũ, reddit, est honor, qui Deo a iurãte defertur, dum illum cõfitetur esse fontem primum veritatis. Nam sicuti reliquas humanarũ scientiarũ veritates per sua prima principia philosophi demonstrãt, siquidem authore Aristotele. 1. Physi. tunc arbitramur scire vnamquamq; rem, dũ principia prima cognoscimus vsq; ad elementa, ita dubia oĩa rerũ contingentiũ, q aliter constare non possunt, per diuinũ testimoniũ, quasi per primã, maximũque veritatis principiũ merito confirmamus. Hinc deniq; sit, iurandi virtutẽ, vbi ea legitima sit, ad religionẽ pertinere, cũ ad cultũ Dei pertineat, quẽ iurantes confitentur infallibilẽ omniũ veritatẽ, & sciam habere, cui oĩa etiam cordiũ abditissima sunt in conspectu. c. nouit. de iudic. sic in d. l. 1. ff. de iureiur. & in l. 2. C. eo. tit. iurandi officium religio nuncupatur, q quidem ad sm pceptum prioris tabulæ referenda est. Etenim dum in eo cauetur vsurpatio diuini nominis in vanum, significat diuinã venerationẽ esse & religionẽ, iurm exhibere vbi iurandi adsit necessitas. Vñ Hieremiæ. ca. 5. conqueritur Deus de filijs Israel, q eum dereliquissent, iurassentque in his, qui non erant dij. Deuteronomij c. 6. scribit Deũ tuum timebis, & illi soli seruies, ac deinde subditur, per nomen illius iurabis. Arist. 1. Metaphysicorum, c. 3. res inquit honorabilissima est iurm, cuius iõ venerationẽ nunquam antiqui tribuerunt, nisi illis, quos pro deis colebant. Sic deniq; diuus Tho. in q. 89. ar. 4. probat, iurm actum religionis esse. Hæc vero virtus non est de genere illarũ, q ex obiecto proprio, & per se sunt virtutes, q nihil aliud desiderant, vt bene fiant, quã vt nulla illis adsit, aut apponatur circunstantia prava, sed de genere earum, q non sunt omnino virtutes, nisi pp necessitatem, sicuti pœnitentia, virtus, q in statu innocentiæ minimẽ fuisset virtus, sed pp necessitatem peccati virtutis nomen habuit. etenim sicut sunt virtutes quædã ad tuẽdam bonam valetudinem animi, ita sunt, & aliæ virtutes ad eam reparandam, si quã do fuerit amissa. Sic & hominis natura integra non exigebat vindicationẽ, ac si mali sint, & puniatores, virtus necessaria est. nã nõ vindicamus nisi male facta. Et sicut vindicatio sceleris alieni supponit vitium in alio, sic vindicatio sceleris pprij supponit vitium propriũ. quam ob rẽ pœnitentia virtus dicitur, etiã si distincta sit ab alijs virtutib. quem admodum explicat Th. in 4. sent. d. 14. q. 1. art. 1. q. 3. & ibi Paludan. q. 2. col. 1. idem Tho. 3. par. q. 85. ar. 2. eruditissime Melchior Cano in relectione de pœnitentia, part. 2. Iurm igitur virtus est ad religionem pertinens, nõ equidem per seipsam, sed suppposita necessitate expetenda. Conuenit etenim inter authores catholicos, iuramentum non esse ponendum inter ea, quæ sua natura bona sunt, sed inter necessaria, sicuti explicant Augustinus de verbis Domini in monte, libro primo, & Ioan. Chrysostomus Homelia. 16. ad populum Antiochenũ. Propter multam, inquit, incredulitatem non hominem uolunt sponsorem, sed Deum. Hinc sane quod diuus Tho. scripsit. 2. 2. q. 89. ar. 2. dicens, iurm sm se esse licitum, & honestum, intelligendum est secundum individuos comites suæ honestatis, atque iõ non est iurm bonũ per se appetendum, tametsi per necessitatem sit honestũ adhibitis alijs eius comitib. sicuti hæc & alia id genus eleganter scribit Domicus a Soto in Relect. de iuramen. parte. 1. c. 1. hanc vero diui Thomę interpretationẽ idẽ Tho. tradidit ea. q. 89. ar. 5. Igitur de comitibus iuri necessario hac in parte agendum erit, ut etiã obiter interpretemur tex. in d. c. & si Christus, quo in loco Innocentius tertius asseuerat, iurm per se malum non esse. Nec enim inquit, iurm per se bonũ esse, quod si dixisset, posset id intelligi eo pacto, quo diui Thomas iam intelleximus, sed Rom. Pontifex ibi testatur, iurm non esse de his actib. qui sunt per se oĩno mali, nec possunt aliquo casu licere, ut furtum, adulterium. Sed de his actib. qui non sunt per se mali, imo possunt esse liciti iuxta quasdã circunstantias, & ornatus, mali aũt itidem ex cã. Nam iurm prohibetur sæpissime ex eo, q fiat non adhibitis eius comitib. quibus id potissimum honestatur, Primus iuramenti comes ipsum iudicium traditur, a quo ipsa iurandi necessitas est. tres etenim sunt eius comites iuxta illud Hieremiæ c. 4. Iurabis, inquit Dñs in ueritate, & iudicio. & in iustitia. quem locũ Hieronymus interpretatur ita scribens, animaduertendum q iusiurãdum hos habet tres comites, ueritatem, iudicii, atque iustitiam. Et addit, si ista defuerint, nequaquã erit iurm, sed periurium, c. 2. 22. q. 2. c. ult. 22. q. 4. gl. in d. ca. & si Christus, uerficulo, iustitia. Diuus Thomas. 2. 2. q. 89. ar. 3. horum aũt comitum quemlibet separatim tractabimus, nec temere primum esse diximus necessitatem ipsam iurandi, quia hunc potissimum existimamus iuramenti ornatum, nempe q id fiat iudicio comite, siquidẽ primus hic comes, quod ad iudicii attinet, alios complecti uidet. Ex quo deducitur, fieri non debere iuramentum nisi ex causa necessitatis, ut tandem id fiat maxima cum circunspectione in re quidem graui, & ubi iuratio necessaria est ad persuadendum id, quod iuramento asseueratur. ait. n. temerias quædam, & plane irreuerentia diuinæ maiestatis citra necessitatem pro quibuscunque rebus, etiam minimis iurare. Nã id est adsumere nomẽ Dei in uanum, cum frustra fiat iuramentum, suoque fine careat. finis autem iusiurandi est ipsa necessitas persuasionis, & fidei, ut ueritas confirmetur, ac credatur asserenti, & promittenti. Hic autem si atim deficit, si iuramẽtum fiat, ubi nulla ad est ad persuadendum iurandi necessitas. Quanta uero necessitas ad iurandum sit requirenda, maxime admonuit Isocrates apud Ioannem Stobæũ sermone 25. Sacramentũ, inquit, oblatum tibi, duabus de causis iurato, uel ut teipsum turpi suspicione liberes, uel ut amicos ex magnis periculis eripias. Pecuniarum uero gratia, & si iusiurm causam habeas, nullum Deum iurauueris. Sin minus, alijs periurus, alijs suarus uideberis. Hæc Isocrat. Sed & Pythia Lacedæmonijs unum genus iusiurandi proponens respondit, Sanctus, ac melius illis fore si absque iureiurando affirmassent, teste Plutarcho in problematis Roma. capitu. 27. qui ex Phanorino tradit, ueteres iussisse pueris Herculem iuraturis exire domum, & sub dium progredi, idque de industria, ut moram eliceret ea solennitas, & deliberandi daret spatium, ne pueri sic temere deierare insuescerent. Præterea iuramentum caret iudicio, si id frequenter fiat, cum ex frequenti iuratione magnum sit periculum, sæpeque periurium inde contingat. Legitur enim Ecclesiastici ca. 23. Iurationi non assuescat os tuum, multi enim casus in illa. Et iterum, Vir multum

iurans

iurans replebitur iniquitate,& nõ discedet a domo eius plaga.retulit tex.in d.c.& ff. C huius.est igitur iurandi consuetudo periculosa,quippe,q̃ viam periurijs sternat. Necessitas aũt iurandi tunc vere contingit, quando illa veritas,q̃ iurãdo firmanda est,nequeat alia via comprobari,eaq̃ue iuratio necessaria sit tuendæ charitati, liquidẽ Deus non est qualibet ex causa in testẽ vocandus. Quia & prudentia huius comitis ratione ad iurandum requiritur,nempe vt iuramentum fiat præuia consultatione maturoque iudicij examine. Dicitur autem iuramentũ quod hoc comite caret a diuo Hieronymo periurij in præcitatis locis,non ex eo,q̃ vere periurij crimen hinc possit omnino deduci,sed quia sit hæc incauta iuratio, quemadmodum exponit glossa ibi communiter recepta in c.tua nos.de iureiu.incauta vero iuratio quodammodo periurium dici potest,quia iurans exponit se periculo peierandi ob incautam iurationem,vt tradit Thom.2.2.q.98.art.2.& 2.qua ratione vbi de periurio quo ad eius propriam vim,& significationem tractabitur, de hoc in proprio periurio nulla erit ratio habenda. Est etenim proprie periurium,mendacium iuramento firmatum secundum Thom.in dicto art.1.q.98.

5 Secundus iuramenti comes veritas est. Nã actus morales ex hinc speciem fortiuntur,finis autem iuramenti est confirmatio dicti humani. huic vero confirmationi falsitas opponitur,quæ dubio procul finem iuramenti extinguit,atque tollit omnino,atque ideo a falsitate præcipue constat peruersitas iuramenti, deque ratione periurij falsitas est,vt docet sanctus Thomas.2.2.q.98.ar.1 quo fit,vt veritas sit necessarius comes iuramenti,q̃ quidem si deficiat,periurium propriũ efficit. quia veritas penitus requiritur in iuramento,vt id,quod affirmatur verum omnino sit,atque id,quod negatur,sit vt falsum.In promissorio autem iuro,vt id,quod promittitur,tempore,& loco impletur. absit etenim a iuramento eius substantia, si veritas deficiat, adfirmitorq̃ nomen Dei in vanum.Qua rõne veritas est medulla, & substantia honestatis iuramenti.Peccatum ergo, & mortale est omne assertorium iurũ,si veritas desit,etiam si id loco fuerit factum, imo maiorem irreuerentiam committit in Deum non loco falsum iurat,vt docet Th.d.q.98.ar.3 sic peierare grauiter punitur iure humano pter diuinã punitionẽ,qd statim a nobis latius tractabit in §. quo pœnas aduersus periuros staturas explicabimus. Nec de hoc iuramenti comite amplius hic tractare libet,quã doquidẽ res sit omnino expedita,absque veritate iurium periurium quidẽ esse grauissimumq; & mortale crimẽ.

Tertius iuramenti comes a iustitia pendet, & vere
6 requirit ad iusti honestatem q̃ sit licitum,aut decens id, quod iuratur,quemadmodum constat ex his locis, quæ paulo ante adduximus ad comites iuramenti, vnde sequuntur plura.Primum q̃ iuratio vergens in dispendiũ salutis æternæ nullo pacto seruandum est.c.non est obligatorium.de reg.iuris in 6.c.si vero.c.cum quidam.§. vlt.c.licet.de iureiurando.c.in malis.ex quibus loco, cum multis aliis eisdem,q.22.q.4.impia etenim est promissio,q̃ leditur adimpletur.Nam vsucenq; aliquid promittat,quod impleri non pot,nõ quo illicitum sit,vel decens,aut iure prohibitum,vel diuinis constitutis ꝓtrium, nulli ꝑhibetur obligatio,cum Deus non intendat aliquod ex his obliget.Quæ rõe in c.nemo.23.dist.& in c.duo mala. eadem dist.scriptum extat,minus malum esse iurium non seruare,quam implere,imo vere nulla est huiusmodi iuramenti violatio,quandoquidem ex præmissis non sit huiusmodi iuramenti violatio,vllis obligandi vim,quod & sanctus Thomas explicat.2.2.q.89.ar.7.

Secundo hinc sequitur, omne iurium promissorium, quod rem illicitam,vel indecentem,aut diuinis constitutis cõtrarium cõtineat,peccatum esse,& per,mortale,& quis nomen Dei in vanũ,si iusto id promittat, quod nõ licet,vel non debet soluere ex causis mõ expositis.dero gat etenim veneration diuinæ maiestatis,qui eã in huiusmodi promissionũ testimoniũ adducit.atque ita hæc iusta temeraria dicuntur,c.definitio.22.q.4.c. sicut nostris.de iureiu.notatur in c.Florentinum. 85.distinct.

Tertio patet ex his,hæc iuramenta temeraria tũc ad peccatum mortale pertinere,cum id,quod sub iuramento includitur,& promittitur,crimẽ est mortale secundum omnes in d.c.si vero.gl.in d.c.sicut in nostris.& in d.c.Florentinum.Nã si obseruatio huiusmodi iuramenti crimen est mortale,idem peccatum admittitur,quando iuramentum præstatur, eadem equidem rõne, qua prohibetur res,etiam interdicitur iurium promissorium eiusdem rei patrandæ.Et præter alia,q̃ ad grauitatẽ huius peccati adduci possunt,constat maximam irreuerentiam ꝑ maiestatem diuinã committi,si quis Deũ ad rei illicitæ,& sub mortalis criminis reatu ꝓlibita ꝓmissionem,testem aduocauerit. Deinde si ita iurans animum habet agendi quod iuramento promisit, plane constat, eam intentionem peccatum esse mortale, q̃ si animus desit faciendi,consequitur manifeste itidem mortalem culpam contrahi,quia nomen Dei in vanum iurans assumpsit,Deum ipsum in testẽ adhumens falsæ promissionis,quod tã in hac relectione in specie adnotauimus ideo eo peccatum hic mortale constituitur.Quarto deducitur iurameatum,& tunc temerarium esse,cũ aliqd promittitur,quod veniale pctm̃ habet.gl. in ca.si aliquid.22.q.3.Io.Andr. Dom.& Franc.in hoc eq̃uocantes. de pœn.in 6.vbi Georg.Natam notab.7. idem notat & Io.& de Selua in trac.de iureiu.3.par.4.limit. Nam cũ veniale pctm̃ opponatur seruori charitatis, consequit ex hoc,nullam posse,ét ꝓtrio iusto, constitui obligationem ad id agendũ,quod veniale habet culpã,atq; id maximam esse temeritatem iusto promittere cẽ hac culpa dignam.notant Abbas & Felin.post alios in d.c.si vero.

Hinc,& quinto constat, iuramentum promissorũ venialis actus,& culpæ,pctm̃ esse veniale.Quia, & si iurans adimpleat quod promisit,solum venialiter peccat, & qui iurat veniale opus facturum,non se illaqueat,ne iurium implere possit,nisi tm̃ sub reatu veniali,unde non peccat dum iurat,nisi venialiter,atque ita in specie notat Cai.in 2.2.q.89.ar.7.in rõione ad 2.& Syluest.in ver. iurium.4.q.1.& in verb.iurium. 2.q.7. idem ipse Caiet.in Summa,verb.periurium promissorium.tametsi Caietanus admonuerit,cauendum esse ab hac opinione.

Sexto adhuc ex præmissis patet,si ad amussim hæc materiã expendamus,non satis sufficienter esse argumentationem illã,iuramentũ quodcunque vergens in dispendium salutis æternæ seruandum non est,igitur iuramẽtum quodlibet,quod non tendat in detrimentum salutis æternæ seruãdũ erit.Hæc etenim collectio minime valet.
7 Sunt siue quædam iuramenta promissoria, q̃ ét possint seruari,quia ex eo nullum dispendiũ salutis spiritualis sequitur,attamen nulla est obligatio ex ea promissione deducta,quæ iurantem cogat ad seruandũ id qd iuramento promisit.Sunt ad hæc pulchra verba S. Thomæ in d.q.89.ar.7.ad secundum,an hunc equidẽ modũ.Si quis autem iurat,se facturum aliquod pctm̃ & peccat iurando,& peccat iuramentũ seruando. Si quis vero iurat se non facturum aliquod melius bonũ, quod tamen facere non tenetur,peccat quidẽ iurando in quã tũ ponit obicẽ spiritus sanctus,qui est bonũ propositi in spirator,non tñ peccat iuramentũ seruando, sed multo melius facit,si non seruet. Hactenus Th.idẽ adnotauit ipse Th.in 3.q.14.& Panor.in d.c.si vero.col.3.& colligitur ex Gratiani resolutione in cap.vlt.3.vbi 22.quæstione.

cium impendere tenetur sub mortalis,aut venialis culpæ reatu, iusto procul peccabit si iurũ seruet,& peccabit item iurando.Sed vbi non tenetur id officium impletum exercere,sed est opus optimũ, profecto peccauit iurãdo & venialiter,vt ex Caietano in summa,& in Cõmentatijs ad Thomã adnotauimus,non tñ peccabit seruando iurium,nec illud violabit si mutuam pecuniã alteri dederit,aut pro eo fideiusserit, quod satis constat ex Thoma,Gratiano & Abb.in pctatis locis ex quibus opinor manifestum esse Hippoly.lapsum,qui in repe. rub.ff.de fideiussorib.opinatur nu.28.post hoc iuramẽtum,cuius mõ memini mus de non fideiubendo emissum,iuranté non posse fideiubere,nec valere fideiussionem,q̃ ni fallor,falsissimum est.Sic & dum Oldra.in cons.90.sensit,iuranté in hac specie nec posse fideiubere,nec mutuare nisi existenti in extrema necessitate,timẽ labitur,quia nõ obstante iuramento poterit qui,iurauit,mutuare cuicunque,& pro quocunque fideiubere ét si non sit extrema in necessitate constitutus. Hinc ét patet,nõ recte rõné huius qõnis ꝓpendisse Catharinũ,dũ aduersus Caietanũ falsum eẽ censet, q̃ mõ diximus,in hoc iusto veniale,non mortale pctm̃ committi.

8 Hinc etiam expendendum est quod Gratianus ſ docet in d.c.vlt.22 q.4.est etiam,inquit,quod iuratur aliquando vitiosum non in natura iurĩ,sed ex causis extraneis tibus,veluti cum aliquis post votum castitatis iurat alicui,se habitutum eã in coniugem.Coniugem namque habere,in seipso malum non est,in hoc ex voto pernitiosum est,hoc aũt iurium,etiã si illicitũ, sit, non tamen seruari prohibetur.sed de violatione voti pœnitentia sibi iubet indici.Hactenus Gratianus,qui parũ sibi constans multa quidem hac in propositione & sentit, & asseuerat q̃ nullo pacto defendi tmul possunt.Idẽ author paulo ante inquit,Aliquando nanque iuramento deest iustitia,veluti cum quispiam post votũ castitatis ducit vxo ẽ iuramento firmans,vunquã se ab ea discessurum q̃ quãis illicitum sit,huius iustitia sibi probatur deesse, tamen authoritate Augini seruari præcipitur.ad quorũ verborum perfectam interpretationem ꝓmittendum est ꝑcturum c.vlt.22.q.4.deductũ esse ex Diuo Ambr. li.3.de Offici.c.10.vsque ad versiculum,illicitũ ereo iuramentũ,quo Gratianus ipse in epitomen q̃stionẽ collegit. Deinde illud est considerandum,post simplex votum castitatis si quis vxorem ducat,ét absque iuramento,matrimonium tenet,teneturque cum vxore cohabitare,ac debitum coniugale reddere,aut ante copulã, & matrimonij consumationẽ religionẽ ingredi,& profiteri.Imo plane si nondum matrimonium fuerit consummatum,tenebitur religionẽ ingredi, & profiteri ea rõne,qua tenetur votum iuxta vires proprias seruare, & effugere periculum votum violandi.si cũ vxore cohabitet. Nam licet teneatur exigẽti debitũ reddere, nõ tamẽ põt exercere absque voti iniuria,& violatione, itaq; si matrimonium nõdũ sit consummatum ad hoc q̃ mõ diximus,tenet. Et nihilominus matrimonium tenet, ac firmum est c.consuluit.& c.rursus.qui clerici.vel vouẽt tameth contrahens matrimonio post votũ castitatis mortaliter peccet,quippe qui ꝑ votum egerit,se ipsum adstringens debiti coniugalis reddition̄i. q̃ castitati aduersatur,in d.c.vlt.satis probat. Præter hęc profecto si iusti vim consideremus,nullo pacto negari põt, hoc iuramentũ de matrimonio contrahendo emissum post votum castitatis,illicitum esse,& minime obligatorium, sicuti patet rõnib.paulo ante adductis,& ipsius Gratiani testimonio,qui testatur hoc iuramentũ illicitũ esse,ac perniciosum,& voto cõtrariũ. Mirũ igit videbit qbusdã q̃ statim subdit Gratianus non esse prohibitũ q̃ iuramentũ hoc seruet. Nã si ꝓ hoc iurium,& eius obseruatio nẽ votũ violet,nõ põt id futurandũ obligare ad rẽ illicitã,& sic ad uoti violationẽ.Quamobrẽ uel Gratianus maxime errat,uel eum habere debet sensum, ut intelligamus non de iusto ducendi uxorẽ,liquidẽ hoc iuramentũ seruandum nõ est post uotũ castitatis ꝓfitũ, imo prohibet omnino seruari,quia uoto castitatis contrarium est,& tendit in violationẽ uoti, sed de iusto habendi,& tractandi,ut uxorẽ cã fœminã,quã per uerba, q̃ de præsenti dicimus,in uxorẽ acceperat ét post simplex uotum ipse,qui iurat,uel mõ tẽpore iusti accipit. Sic fane duas hac in cootrouerlia constituimus conclusiones,quarum prior dictat iusum post uotum castitatis ꝓfitum de accipienda aliqua fœmina in uxorem per uerba,q̃ de futuro dicimus,nec iusum obligare,nec seruandum fore,imo id illicitum esse,& mortale crimẽ cõmiti,si seruetur. Posterior cõcluli.exponit,iusum post uotũ castitatis ꝓfitum de habenda fœmina in uxorem matrimonio cum ea cõtracto per uerba perfectum cõtingij consensum significantia,seruandum fore quo ad debiti cõiugalis reddition̄,licet id incaute,& illicite ꝓfitum fuerit ante matrimonij cõtractum. & teneatur iurans religionem aliquã ante coniugij consummationẽ ingredi,ac profiteri. Hoc etenim est quod. Hoc etenim est quod Gratian.sensit,dum in d.c. utitur uerbis significantibus ꝑfectum matrimonii prfectum,saltem in uersũ.unde dat intelligi,quamuis an sit pfectus matrimonij ꝑfectus p illã promissionem,qua quis aliquã fœminam pollicetur se in uxorem habiturum, quibus uerbis utitur Gratianus in parte ultd.c.satis dubium sit fœm ea,q̃ notauimus in Epito.ad.4.li. Decr.1. par. c.4.§.1. nu.5.& uere in casu huius poitentoris conclutio. nihil iusum operat.nisi quo ad maiorẽ transgressionis culpã pp piurium,liquidẽ ét absq; iusto contractus coniugalis ia perfectus sit.ff.Idubiẽ inducit cohabitandi obligationem,quãus votum simplex castitatis præcesserit.

Hæc autem iusta quib.iustitia deficit, periuria appellantur in c.sicut nostris.de iureiu.in c. qui sacramento. 23.q.4.nullo etenim in futurum expectato tempore iuramenta ita, dum emittunt, piuria sunt pp iustitiæ & iudicij defectum.S̃m Th.2.2.q.98.ar.2.ad 2.Nã regitur ad honestatẽ iusti q̃ sit licitum, & honestum id qd iuratur,atque ideo qui iurat se adulterium cõmissurum, statim periurus est, licet re uera sit cõpleturus iuramẽtum non quidem ex eo,quo iusum non seruauerit, sed quia iurauit id,quod iuramentum non seruauerit, sed quia iurauit id quod fas non erat perficere, aut non tenebatur etiam post iuramentum facere. Idcirco in ipso iurandi actu periurium perpetratur, frangiturque iuramentum, cum id fiat promittendo, id quod seruandum necessario nõ est, nec ullã seruandi obligationem inducit,uel q̃ alioq; crimine,& culpa seruari nõ potest Qua rõne multis canonib.statuũ est, ꝓ his iurationibus incautionis pœnitentiã iurantib.iniungendam fore

Hinc fane deduci poterit qõ illa,an hæc iusta temeraria,q̃ qõq; periuria dicunt, sint punienda ea pœna, q̃ aduersus periuros statuta est.Nam tex.in c.sicut nostris de iureiu.& in c.grauis admodũ.de eenl.ꝓbat,ꝓ his incauti iurationib.cõgruam pœnitentiã fore indulgendã nec priuandus est quis beneficio ecclesiastico, quemadmodũ pro uero periurio priuaret.gl.in c.definitio. 22. q.4.& in c.Foré.85.d.Ex ꝑ o fit ẽ tñio tex.in c. tua nos.de iureiu.ubi si qs iusum illicitũ primo ꝓfiterit ac deinde ꝑfecerit iusum,benefic o ecclesiastico privatur.Idcirco Docto.quidã iuris canonici interpretes,de cõsilio tex.in d.c.tua nos.ita eẽ intelligẽdã,vt priuatio beneficij nõ hat in ea specie ꝓpter iusum illicitũ,sed ꝙ quo ad vulgi opinionem contrarium ꝓfitans iusum cõstituit se iurãs in periurio,quod vitare no poterat eo ipso q̃ duo aduersa,& cõtraria iuramento pollicitus fuerit. atque ita cum text.interpretantur Ioan. Andr. Abb.

Imol.& Doc.magiscommuniter in d.c.tua nos.qua in re vulgi opinio, & ſcandalum conſideraſ, cū periuriū vulgus exiſtimet neceſſario committendum fore ex ea iuratione,ſicuti peſt alios admonet Feli.in d.c.tua nos quem tex.ita intellexere eū cōmendantes Ro.ſing.510. & Ripa in c.2.de recrip.col.3.Sed licet hæc opinio communis ſit,mihi tñ nolquam placuit video etenim prius iuſum nullam habuiſſe obligandi vim,nec habere. atq; iō non poſſe vere,& proprie periurium contingere,tametſi nō fiat id,quod in eam iurationem deductū fuerat, id vero qđ poſteriori iuſo promiſſum eſt, abſque vllo periurij reatu fieri quidē potuit. Nec eſt abſolutio neceſſaria a priori iuſo, cū ex eo nullum iurationis vinculū ,neſſerit.Quamobrē aliter intelligi poterit rñſio tex.in d.c.tua nos. Nā priꝰ iuſum,cuius inibi mētio fit, de ſoluenda penſione maiori,potuit,ac poterat ab ipſo iurante abſque periculo ſpūalis ſalutis ſeruari ad eiusvtam,& iō in hoc ſenſu iuſum illud validū fuit quo ad obligationem ſaltem ante abſolutionem, quæ neceſſaria eſt,& omnino ſtanda,ex eo q̄ inique fuerit iuratio extorta de penſione ſoluenda,nō quidē inſtituta epiſcopi authoritate,nec ſolita,ſed noua.vt conſtat ex d.c.ſignificauit & ca.grauius.de cenſib.& quia ante abſolutionē iſtam in ſpecie c.tua nos.contrarium iuſum p̄ſtitit clericus,ac ſeipſum conſtituit in certo periurio, niſi abſolutio fuerit obtenta,puniſ pro periurio priuatione beneficij,quemadmodū ibidē adnotarunt Car. & Fel. col.pen.quia ſiue ſeruauerit prius,ſiue poſterius iuſum manifeſta eſt piurij culpa,ſi prius,ex eo q̄ violat poſterius,ſi poſterius,ex eo q̄ violat prius,q̄ ante abſolutionē ſeruare tenebat.atq; hęc dicta breuiter ſint de comitibus iuramenti, reliqua vero ad hāc q̄ſtionem pertinē tia non admodū recondita,nec difficilia ſunt, & q̄ dixi mus,ea tantum ratione tradidimus,vt propoſitæ materię quo ad qualemcunque cognitionē ſatisfaceremus.

EX §. SEQVENT,
SVMMARIVM.

1 *Periurij grauitas,& an ſit maius crimen homicidij*
2 *Periurium lege Pontificia,& ſeculari punitū poteſt.*
3 *Periurus qualiter ime canonico puniatur?*
4 *Periurus,an ſit infamis infamia iuris?*
5 *Falſi teſtis ratio,& criminis grauitas.*
6 *Teſtis in iudicio falſum dicens teſtimonium quo pacto ſit puniendus?*
7 *Periurus ratione iuramenti de calumnia an ſit puniendus.*
8 *Blaſphemia quid ſit,& eius grauitas.*
9 *Explicantur in ſpecie verba legiarum conſtitutionum, quæ de blaſphemis puniendis tractant.*
10 *Blaſphemi qualiter puniendi ſint, & qua pœna veteribus legibus fuerint puniti?*
11 *Iure regio qua pœna ſit aduerſus blaſphemos ſtatuta?*
12 *Blaſphemus an repellatur a teſtimonio tanquā infamis?*

§. SEPTIMVS.

Eſt omnibus ad huius materiæ cognitionem p̄notatis,de ipſius periurij pœna tractandū erit, cuius equidē grauitas multis conſtat, q̄ tamē cōſulto multa tacimus. ſatis etenim eſt,crimen illud grauiſſimum eſſe, multiſque nominibus a Republica exirpandum.

1 †Nā id eſſe grauius homicidio,Sanct. Tho.exiſtimat in quod hb.1.ar.18.rōnib.ſane vrgentiſſimis.Si quidē periurium eſt tranſgreſſio p̄cepti prioris tabulæ, & ex eo honori ac.reuerentiæ Dei optimi maximi detrahitur, ideoque iniuria Deo ſit,q̄ maior eſt oīb.alijs quib.proximus offendit.deinde vt ait Paulus,oīs cōtrouerſiæ hominis eſt iuſum,Qđ ſi ita eſt,conſequitur plane, maius eſſe crimen periurium,quā homicidium, alioqui homicidæ,nec adulterę nullaquā iuſum deferet,q̄n cōiectura eſſet,q̄ per periurū,tanquā per exilius pctm maiora cōtingerent,& celarent crimina. Quo argumento Thomas tur in d.ar.18.mihi tñ non ſatis placet.quia ex eadem collectione tm deducitur,maiori pœna homicidiū puniri,quā periurium, quod ueriſſimum eſt regulariter. Quamobrem cū tractatur in foro exteriori de puniendis criminibus,deque eis quo ad punitionem detegendis,tunc argumētatio Thomę in praxim deducit.in foro etenim interiori nulla eſt hmōdi conſideratio. Nā ſi accuſatus homicidij crimen id non cōmiſerit, nullum adeſt in iuſto periculū nec piurij timor eſt,ſi uero illud ſcelus perpetrauerit,per periurū,q̄ forſan timetur,nō effugit homicidij culpā. Idcirco argumētatio illa quo ad culpā peccati non ad modū vrget.At in foro exteriori ubi de pœna tractatur,ſolū de maiori uel minori ſupplicio eſt cōtrouerſia. Nā ſi maiori pœna puniretur per iurium quā homicidiū,optima conſtitueretur cōiectura , q̄ reus homicidij delatus,minime auderet interrogatus ſub iuſto crimen negare ob timorē maioris pœnæ ſi uero minori pœna periurium quā homicidiū punien dum foret,p̄lumeret quidem reū iuratum , vt uera de crimine homicidij reſpōderet negaturū quidē homicidium timore maioris pœnę,ſibi pp homicidiū imungē dæ.Sic ſane dū Sanct.Thomas argumentatur ex authoritate Pauli Apoſtoli tm ſequeretur ex eius conſideratione, q̄ ſi maiori pœna puniretur homicidium quā per iurium,non eſſet iuſum oīum controuerſiarum finis, ſed ſi iuſum eſt omnium cōtrouerſiarum finis, vt vere Paulus teſtatur,eſſet profectō grauior pœna pro periurio,quam pro ceteris crimnibus infligendo ex argumentatione Diui Tomæ,ne quis ob timorem maioris pœnæ pro alijs criminib,ſubeūdę,piurij cōmittere auderet. Hoc aūt adhuc nō ſufficeret,quia detecto periurio,vtrunque crimen detegitur nēpe periurij & id crimen cuius quis apud iudicē accuſatur.Igitur nō omnino conuincit argumentatio Thomę,p̄ſertim q̄ ſunt alioquor crimina euidenter maiora periurio,ut hereſis,idolatria,& tñ ubi agit de his detegendis,reus ipſe per iuramenti religionem interrogatur.Omnium equidem cōtrouerſiarum finis eſt iuramētū teſte Paulo,quia id extingitur ad ueritatē inquirendam,nec p̄ſumendum erit,q̄ reus alicuius criminis delatus uelit periurij crimen cōmittere,p̄ illudque iā commiſſis addere,atque ita paſſim uidemus reos in iudicium delatos,& de criminibus periurio maioribus interrogatos,palā fateri culpam, quia non ita audent iam perpetratis ſceleribus periurium addere,cuius quidē nulla eſt congrua ſatisfactio cauſa,quo tenentur interrogati reſpondere, niſi Reipublicę, & p̄ximo damnum illarum reſtituerint,reſtitutio aūt plerunque quo ad rēpublicam minime fieri pōt, niſi rñſio iurata,q̄ periurij induxit,retractetur. Vñ fit, ut exiſtimem alijs rōmbus grauitatē periurij probandā fore, q̄ dubio procul conſtat ex prima quā mō adduximus,rōne,& ex alijs,quarum meminit Guilelmus Peraldus in Sūma de uitijs & uirtu.2.Tomo,trac.9.2.part.c.4. quo in loco duodecim rōnes adducit,q̄ grauitatē huius criminis oſtendunt , p̄ter quas illud eſt potiſſime obſeruandū,q̄ periurij funditus euertit humana cōmercia, oīum.n.actionū humani conuictus firmiſſimū ſtabilimētum eſt dictorū,& enuuētorum fides,q̄ ſimpliciter uiolata maximum dānum infert,quanto magis idē continget,ſi iuramento ſtabilita uioletur, igitur de pœnis huius criminis acturi primum de pœna ſimplicis periurij ſecūdo de punitiōe periurii in iudicio cōtingētis circa ueritatis aſſertionē tertio.de blaſphemijs tractabim*

Primo denique loco p̄ter culpā, quā periurij quo ad criminis reatum contraxerunt,cuius ratio apud diuinum

a num tribunal examinanda eſt † puniendi ſunt a iudicibus,& legib.publicis,non tñ eccleſiaſticis, ſed & ſecularib.quod probat tex.in l.ſi quis maior. C. de tranſac. not.optime Rom.in conſ.512.cuius & nos meminim* in Epitome ad 4.Deer.lib.2.par.6.in prin.nu.20.Nam etſi Cæſarea cōſtitutio in l.2.C.de reb.cred.dixerit, iuſ iurandi contemptam religionem ſatis habere ultorē ip ſum Deū,id tñ uel obtinet, vbi nulla ex periurio ſit iniuria proximo,vt Accur.& Doc. ibi,exiſtimant, vel nō conuincit non poſſe a principe laico periuria puniri in hoc ſęculo præter diuinam Dei punitionem, quemadmodum & plura delicta in Republica puniuntur, q̄ tñ pertinent ad offenſam diuinæ maieſtatis,quod ſatis eſt manifeſtū. Aut ſane Imperator, vt rationem redderet, 4
cur periuria non puniātur grauiſſimē,pœna,inquā, corporali,præmiſit,hoc crimen maximā vltionē a Deo expectare,q̄uis ab hominib.non ita ſeuere fuerit punitū.

3 Ponitur tandem † periurium ſimplex priuato præiudicium irrogans iure Pontificio pœna depoſitionis ab ordine.tex.& ibi Doct.in c.cum non ab homine, de iudic.not.Panorm.in c.tua.de iureiur. quinimmo & per iurus bñficio eccleſiaſtico priuandus eſt per ſniam, nō tñ eſt ipſo iure priuatus.tex. optimus ubi gl. & eius interpretes ita opinantur in c.querelam. de iureiur.gl.in c.illud.de exceſſib.pręla.gl.in c.quicunque, 6.q.1.Abb. & alij in c.2.de reſcri.quo in loco Fely. Dec.& Ripa fatentur hanc opinionem communem eſſe,idem aſſeuerant,eam ſequuti Ioannes a Selua de iureiu.q.vlt. & in tract.de bñficio 3.par.q.2.Ioannes Bernar. in ſua Prac. c.86.Cæſar Lamb.de iure patr.1.par.2.lib.9.arti.13. eandem ueram eſſe cenſet Andr. Alcia.in d.c.cum non ab homine.& probatur in c.in noſtra.de proc. licet Rebuffus in tract.de pacificis poſſeſſ.nu.218: velit tenere, periurum priuatum eſſe ipſo iure beneficiis eccleſiaſticis, q̄ iam tpe periurii obtinebat , quæ quidem opinio communi omnium ſniæ refragatur. Exiſtimat tñ ipſe Rebuffus collationem beneficii factā periuro eſſe nullā ipſo iure,cuius opinionis authores ſunt Abb.& Doc.in d.c.querelam.de iureiur. Authorius in Capella Tholoſ. q.17.dec.in c.dilecti.col.2.de excep.Fely.in c.2. de reſcrip.col.3.& Nicol.Milis in verb.periurus.tex.optimꝰ in c.accedens.de accula. Fred. tñ in conſi.50.tenet p̄riā ſniam,immo q̄ hæc collatio non ſit nulla ipſo iure,ſed reſcindenda.Priori uero opinioni ſuffragatur,q̄ periurus ſit infamis,vt paulò poſt tradetur, collatio aūt bñficii facta infami,ſit nulla ipſo iure,reg.infamib. de reg. iur.in 6.Ego quidem opinor non omnino uerum eſſe, q̄ collatio beneficii facta infami ſit nulla ipſo iure, nā eam ualidam ante ſniam fore tenuerunt Fred.in d.cōſ. 50.Card.& Fely.in d.c.querelam.de iureiu.idem Fely.in d.c.2.de reſcrip.col.3.& p̄mittit Cald.conſ.20.ti. de præb.probat tex.vbi Inno.in c.inter dilectos.de excef. prælat. niſi ea collatio fiat infami notorio infamia quidem iuris , tunc etenim collatio eſt nulla ipſo iure , quemadmodum explicant Abb.nu.6.in d. c. inter dile 5
ctos.idem Abb.in c.ſuper eo.ad finem.de electio.Fely. in d.c.2.nu.4.Ioan.de Selua in trac.de beneficio.3. par. q.4.col.5.& hæc de infamia iuris, nam de infamia facti tradit Cald.in d.conſ.20.de præb. & poſt eum optimè Martin.ab Azpilcueta in c.ſi qñ.de reſcr.col.52.Idcirco caute dixit Rebuff.ubi ſupra nu.221.eius opinionē & aliorum,quos modo citauimus, procedere, quando quis eſſet per ſententiam declaratus periurus,& poſtea fieret ei collatio,tunc ſane collatio iſta nulla eſt ipſo iure,non alias. Quaſi uelit, tunc demum collationē factā periuro , & infami nullā eſſe , cum infamia notoria ſit. Atque,ut rem iſtam tandē definiamus , ego exiſtimo, collationē bñficii periuro factā nullā eſſe ipſo iure, qñ infamia hæc ex piurio notoria ſit,non alias.Itē in alio & ſecūdo caſu , nempe cum collatio beneficii periuro facta fuerit auctoritate literarū Apoſtolicarum ad beneficia harum ſiquidem literarum præcipua rō eſt , q̄ à morum honeſtate procedit,idcirco non eſt collatio beneficii ualida,imò nulla ipſo iure cenſetur,ſi fiat harū literarum authoritate ei,qui infamis ſit,ſm Calder.in d. conſ.10.& conſi.4.de accu.Fely.in d.c.2.col.3.de reſcr. & in c.inquiſitionis.de accuſa.col.2. Rebuff. in d. tract. de pacificis poſſeſſ.nu.222.his accedit , quod alienū eſt a mente Rom.ꝓnti. infames ac periuros ſub literis ad beneficia contineri, cum potius ea uelit clericis bonis moribus præditis conferri.Vnde placet profecto Cald. ſententia iu infamia iuris,item & in infamia facti.

Periurium †item utrobique iure pontificio, & cæſa reo punitur pœna infamiæ.l.ſi quis maior.c.de tranſa. c.infames.6.q.1.gl.in d.c.querelam.de iureiu. modo piurium promiſſorium ſit,atque in iuramento promiſſorio contigerit , nam ex periurio aſſertorio infamis quis non efficitur.gloſſ.in l.Lucius. ff.de infamibus.gl. in d.c.quicunque.6.q.1.nota. S.Thomas 2.2.q.98.arti. 3.Bal.in rub.de iureiur.Abb.in c.teſtimonium. col.8. de teſti.vbi Fely.nu.20.& Lamb.de iure patro.1.par.2. lib.q.9.arti.15.& Labſranc. in c. qñ contra. de probat. in verbo,teſtes.num.135.teſtantur hanc diſtinctionem communem eſſe,quæ tamen intelligenda eſt, ut periutium promiſſorium circa contractum infamiam irroget,iuxta dictam l.ſi quis maior, quæ in hac ſpecie expreſſim hanc pœnam infert.cui conuenit Regia lex 26. titu.11.par.3. & l.2.titu.5.par.7. Quod ſi quis in ſpecie capitu.debitores.de iureiurand.periurus fuerit, quippe qui non ſoluerit uſuras, quas p̄ſtare promiſerat, infamis non erit,ut notant Felin.in d.c. teſtimouium, nu. 21.& Lamb.in d.ar.15.Periurij autem aſſertorium rei præſentis,vel præteritę,iure ciuili punitur pœna criminis ſtellionatus,& ideo periurus ad tps exulat.l.ult.ff.de crim.ſtellionat.At periurium promiſſorium hanc etiā iure ciuili pœnam habet, vt præter infamiam periurus contractus pœnā ſoluat,& actionem, omnemq; conuētionis commodū amittat,d.l. ſi quis maior. vbi Doct. communiter hoc adnotarunt,& in d.l.2.c.de reb.credit.Ial.in §.item ſi quis.in 2. nu. 63. de actionib. idem in l.ſi duo patroni.ff.de iureiu. Ioan.a Selua.de iureiur. q.vlt.tradit vndecim periurii pœnas Chaſſanę. in conſuet.Burgund.rub.10.§.12.quas apud ipſum lector facilis me legere poterit. Iure quidem Regio qui iuſm p̄ miſſoriū uiolauerit,omnia bona amittit , eaq; fiſco Regis adiudicantur.l.1.titu.6.lib.8.ordinat. Ex quib.p̄ter alios ſtellectus,quos paulo antè tradidimus ad l.2.c.de reb.credit.apparet,poſſe eādē cōſtōnē intelligi quo ad pœnā ordinariā,nā quantū ad extraordinariā frequenter periuria per humanos iudices puniunt,ſicuti no.gl. in auth.ſcenicas nō ſolū ſi fideinflores p̄ſtent. quam dixit ſing.Cur.Iun.in l.ſi quis maior.c.de tranſac.col.vlt.

Secundo agendum erit de periurio , quod in iudicio circa ueritatis teſtimonium committitur.Si quis etenim in iudicio interrogatus alicuius cōtrouerſiæ cā dixerit teſtimoniū aduerſus ueritatem, dubio procul falſum committit,falſique reus efficitur. l.j. ff. de falſis.in prin.c.1.de crim.falſi.l.nullū.c. de teſtib. Nec ſolū cōmittit fallum teſtis, qui reſponderit contrariū eius, qđ uere ipſe ſciebat,ſed & is,qui interrogatus de aliqua re ueritatē tacuerit , dixeritq̄ſe nihil ſcire. quod p̄bat texan d.c.1.c.quiſquis,& ibi gl.11.q.3.Bal.in l.data opera.nu.29.c.qui accuſa.non poſ.gl.in c.cū dilecti. de accuſat.in uerb.plenā.& in uerb. meram.Felyn.in c.1.de teſtib.cog.nu.3.Regia l.42.tit.16.par.3.& l.1.tit.7.par. 7. tacere liquidē ubi loquendū eſt , & loq vbi tacere oporter.& eſt neceſſariū,peccatū erit ſm Thomā 2.2.q. 72.ar.1.& Florē.1.par.ti.2.c.4.§.5. Quod ſi teſtis inter-

rogatus veritatem iacuerit forsan absque dolo, quippe qui hō integrè fāmę, & opinionis de actu post longum tps interrogetur, excusabitur plenè ex ptēmpta quadā simplicitate, licet cōstet illustractus scientiā eū habuisse, sicuti adnotarunt Ruminal. in l. qui accusare. C. de eden do. col. 2. & Ant. Rube. consi. 16 pot aūt testis falsum dicere testimonium in decem prædicamentis, quę cōmemorat Azo in proœmio C. eleganter Bal. in l. data opera. nu. 31. C. qui accu. nō possunt & sane testis falsum dicens testimonij, multis est nominib. execrandus. Nā & antiquitus qui apud Romanos falsum testimonij dixissent è Saxo Tarpeio deijciebantur, vt author est Gellius li. 20. Noctī. Attica. c. 1. quo loco Sex. Cęcilius magno Reipublicæ malo existimat legē hāc duodecim tabularū obtoleuisse. Acerbitas, inquit, plerunique vlciscē di maleficij, bene atque caute viuendi disciplina est. Itē & Athenis in Areopago grauissimū exercebatur iudiciū ψευδομαρτυρίων, idest falsorū testiū, authore Demosthene, tametsi Cicero in oratione pro L. Flacco Græcorū fidē in dādis mutuis falsis testimonijs maxime improbet. Quibus ōcinit qđ euripides in Iphigenia Tauricia scribit, Græcia nequaquam nouit fidem. Etiam si Atticus testis prouerbio dictus sit, is, qui probatissimus & incorruptissimus ē. Sicuti & Attica fides, etenim Velleius paterculus, adeo, inquit, certa Athenięnsium in Romanos fides fuit, vt semp & in omni re quidquid fyncera fide generet, id Ro. Attica fide fieri ꝓdicaret. Sic Græca fides ꝓ certa fide adsumit apud Aulonium ad Paul. & de Philone villico suo inqt, mutuat ad Græcā fidē, apud Plautū in Asinaria, Græca fides df vbi non verbis, nec stipulationib. sed ꝓsenti pecunia res agitur. Diē, aquā, Solē, Lunā, noctē, hæc argento non emo, Cætera, quo volumus vti, Græca mercamur fide, i. numerata pecunia. Quæ forsan deflecti possunt in id, vt per ironiā dicta cē censeant, ideoq; estimemus ꝓsenti pecunia rem agi, q̄ fides Græca parū constans sit, & improbatissima. Pęna aūt deiectionis è Saxo Tarpeio iam pridē obtoleuit, siquidem & Modestinus respondit in l. si diutino. §. vlt. ff. de pęnis. non posse quē sic damnari, vt de Saxo ꝓcipitet. Titus Liuius li. 29. scribit, Marcum Lucriū, C. Claudium collegā Censorium equum vendere iussisse, q̄ summa nota erat durum rerum cā, quarum præcipua fuit q̄ aduersus eum falsum testimonium dixisset. De pœna item falsi testis tradit Strabo li. 15. apud Indos falsum testē extremis decurtari. Iosephus etiam author est lib. 4. Antiquit. c. 6. Mosaica lege cautum fuisse, vt testis falsus ea pateretur, quæ is contra quem falsos testificaſ patius esset eadem lex cohibet c. 19. Deut. Primus aūt omniū Charondas testi falso mulctū induxit, quēad modū meminit Arist. li. 2. Eth. c. 10. huius criminis gravitatē oštendit Salomon Proverb. c. 6. testē, inquit, iniquē odit Dēs. Et rursus c. 25. Hō qui contra ꝓximum suū loquit falsum testimoniū iaculū̄ est, gladius, & sagitta acuta. Quod si testis verū dixerit, pecuniā tñ exeē cāceperit, vt ꝺ. testificaret, falsi adhuc pœna tenebit. gl. in l. 1. §. 2. & ibi Bar. ff. de falsis. Abb. in c. 1. de crim. falsi. idē Abb. & Feli. nu. 30. in c. ꝺicet de probatio. Hippolyt. in d. l. 1. §. 1. de falsi. Ias. in l. Diuus. nu. 27. ff. de re iudi. Doct. in c. 1. de testi. quorū opinio magis cōmunis est, mihi tamen non omnino placet, video etenim crimen falsi non posse conuenire his, qui verum dixerint, atque ió testis, q falsum absque pecuniæ munere, & corruptione testificatus fuerit, falsi crimine notabitur, non sic testis, qui licet pecuniā. vt testificaret recipit, nihilominus verū dixerit, nā falsi reus non erit. Sic Philip. Decius in c. 1. de testib. tenet, hunc testē non esse puniendum falsi pœna, sedd alia extra ordinem arbitrio iudicis, cuius opinio. i. ibi. li. 125. probatur. non inficior grauius esse crimē, si quis simul pecuniā acceperit, & falsum dixerit, quam si pecuniā tm̄ acceperit, verum aūt fuerit testificatus, aut falsum absque pecuniæ receptione, attamē vt locus sit crimini falsi, & eius pœnis, oportet q̄ testis falsum dixerit testimonium. Sed & si quis testimoniū dixerit in iudicio, ꝺarū tn ei, qđ iuratus extra iudiciū dixerat, falsi itē pœna tenebit ſm Bar. in l. eos. vlti. col. ff. de falsi. Tyn datū in tract. de testib. c. 11. Matt. de Afflict. in constitu. Neapo. li. 3. tit. de piurijs. nu. 14. quorū opinio admodū est dubia, imo mihi falsa vī. Nā si quis extra iudiciū & cū iuramento ꝺ veritatem respondent, non punitur ordinaria pœna falsi, sicuti notat Alber. 2. Parte statut. q. 147. idē ꝺ Bar. tradit Hippol. in d. l. eos. nu. 11. Bal. in c. 1. §. in. quid sit inuesti. in feudo. col. 2. atq; Alex. in cons. 72. lib. 1. scribit cōem opinionē esse Bart. ꝺrū. Feli. etiā a Bar. discedit in c. cū in tua. de testib. vbi extra iudiciū responsio data est absque iuramento, nam si quis iuratus respondisset falsum etiam extra iudicium, ipse Felin. Bar. sententiā defendit, vt pœna falsi locum habeat. Ego vero fateor periurū hunc esse, & pœna periurij puniendum fore, nō pœna falsi, quasi ea tantū admittenda sit ꝺ testem in iudicio falsum, qđ Alber. in d. q. 147. significare vī. tametsi Alex. Hippo. & alij qui Bar. sententiam probarunt, expressim loquitur quando extra iudicium absque iuramento quis respondisset ꝺ trarium eius, qđ mō in iudicio testificaſ. Nec me ꝓterit, in hac spē quoties quis ꝺria responderit, primo quidem extra iudiciū iuramento ꝑstito, ac demum in iudicio per solenne testimoniū corā iudice, hoc posterius responsum nō esse admittendū, nec fidē ei exhibendā pp manifestū periurium quemadmodū ipse tradidit li. 2. Varia Resolu. c. 13. nu. 7.

Testis aūt, qui falsum dixerit testimoniū punitur iure. Pontificio, si clericus sit, depositione, & detrusione in monasterium, vt ibi pœnitentiam tanti sceleris agat ſm Panor. in c. 1. de crimi. fal. tex. optimus in c. si Episcopus. 50. dist. nisi clericus ex officio iudicis tunc puniendus sit nulla constituta cōtra eum accusatione, quia in hoc casu punitur pœna extraordinaria iudicis puniētis arbi. tex. & ibi gl. in § presbyteri. 5. q. 6. Sic & iure ciuili dicens falsum testimonium, si puniatur a iudice ex officio citra accusationem, quia apud eum dixit falsum testimonium, extra ordinem arbitrio iudicis punitur, non ordinaria pœ. l. nullū & ibi gl. C. de testib. l. vlt. n. 16 par. 3. not. Io. Ferrari. in practi, in rub. de forma iuramē ti testis. col. 3. q̄ si iudicio ordinario accusationis actū sit ꝺ testem falsum, punitur is falsi criminis pœna, q̄ traditur in l. 1. §. vlt. ff. de falsis. prob. tex. in Leos. ff. cod. tit. l. 13. li. 2. Fori. vt tandem pœna falsi in homine libero sit deportatio, & omnium bonorum publicatio, seruo autem vltimum supplicium. Sed si quis in causa capitali falsum aduersus reum testimonium dixerit, puniendus erit eadē pœna, qua puniretur reus ipse, si criminis cōuictus foret. tex. in l. 1. §. 1. & ibi Bar. ff. de sicarijs. cuius meminere Bal. in c. 1. in princ. de pace tenēd. & eius violatori. col. vt. Ial. in l. etsi I. C. si contra ius vel vtilitat. pub. & in l. si duo patroni. §. vlt. ff. de iureiu. Feli. in c. ſicut de testib. Chassanæ. in consue. Burgundiæ rub. 10. col. vi. tex optimus in c. satis. 23. q. 3. cuius mentionem fecit Are. io c. super his. de accusatio. nn. 24. idem gl. sentit in c. Rex. dēt. 23. q. 5. est & in his regnis hac de egregia deci. in l. 83. Tauri. Autus & nos obiter memiimus li. Variarū Resol. 1. c. 9. ꝓbat hoc ipsum tex. Deut. c. 19.

Pœnæ vero statutæ aduersus falsos testes nō admittētur, nec admittendæ sunt vbi testis falsum dixerit in his q̄ accessoria sunt, nec ad substantiā actus pertinent tunc enim pœna extraordinaria puniendā est falsitas ista. quemadmodū not. Spec. ti. de teste. §. 1. vel, item q̄ alicuide suo. nu. 87. & ibi Io. And. Ang. in l. Lucius. ff. de his, qui. not. infamia. Hippol. in sing. 76. Innocen. aute alios in c. fraternitatis. de hæret. cui sententiæ suffragaſ quod,

q̄ falsitas minimè punitur, si cōtingat in his siue, q̄ vera siue falsa sint, nemini nocere possunt. glo. in l. damus. C. de falsis. quam Doct. inibi sequuntur, & Soc. cons. 104. li. 1. Hippolyt. in l. 1. §. ꝓterea. ff. de sicarijs. nu. 14. idem & Soc. in cons. 185. li. 2 qui hanc opinionē testificatur cōem esse. Est & ad hoc ipsum gl. Abb. Imo. & Doct. in c. quanto de iureiuran. in verb. nomine paris. notat Anto. Rub. cons. 6. Item punitur pœna falsi is qui testem ad dicendum falsum testimonium induxit, aut testem munere & dono corrupit, vt aduersus veritatem testificaret. l. 1. ff. de falsi. regia lex. 1. titu. 7. part. 7. vbi expressim hoc probat. Nec tñ ex hoc causam amittit, liquidē is tm̄ ius litis & causæ perdit, qui falsum committit circa acta causæ, non qui circa testes ipsos, alia ve instrumenta, q̄ ad causæ acta non attinent tex. in l. in fraudē. §. quotics. ff. de iure fisci. quē ita Bar. ibi intellexit. quē sequitur Bened. à Plumbino in l. qui agnitis. ff. de except. rei iudicat col. 15. tradit Hipdoly. in rub. C. de probationib. nu. 186. cū sequentib. & est hæc opinio cōis ſm Alexan. & Ias. in l. diuus. col. 4. ff. de re iud. & Dec. in c. cum venerabilis. de except. nu. 30. qui tamen conatur aduersus Bar. distinctionem disputare.

Lege Regia testis falsum dicens testimonium punit pœna quadam satis extranea. Nam ei extrahuntur dētes non quidem omnes, sed quinta eorū pars, etiam si hoc testimonium dixerit in causis ciuilibus. l. 3. titu. de falsis lib. 4. Fori. quam legē ipse video in praxi admissam esse, siue iudex ad punitionē illam procedat ex officio, siue ad accusationem alicuius. Quidam opinantur lege veteri huius regni, testi falso omnes dentes extrahēdos fuisse, atque ita legē obtinuisse in hæc verba. Quitenle los dientes. Idqiustissimum fuit, & tandem adiectis literis paulum corrupta dictione scriptū fuisse, Quintenle los dientes. Quæ de re nihil certum affirmare audeo.

His vero, q̄ de puniendis periurijs diximus, illud est addiciendum, q̄ periurus ratione iuramenti de calumnia non est ² puniendus, nec aduersus eū procedi potest per viam inquisitionis, nec per modū accusationis, qa satis Deum vltorem habet, qua in spē intelligenda est l. 2. de reb. cred. ſm gl. in princ. Institut. de pœna teme. litigant. in verb. religione. qđ expressim adnotarūt Bal. in cons. 299. li. 5. Frederic. conti. 23. Rebuffus in tract. de pacificis possid. nu. 219. quorū rō ea potissima est q̄ sit fragilis humana memoria, etiam in factis propriis, atq; iō licet quis iurum in iudicio ꝑstiterit de calumnia, & victus fuerit, non ex hoc arguitur, eum periurū fuisse. Imo si locus foret accusationi, aut inquisitioni ad punitionē periurij & iusto de calūnia cōmissi, profecto mille quotidie proponerentur accusationes aduersus periuros, totidemq; inquisitiones a iudicibus ex officio instituerentur, q̄ quidem res satis esset in Republica paricio fa, quippe q̄ daret ansam multis calumnijs & delationibus. Non inficior, periurium a iuramento calumniæ procedens puniendum fore, quoties per ipsius iurantis cōfessionem, aut per euidentem probationem constaret iurantem vel in iuratione ipsi, vel aduersus eam calumnia vilum fuisse. c. vlt. de iureiuran. in texto.

Tertio de blasphemijs agendum est, nā eas ad periu- 8
ria, & temeraria iuramenta quidā existimāt ptinere, cū plerunque potius sunt execrationes q̄dā. Est aūt blasphemus qui negat aliquid de Deo, qđ ei cōueniat, aut tribuit Deo aliquid, q̄ ei nequaquā conuenit, quemadmodū S. Tho. explicat. 2. 2. q. 13. ar. 1. & ibi Cæ. Sylue. in verb. blasphemia. q. 1. nā blasphemiæ nomen signifi- carevī quandā derogationē alicuius excellentis bonitatis, maxime diuinæ. Atque ió blasphemus cit qui diuinæ maiestati derogat, eius potestati aut bonitati detrahens. Et hæc quidem proprie, improprie etenim quod libet conuitiū in Deū prolatū, & itidē cōtumelia male-

10 Secundo, est adnotanda constitutio Auth.siue a me. C.ad Vellcianum.vbi probatur,res vxori donatas pp nuptias,non posse alienari per maritum, ét ex cõsensu vxoris, nisi vxor ipsa post biennium a tpe contractus iterũ alienationi cõsentiat,& eo tpe marito superfint alia bona,quæ sufficiant solutioni dotis.Hæc etenim decisio admodum distincta est ab his, q̃ fundi dotalis alienationẽ prohibuerunt, cum in alienatione fundi dotalis minime sufficiat consensus post biennium geminatus,ac repetitus in rebus immobilib.secundum gl.& Doct.in Auth.si ue a me Bar.in l.1.ff.solu.mat.& ibi Alex.col.8.vbi Ripa nu.103.scribit, hanc opinionem cõem esse,idem fatef. Bal. Nouel.in tract.de dote.7.par. priuile.1.col.4. At in in rebus pp nuptias donatis procedit alienatio facta per maritum,consentiente vxore,modò post biennium consensus repetatur,& eo tpe supersint bona, quæ sufficiãt solutioni dotisquemadmodum tradit Imo.col.4.in d.c. cum contingat.Doct.in d.Auth.siue a me.& in c.peruenit.de empto.& vend.vbi Ant.Burg.col.1. & vlti.eandẽ resolutionem probat.Attamen alienatio rei donatæ pp nuptias,si fiat vxore consentiente,& iurante,valebit ,pfecto,sicut valet alienatio rei dotalis facta cum iusto, secundum gl.& cõem in d.c.cùm contingat.vbi gl. sentit, iurm habere vim duplicis,ac repetiti consensus.eandem glo.& eius conclusionẽ quo ad alienationem arrharum, & donationis pp nuptias tenent Host. & Imo. in d.c. peruenit.Bal.& Salv. in d. Auth. siue a me.& in Auth.si qua mulier.C.ad Velle.Io.Lupi in rubr.de don.int.vir.& vx. §.17.nu.14.tametsi vlterius ista considerratio examinanda sit. Nam maiorem vim habet iurm q̃ repetitus cõsensus,cum tpe repetiti consensus necessarium sit, vt alienatio rei donatę pp nuptias valeat,maritum habere bona, q̃ sufficiant solutioni dotis, nõ sic in alienatione iurata, q̃ valida omnino est, etiam si tpe iuri non supersint hæc bona apud maritum,sicuti Doct.cõiter fatentur. Deinde errat glo.in d.c.cum contingat.dum notat alienationem fundi dotalis p petuò non prohiberi, eiusq; ,phibitionem non esse ppetuam,ex eo, q̃ valida sit ex consensu vxoris,mõ is fuerit post biennũ repetitus. Auth. siue a me,C.ad Vellea. quæ quidẽ constitutio tñ locum obtinet in alienatione rei donatæ pp nuptias,non in alienatione fundi dotalis,sicuti paulo antè explicuimus.

Tertiò aũaduertendũ est glo.in d.ca.cũ contingat.dũ conatur soluere obiectionem l.non dubium.C.de legib. errare quidẽ primò cũ constituit hac in re discrimen inter ius Pontificum,& Cæsareum: quod constituendum non est, siquidem & apud forũ seculare iurata dotis alienatio valida est, & seruari debet.c.licet. de iureiur.in 6. Nam & ius ciuile hanc vim iurо tribuit. Auth.facta puberum.C.si aduerſ vendi.præsertim q̃ licet gl.alleueret, finẽ principalẽ iuris Canonici tendere ad alarũ salutẽ,finem aũt principalẽ iuris ciuilis ad humanã fœlicitatem, & Reipublicæ quietẽ,& tranquillitatẽ, idéq; adnotauerint Cal. Abb.& alij in proœmio Gregoriano,non omnino id certũ est. Nã & finẽ principalem iuris ciuilis dirigit in alarũ salutẽ cõtendit Fortu.in trac.de vlt.fi.iur.col. 4.& seq.ex Aristotele,Cicerone,& alijs,atq; item ex eo, q̃ humana ac ciuilis lex sit correctio peccatorũ.l.2.ff.de legib.

legib.Tho.j.2.q.92.art.1.& q.95.art.1. Iustiniano in authen,vt non luxu.cõtra nat.colla.6.q. quæ quidẽ opinio maximè conuenit legibus ciuilib. principum Christianorum,q̃quidem leges ciuiles principum Gentilium, & eorum, qui nondum cognitionem habere summæ illius fœlicitatis supernaturalis,quæ Christi fidem colentibus promissa est,tantum in hoc tendunt,vt quieta,ac trãquilla Respublica sit, bonisque moribus instituta, & vt moraliter bona opera præmium consequantur,illud qui dem,quod naturaliter intelligi, ac cognoci potest. Sic denique temperanda sunt quæ de hac re pro Fortunio, & aduersus eum adduci põt.Præmium vero salutis æternæ,& illius fœlicitatis, quæ ex æterna gloria Christianis promissa extat, sola lege naturali cognosci non potuit. 3 quod eleganter disputat egregius vir Domini. a Soto li. 2.de natu& grati.c.11.& Melchior a Canoeiusdem ,pfessionis,eruditione & censura celebris in secunda parte Relectionis,de sacramentis. atque hęc quidem sufficiãt de quarta Bartoli conclusione.

EX §. SEQVENTI.

SVMMARIVM.

1 *Contractus a lege prohibitus conceptis prohibitionis uerbis in ipsam personam non confirmatur iuramento.*

2 *Alienatio rei dotalis non confirmatur iuramento, vbi mulier prius iurauerat, dotem non alienare, & inibi expenditur glo.in c.licet,de iureiuran. in 6. & per totum §.*

3 *Iuramento promittens non reuocare procuratorem,si eum reuocauerit,reuocatio tenet,licet periurus sit.*

4 *Intellect.c.intellecto.de iureiur.& an Rex possit alienare res ipsius regni?*

5 *Actus spirituales contrarius iuramento an ualeat?*

6 *An possit quis renunciare clausulæ Decreti irritantis in eius fauorem appositæ?*

7 *An agens contrarium prohibitioni legis humanæ peccet mortaliter uel uenialiter,an non, et ibi rursus de opinione Bar.quo ad primam huius §.conclusionem.*

8 *Promissio arrharum ultra summam lege præfinitam non confirmatur iuramento.*

9 *Fideiussio prohibita accedere promissioni dotis restituendæ iuramento confirmatur.*

§. SECVNDVS.

Adem Bar. commentaria examinaturi quintam ex eo conclusionem 4
adnotamus in hunc quidẽ sensum. †Iuramentum nequaquam confirmat contractum prohibitum a lege,quæ prohibitionẽ in ipsam cõtrahẽtis pſonam direxit. Hæc colligitur conclusio ex Barto.in d.l.liquis pro eo.ff.de fideiusso.nu.9.vers.aduerte. vbi Ange. idem tenet.Bar.in auth.sacramenta puberũ.C.si aduerſ. vendit.Cald.& Anchar.in d.c.cum contingat, rursus ipse Ang.in cons.169. quorum opinionem sequuntur Legistæ cõiter secundum Imo.in d.c.cum contingat.num. 36.& Rodericus Xuares in l.1.tit.de las arrhas, lib.Fori. q.3.Huius opinionis ea est rõ, q̃ in hac specie agens contra legem iustam mortaliter peccet,quia legislatori refragatur,cui obedire tenetur.c.2.de maiorita.& obed.atq; ideo cum iurm non debeat esse vinculum iniquitatis,cõstat planè, non confirmari cõtractum lege prohibitum ex iusto inique pręsito.ad huius sanè confirmationẽ adducit Bar.glo.in c.licet mulieres.de iureiur. libro 6.quæ
2 † alleuerat alienationem rei dotalis, ét pœno iuro tactã minime valere,vbi mulier prius iurata promiserat se nõ alienaturam dotẽ,nec aliquam rem dotalem, non alia ratione,q̃ q̃ hoc secundum iuramentum iniquum sit, nec posit seruari absque interitu,& periculo salutis æterng. Eam glo.sequuntur Doct.ibi, pręsertim Fracus, & Imo. in dc..cum contingat.nu.81.& inibi Alc. nu.43. Challa in consuetudinib.Burgundię,Rub.4.§.16.nu.5.& Abb. per tex.ibi in c.intellecto,de iureiu. quorum oplnio cõis est,sicuti testatur Imo.nu.81.& Andr. Alc.in d.num.43. Io.Crot.in l.filiusfamilias.§.diui.col.25. & ibi Ferd.Loazes nu.451.ff.de leg.1. eandem opinionẽ sequitur Ioan. Lup.in rub.de don.§.45.nu.6.

Verum,vt hæc opinio Bar.diligentius examinetur,oportet primum expendere rõnes, quibus eam Bar.,pba re conatur, maximè statim erit congruum perpendere glo.in d.c.licet.cui ptu rimum obstat altera glo. in c.vlt. de ,pc.in 6.quæ asserit promittentem † cum iurо non reuocare procuratorem ab eo cõstitutum, posse nihilominus eum reuocare ad hunc sensum, vt reuocatio teneat, licet periurus sit qui reuocauerit.Hanc gl.plurimum cõmendant eam secuti Abb.Fel.nu.12.& Dec.nu.7.in c.cũ accessissent,de constit.idem Fel. in c. si diligenti. de foro comp.col.6.Iaſ.in l.si non fortem.§.si certũ. ff. de cond. indeb.col.3 Soc.cons.58.lib.3.Dec.in ca.ad nostram.de confir.vtil.col.vlt.Rochus Cur.in tract.de iu.patr.verb. honorificũ.q.12.quorum opinio dubio procul cõis est. Igitur actus contra primum iurm gestus valet, & tene, tametsi periurus sit, qui actum illũ egerit, idcirco & in casu gl in d.c.licet. secũda alienatio rei dotalis valida cẽ seri dẽt,aduersus vulgò receptam sẽtiam.his accedit tex. sing.in c.sicut ex literis de ſponſ quo apparet,ſponſalia q̃ de futuro dẽr,ét iurata dissolui p ſpõſalia de pnti.Cuius decisionis nos meminimus in Epitome de ſponſalib. par.1.c.5.nu.9.ergo iurm primũ non impedit,quin actus contra ipsum postea factus validus sit.Quamobrem admodum dubia redditur conclusio gl.in d. c.licet. Præsertim quia ea nullo mõ ,pbatur in d.c.intellecto,de iureiu. quod manifestissimum fiet, si aduertamus in spẽ illius c.non iõ reprobari alienationẽ præfixo iurо factã a Rege rerũ quidẽ ad ipsam Regiam dignitatẽ pertinentiu, q̃ ea facta fuerit contra primũ iurm a Rege ,stitum de non alienandis rebus ad Regiã dignitatẽ ,pinentib. Nã actus contrarius iurо primo,ét si iuratus nõ sit, valet,ac tenet,tametsi agens periurus sit, & pecce t,vt colligitur ex gl.in d.c.vlt.de proc.in 6.& ex d.c.sicut. de ſponſ.lib. deinde illud est apertissimi iuris,qd in casu c. intellecto. alienatio, †ét iurata non valeret, quis rex ipse nu.lum ,stitillet iurm de non alienandis reb. ad Regiam dignitatem pertinentib.meminit ergo Rom.Põtifex inibi prioris iuri ad periurii notandũ in ipso Rege,& ad criminis maiorem culpã, non q̃ rõnem potissimam constituerit ,ppriæ decisionis in priori iurо.Est etenim alienatio facta a Rege rerum ad Regiam dignitatem pertinentium in maximũ ,judicũ Reipublicæ,cuius ipse administrator est,non dominus,atque iõ ét iurata alienatio in pręiudicium tertii non tenet,c.cum contingat.de iureiur.

Quod aũt Rex non possit alienare bona, & res ipsius Regię dignitatis,quia ipsa potius sunt regni,q̃ Regis,notant late Abb.& alij in d.c.intellecto.Host.& Fel.in c.dilecti.de maio.& ob.Io.Lupi in c. per vestras. 2 nota.§.j. nu.40.Regia lex 1.tit.17.& l.4.tit. 15. par.2.l.2, & 3 tit. 9.lib.5.ordinamen.q̃ ita intelligenda sunt,vbi alienatio tenderet in maximũ ,judicũ Regni, alioqui si in modicũ, ,fecto ualeret secũdum Abb.& cõem in d. c. intellecto.Bar.in l. ,hubere.§.plane.ñ.q.u. aut clẽ. Conset.late in tract.de excellen.Regn.q.4.Fel. in c.ad audientiam. 2. col.de ,mptio.Matthæ.Afflict.in cõstitut. Neapo.in prin.q.24.ad quam diffinitionẽ multa referri pot,q̃ hac de re tradit Franc.a Rip.lib.1.rub.c.1.nu.51. Io. Igneus in repet.l.donones,quas diuus.nu.26. C. de don. int.vir.& vx.&t Aym.Caurel cõs.241.lib.2.huc ét ,tinet,q̃ quã adnotarut,nẽpe posse Regẽ cã remunerationis rẽm aliquam

quam ad dignitatem Regiam pertinẽtem donationis titulo in aliquem transferre, qui de ipsa Republica sit benemerituxoptimus tex.in l. cum plures. §. cum tutor.ff. adminis. tut. Sic etiam obtinet Regia lex 9. tit.4.par.5. statuẽs,q; si Rex aliquam ciuitatem, vel castrum Regiæ dignitatis iusta ex causa alienauerit, excepta intelliguntur iura exigendi gabellas,publica vectigalia, atque puniendi aliquem sanguinis pœnæ:nisi & hæc iura expressa fuerint:atque tũc adhuc suprema iurisdictio,& quod ad Regem appelletur exceptum intelligitur.Imò si quis superiorem in temporalibus recognoscens habeat villam, aut ciuitatem cum iuribus regalibus, non poterit iura illa regalia alienare,sicuti respondet Socin.in cons.6 in 3. lib. ciuitas autem, aut villa alienari nõ potest inuitis hominibus ipsius ciuitatis, & si dominus ex cã necessitate velit eã alienare, admittendi sunt homines hi ad emptionem libertatis,si tantundem domino dare velint, quantum ab alio emptore pollicitum fuerit: quod tradũt Hostiens.& Fely.in d.c.dilecti.de maior.& obed.& Hippo. in l.1.cũ quidam deponere,nu. 10. ff.de qõ. qui alios huius opinionis authores allegant. Hæc tandem obiter adduximus,vt ostenderemus,non probari glo. in c.licet.in d.c.intellecto.de iureiur. atque ea ex cã dubiã reddi eius cõclusionẽ, nisi ex radice amplius eius intellect' exqraf.

Est igitur conciliandaglo.in d.c.vlt. cum glo.in d.c.licet.eo quidem modo, vt quoties quis promiserit iurõ p̃stito se non actũrum id,quod iure facere non poterat,p̃cedat glo.in d.c.licet & ideo actus contrarius huic iuro, etiam si iuratus sit,non teneat:quia est contrarius iuri,& præterea priori iuro, q; fuit omnino conforme iuri cõi. at si proponamus iuramentum prius continere, id quod erat iuri contrarium, imò q; iuramento promissum est, ne fieret, fieri poterat,iure permittente. saltem non refragante:tunc obtinebit glo.in d.c.vlt.de proc. in 6. hãc distinctionem vñr vtrique opinioni aptare Franc. in d.c. licet.Imo.in d c.cum contingat.nu.81. & ibi Alc. nu.43. Ias.in Auth. sacramẽta puberum.C.si aduer. vend.num. 60.idem in l.non solum.§.vlt.7.col. ff. de noui operis nũciatio.Alex.in cons.16. lib.3. 2. col. Ioannes de Schya in tract.de iureiurand.3.par.15.Fallen.Io.Crot.in dd filiusfamilias.§.diui.ff.de leg.1 col.25. & ibi Ferdin. Lozes, nu.431.quorum interpretatio cõis est,& tñ vlterius aperienda.Nam cum lex ciuilis prohibuerit alienationẽ iuridotalis, si mulier iuxta hanc prohibitionem promiserit, & iurauerit non alienaturam dotalem adãit iuri vinculum ipsius legis prohibitionis, quæ irritam facit alienationem in contrarium factam: idcirco nec secundũ iurõm legi prolubens,simul & priori iuro præiudicet,actus posterior non valet. Nam ẽt si legis prohibitionis principaliter priuatum fauorem concernenti cum iuro renuncia re quis possit, priori tñ iuro quod Deo præstitum fuit, nullo pacto nec renunciare,nec refragari valet. Huic tñ distinctioni obijcit adhuc tex. in c. sicut. de sponsal. vbi actus contrarius priori iuro validus est,& tenet, quãuis iuramentum prius idem contineat, quod ius cõe, & denique fuerit iuramento promissum, iurantem ipsum nõ acturum,quod iure prohibitũ est fieri. Etenim post spõsalia iure prohibetur matrimonij contractus cũ alia, q̃ sponsa, licet contractus teneat: quod satis manifestum est. Et tñ si sponsus iurauerit sponsalia,& iuro permiserit, se non contracturum cũ alia matrimonium, q̃ cum sponsa, postcaque matrimonium cum alia contraxerit, etiam sine iuramento,tenet hic vltimus contractus, qui quidem contrarius est priori iuramento, quod fuit conforme iuri communi cãdem prohibitionem continens. Vnde prædictn interpretatio ad glo.d.c.vlt.de procurat. in 6. non omnino congrua videtur. Et ne quis dicat, id spec ale esse in matrimonio,quod semel contractum re-ficiat. i non potest,illud item adducetur, quod idem sit in alijs quibuscunque cõtractibus:in quibus valet quidem quod posterior loco actum est, etiam si sit contrarium priori iuro,quod erat conforme iuri communi: vt in casu.l.quoties.C.de rei vend. cuius ipse mentionem fecit in Epitome de sponsa.1.par. c.5. nu. 10. deinde si quis rem istam penitius consideret,nonne comperiet, iurm contines idem quod ius commune,ẽt si Deo præstitum sit,cõtinere itidem fauorem priuatum iurantis, si lex ipsa, cui consonat iurm,priuatam vtilitatem respiciat? profectò id satis arridet: & tñ iurm quamuis Deo præstitũ sp sit, remitti põt ab eo, cuius fauore fuit iuratũ, cuiusque interuentor Deus ipse fuit constitutus.Ergo sicut per iurm appositum alienationi fundi dotalis remitti potest, & remittitur fauor priuatus ipsius legis, ita remittitur priuatus iurantis fauor ei per prius iurm adquisitus. Quamobrem quidam existimarũt,glo.in d.c.licet, tunc procedere,cum iurm prius fuit alicui,cuius interesset,præstitũ alio qui si præstitum sit ipsemet iuranti mulieri,vel alteri cuius non interfuit res dotales non alienari, valebit secunda alienatio cum iuro,aut seruandus erit contractus alienationis iuro secundo confirmatus, quod visum est Bal. in l.duob.§.vlt ff de iureiur. & in c. veniens.in fi.eod.tit. Alex.in cons.16.lib.5.nu.16.Dec.in cons.536. nu.13.Alcia.in d.c.cum contingat.nu. 46. ea ratione quia p̃ prius iurm nemini fit ius q̃situm.l. si repetendi.C. de condict. ob caus.& l.filiusfamilias.§.diui.ff.de leg.1.vnde solet deduci intellect.ad tex.in d.c.cum contingat. dum dixit,iuratam alienationem dotalis rei validã esse, & seruandam fore,mõ alteri,q̃ iuranti non præiudicet,põt equidẽ hoc præiudicium considerari eo casu,quo mulier prius p̃mi serat præstito iuro eandem rem alteri vendere. Imò & si hæc promissio facta fuerit absque iuramẽto, idem erit dicendum. Quia venditio alteri facta cum iuro non teneat ea quidem ratione,q; cõtraria sit priori promissioni & alteri præiudicet:quod in specie tenent Imo.nu.1⁰. & Alc.4.notab.in d.c.cum contingat.& nu.45.qua in re illud est animaduertẽdum, q; per priorem promissionẽ tñ fuit acquisitum ius personalenec illi, cui est facta p̃missio, aliam actionem q̃ personalẽ hẽt aduersus mulierem promittẽtem,aduersus verò rem ipsam, aut emptorem secundum nullum ius habet reale nec personale,qd argumento fortiori constat in l.quoties. C. de rei vendi. quamobrem hæc opinio Imolæ, & Alc. dubia videtur.

Cæterùm,quò res ista apertior fiat,est adhuc considerandum, alienationem rei dotalis alioqui prohibitam iure ciuili, tunc confirmari per iuramentum authoritate iuris Pontificij:cum iuramentum eiusmodi sit, q; possit seruari sine interitu salutis eternę,tex.hoc ipsum probat in d.ca. cum contingat.iuramentum autem contrarium non tñ priori iurationi,sed promissioni simplici seruari nullo modo potest absque animæ periculo, & peccato mortali.c.veniens.vbi Inno.& Doct.de iureiur.Ergo licet alioqui alienatio facta contra promissionem, aut cõtra aliam alienationem teneat: quia iure prohibita non est ipsius rei alienatio:quis qui alienat male faciat.l. quoties.C. de rei vendic. attamẽ alienatio iure prohibita nõ potest confirmari iuramento, quoties qui alienat,id iuramentum non potuit, nec potest seruare absq; salutis spiritualis periculo,& detrimento:sicuti in d.c.cum contingat, probatur. non enim æquum est iurm imquũ hãc vim habere,vt contractum iure prohibitum confirmet. vnde inferuntur duo.

Primum,vera defensio glo.in d.c. licet mulieres. nam cum secundum iurm illicitum sit, non poterit confirmare alienationem iure prohibitam.quod in hac spẽ adnotauit Rip.in c.cum M.de const.nu.83.

Secundum,eandem glo:opinionem dubio procul verã esse,vbi primum iuramẽtum præstitum fuerit in fauorẽ alicuius,cuius intererat,nõ alienari rem dotalem, atque hoc

hoc probari in d. ea cum contingat. vbi Imo. & Alciat. hoc ipsum adnotarunt, ex eo text.dum excipit præiudicium alterius, quàm iurantis. Sed & idem erit, vbi mulier iuramentum sibimet præstiterit: quasi timens a viro requirendum fore consensum, & iurm ipsius ad alienationem rei dotalis,cupiens iuxta iuris ciuilis prohibitionem dotẽ conseruari,& saltem manere,iurauerit se non alienaturam dotem,nec rem aliquam dotalem. Hoc aũt iuramentum Deo tñ præstitum fuit:nec ei poterit iurãs refragari absque absolutione. Siquidem licet iurm p̃stitum in fauorem alicuius priuati remissum esse censeatur eo ipso,q; ipse priuatus illud remiserit: tñ vbi iurm nullius q̃ iurantis proprium cõmodum spectat,à Deo principaliter emissum est:nec potest iurans absque absolutione eidem refragari, saltem vbi præter vtilitatem principalem ipsius iurantis,ex ipso iuro attendi, ac deduci possit vtilitas aliqua,etiam minus principalis, quæ sufficiẽs erit ad hoc,vt iurm liberè non possit a iurãte violari. maximè quia hæc iura de non alienandis rebus dotalib.etiã fieri vñr p p vtilitatem hæredum ipsius,parentum, filiorum & consanguineorum, qui alioqui non præstito hoc iuramẽto minimè forent censendi inter eos, quorum interest.Sic sanè Alex.in d.l.duobus.§.vlt.ff. de iureiu. dubitat sententia Baldi ibidem, & meritò. Nam si vera est glo.in d.l.licet mulieres.profecto nõ video, qua rõne defendi possit Bal.distinctiotametsi existimẽ eã cõem ẽe.

Satis ẽt controuertitur,an opinio gl.in d.c.licet mulieres.procedat,q̃n ille,cui est facta secunda vẽditio rei dotalis cum iuro,ignorabat rpe cõtractus,prius iurm a muliere præstitum fuisse:non enim æquum est,in hac specie opinionem p̃dictæ glo. admitti ob iustam ignorantiam emptoris: quod responderunt Imo.in l.cum vir.ff.de vsucapio.pen.fol. Alexand.in d.consil.16.libro.3.colum.2. & 3.Bal.in d.c.cum contingat.col.5. nu.14. idem Bal. in repetitione l.2.ff.de iureiur.col.41.& cõl.133.lib.1.Ias. in l.non solum §.morte.ff.de noui oper.nunt. quem Ripa allegat in c.cum M.ne constit.nu.83. quorum opinio magis recepta est:sed apud me falsa,si vera est opinio gl. in d.c.licet mulieres.parum.n.refert scia, vel ignorantia secundi emptoris,si iurm oppositum alienationi,non pẽ eam confirmare:quia seruari non potest absque interitu salutis ęternæ:vnde Andr. Alc.in d.c.cum contingat. nu. 48.ab opinione Imolę discedit, veriorem existimans cõtrariam sibi,nisi mulier dolosè fecerit primum iurm, vel id tacuerit rpe alienationis,causa circumueniẽdi emptorem, nam in his casibus valet secunda alienatio cum iuro:quod etiam notat Imo.in d.c.cum cõtingat.nu.82. ita intelligens q̃nem ibi,& eius resolutionem.

Sed & in glo.in d.c.vlt.de proc. in 6.non videtur habere congruam decisionis rationem,eam, quam illi eius interpretes aptare conantur:s. vt procedat quia quod quis per iurm non facere promisit, poterat optimè agere iure permittente. Etenim id verum est ante præscriptam promissionem: postea verò iure nõ licet absque periurij crimine id agere:imò nec liceret,si simplicier p̃misisset. vt in c.veniens.de iureiur.& ibi Inno.& alij, quemadmodum & paulo antè adnotauimus:idcirco glo.rõ ea est, q; simplex promissio,& iurm eum habẽt intellectum, quẽ ex iuris sanctionibus actus ipse patitur,vt tãdem iuramẽtum quo ex parte id fieri possit, habeat interpretationẽ secũdum naturam actus,cui apponitur,q; latius, alibi p̃ batum fuit. Sic sinẽ qui iurat non reuocare procuratorẽ periuris erit,si eum reuocauerit, & tñ reuocatio tenet, quia hæc est huius actus conditio, & natura, vt libera sit p̃curatoris ad negotia,vel litis reuocatio:cũ nem⁹ possit me inuito nomine meo quidquam agere,nisi quam.n. procuratoris constitutio p̃fecta,& irreuocabilis est,si p̃ curatoris constitutio perfecta,& irreuocabilis est, ti p̃ priã naturã consideremus. Item si promitto cum iuro domum Titio vendere,non alteri: & demum alteri eam domum vendidero,eique tradidero:profectò male feci, ac periurij reus sum, & tñ nihilominus secunda venditio valet: quia hæc est natura huius actus promissi, vt ante traditionem nullam perfectionem habeat, quæ irreuocabilis sit,saltem in hoc sensu vt contrarius actus teneat, si is perfectè fiat.l.quoties.C.de rei vend. eadem est rõ in casu c.sicut ex literis. de sponsa. Nam si quis etiam iuratus promiserit Sempronium in vxorem ducturum, & demum accipiat in vxorem Mariam,periurus est, & nihilominus matrimonium cum Maria sponsalia prima omnino dissoluit.Eodem modo qui testamentum fecit, & iurauit illud non reuocare:ac tandem secundum testamentum condiderit,per quod prius reuocatur: certè periur⁹ erit,& tamen secundum testamentum p̃fertur primo: qua de re latius disputaui rub. de testam. 2. par. Idcirco hac in controuersia oportet distinguere vtrumque glos. conclusiones, & vnicuq; veram, atque congruam rõnẽ aptare,quo facilius q̃ dissoluatur: & itelligant multa, q̃ ad hoc tradit Ias.in l.si qs p̃miserit.§.ea l.nume.23 ff.de verb.obligatio.

Prædicta verò conclusio glo.in d.c.vlt. de procu. in 6. quæ voluit actum contrarium iuramento validum esse, licet agens periurus sit, procedit vbi iudex adiri non dẽt ad illũ actum:alioqui si actus ille requirat iudicis authoritatem,aut q; ipse sit præsens: tunc iudex ipse nõ debet admittere,nec probare actum contrarium iuro:imo illũ omnino reprobare tenetur,& potest.quod Paul.Cast.respondit in cons.361.nu.9.& cons.339.nu.11.lib.1. inferens ex hoc,ad patroni quandam præsentationem.Etenim patronus quidam iurauerat non reuocare præsentationem cuiusdam clerici ad beneficium ecclesiasticum per eum factam. Nam licet alioqui posset variare, in hac tñ spẽ variatio non est admittenda: quippe quę apud iudicem,& superiorem fieri debet:eam q; ipse recipabit ex eo, q; contraria sit iuro. Idem notant Rochus Curtius in tract.iuris patro.in verb.honorificum. q. 12. & Cæsar Lambertinus de iure patr.2.lib.par.1.q.4.prin. art.13.& 2.par. eiusdem libri,q.7.prin.art. 16. Idem qd Paul.scripsit,sensit Bar.in l.si quis.in prin.ff.de leg.3.col. ult.licet Alex.Imo.in d.cons.16.lib.3. contrarium senserit:cuius opinio obtinebit,si iudex, coram quo fit a pẽtatio fit eam præsentationem expresse, uel tacitè recepe rit & probauerit: alioqui opinio Pauli æquissima est, & iure uerior.

Secundò põt intelligi opinio glo.in d.c.ult.in actu tẽporali.Nam ⁊ actus spiritualis factus contra iurm non tenet:imo nullus est secundum Inn.in c.dilecto. de præbẽ. per tex.ibiquo in loco Host.idem tenet.& Anto. in c.cũ M.col.2.de const.pro qua sẽtia adducitur tex.in d. c.dilecto.uers.nisi forte.ubi cõstat canonicos ecclesiæ Cathedralis non posse,etiam cõi consensu augere numerũ Canonicorum statuto pręfinitumnisi id statutum fuerit iuramento confirmatum.Hoc etenim casu minimè põt augere contra iurm:nec valet actus iuro contrarius,& si iure ordinario mutatio numeri fubsit uoluntati,& consensui canonicorũ ad hoc, ut cum possint augere: p̃sertim hoc probatur in.d.uers. nisi fortè. qui paria facit statutũ de certo numero iuratum,& hõs clausulam decreti irritantis:& tñ absq; ulla controuersia,actus factus contra clausulam decreti irritantis, ẽt a lioqui subiectus liberæ agentis uoluntati non tenet,igitur nec tenebit actus cõtrarius iuro.Et quia Panorm.in d.c.dilecto.tenet contra Inno.dicens eius opinionem comuni omnium sententia reprobari.& quia tex.in c.sicut ex literis,de spõsalib. tractat de actu spirituali:quicũ conantur intelligere opinionem Inno.in actu spirituali,qui tm clericis,non aũt laicis conueniat. Qualis est actus,cuius mentio fit in d. capitu. dilecto,& huic similes,sic etenim Innocen. interpretan-

tur Anto.in d.c.cum M.col.2.Rota in antiquis 104.Ale. in d.conſ.16.lib.3.col.2.Imo.in d.c.dilecto. col. 7. idem in d.c.cum contingat.de iureiu.num.81. quorum diſtinctio ea ex parte, quæ Imo.aſſertioni conuenit, authoritatem habet a præcepto c.dilecto.verſ.niſi forte.Idem no. Dec.in c.cum acceſſiſſent.de conſt.num.7. Nihilominus Panor.in d.c.dilecto,etiam quo ad actum ſpirituale cleri cis tm conuenientem teſtatur opinionem Imo. communiter eſſe reprobatam:idem aſſeuerat And.Ale.in d.c.cũ contingat.nu.180. vterq; quidem hanc communẽ aduerſus Imo.ſecutus.Eandem ſequitur Io.de Selua in tra ctat.de beneficio.2.par.n.27.dicens ex eo, q̃ ſi quis iuraſſet de beneficio ecclaſticum, cuius libera collatio ad eum pertinet, digniori ſe daturum, & poſtmodum id cõ tulerit alicui,dimiori pretermiſſo,periurus erit:collatio tñ valet.huius ſolæ nos meminimus in relectione Regu. peccatum.de reg.iur.in 6.2 par.§ 7.nu.4.ad text. autem in d.c.dilecto,reſpondetur, eam eſſe allegationem litigatium non Romani Pontificis reſponſionem : quod mihi non placet. Eſt etenim ea pars illius c.quæ opinionem Innoc.probat, præcipua rõ reſponſionis Romani Pontificisque ideo non poteſt congruè tolli obiectio illius c. quæ pro Innocentio aduerſus communem fit.

Ego verò non omnino ſequar in huius quæſtionis reſolutione Innocentij opinionem,vt ea vniuerſalis ſit,ac ſenſum habeat vniuerſalem: ſiquidẽ iuxta eõm ſuam opinionem,actum contrarium iuſo,etiam in ſpiritualibus, quæ laicis non conueniunt,validum eſſe:tametſi agens periurus ſit:quoties per iurm non eſt ſublata libera diſponendi poteſtas quo ad actus vim, & perfectionem :quod in dubio præſumẽdum eſt:aut quoties natura actus dictat, adhuc manere poteſtatem apud iurantem etiam ſi cum periculo periurij. Sed exiſtimo diſtinguendum fore, an ex natura actus, & eius qualitate appareat, vel præſumi poſſit, non fuiſſe per iuratam promiſſionem ſublatã potestatem iuranti agendi actum contrarium iuſo:licet periculum periurij,ſi egerit,ci imminet: An ex contrario poſſit colligi ex inſpectis circunſtantijs, & negotiorum qualitatibus, penes iurantem nullam agendi contrariũ manſiſſe poteſtatem,atque ab eo abdicatam fuiſſe: vt tãdem priori caſu procedat cõs ſnã, ex qua actus contrarius iuramento valet,ac tenet, etiam in ſpiritualibus:tametſi agens periurus ſit. At in poſteriori ſpecie vera eſt opinio Innocentij imò in vniuerſum hoc in ſenſu procedit:ideo circo tũc actus cõtrarius iuro nullus omnino erit. Quod probatur expreſſum in d.c.dilecto de præb.verſi. niſi forte. ad cuius interpretationem oportet aliqua aduertere,ſtatutum canonicorum de certo numero prædendarum iuſo cõfirmatum eam vim habere, vt canonici vnanimi ẽt conſenſu minime valeant contra iurm ire, nec aliquem admittere in canonicum vltra numerum:atque ideo ſi admiſerint,periuri ſint,& eſt receptio nulla tex.eſt ita cõiter intellectus in d.c.dilecto,cui probat,idem eſſe ſi certus ſit numerus canonicorũ ſtatutus, & cõfirmatus a Romano Pontifice cum clauſula decreti irritum decernentis quicquid actum fuerit in contrarium, vtriuſque quidem conſiderationis,& concluſionis ea eſt rõ, q̃ ſtatuẽtes per ſtatutum ſimul & iurm ſibi ipſis abdicauerint poteſtatem agendi contrarium :eodemq; modo eãdem poteſtatem Romanus Pontifex appoſita clauſula prædicta decreti cẽſetur ab eis tollere,ſtatutumq; ipſum in vtilitatem eccleſiæ, non ipſorummet Canonicorum cedere ſignificauimus:quorum prius And. Ale. obſeruauit in d.c. cum contingat,nu.181.poſterius autem Dec.adnotauit in d.c.cum acceſſiſſent.nu.3. Ex quibus deducitur, etiã in ſpiritualibus actum contrarium iuro,etſi agens periurus ſit,validum fore ſecundum communem,licet is clericis tm,non laicis conueniat:adi materia ſubiecta, aut ipſius negotij qualitas dicter,per iurm ipſum iurantem poteſtatem agendi contrarium ſibi ipſi abdicaſſe.

Infertur item ex hoc,q̃ licet alioqui ſtatuẽtes poſſint renunciare,& agere contra ſtatutum in eorum fauorem conditum,ẽt confirmatum per Romanum Pontificem: tex.optimus vbi Abb.& Doctores in c.cum acceſſiſſent de conſt.l.omnium. C. de teſtam. attamen ſi confirmatio habeat clauſulam huius decreti decernẽtis irritum quic quid in cõtrarium actum ſit, nõ poterũt ſtatuẽtes ab ſtatuto recedere, quamuis id in eorũ tm fauorem tendat, quod probat tex.elegãs in d.c.dilecto. verſ. niſi forte .& ibi gl.in verb.clauſula,quem inibi multum ad hoc extollunt.Abb.Ant.& Imo.Fel.in d.c.cũ acceſſiſſent.col.4.ideo in c.vlt.§.is aũt.de off dele.Corſ. in ſing. in ver. clauſula. Quorum opinio cõis eſt,& in hoc tendit,vt ſciamus,neminem poſſe renũciare his , quæ in eius fauorem ſtatuta ſunt,ſi ſtatutum!, aut lex habeat clauſulam decreti irritũ decernẽtis,quicquid in cõtrariũ actũ fuerit. Huic ſnẽ primũ obijcitur tex.celebris in l. filio præterito.ff. de inſtit.rupt.vbi cõſenſus filij ꝓteriti teſtm.patris cõprobat, & impedit ne oĩno extinguat ex iure ciuili in eius fauorẽ ſtatuto,& habẽte clauſulam iſtã , & decretũ,cuius mõ meminimus.Itẽ oberit tex.in c.vlt.§.j de off.dele. vbi cõ ſtat,poſſe quem renunciare formæ inductæ in eius propriũ fauorẽ,& tñ quicquid eſt inductũ ꝓ forma,decretũ hoc oĩno habet iuxta no.in c.cũ dilecta. de reſcript. atq; ita Abb.& Imo.& Doct.in d.§.j. ex eo adnotarũt, poſſe formæ renunciari,& ſi data ſit in priuatã vtilitatẽ.& licet gl.in c.quamuis.de præb.in 6.in verb.in penſione.voluerit,non poſſe quẽ quã renũciare formæ mandati , ẽt ſi ea data ſit ꝓp eius fauorẽ ex authoritate illius tex.& ad hoc cã dixerit notab.Aret.in l.nemo põt.col.4.ff.de leg.j.,ꝓfectò parũ obſtat illa mẽtio ſit , dari in priuatã vtilitatẽ, cũ verè data ſit ac concernat fauorẽ ordinariorũ, & eccleſiarum.Literæ etenim ad beneficia reſtringendæ ſunt ob præiudicium Epiſcoporum & Eccleſiarum.

Tertiò cõi opinioni refragatur rõ,quę dictat, præceptũ factum alicui eius tm vtilitatem conſilium eſſe proprius,quàm præceptum.l.cum pater.§ mando.ff.de leg. 2.l.2.§.vlt.ff mandati.Paul.Caſtrenſis hoc notat in l.legis virtus.ff.de legib.Quib.tandem rõnibus hæc pars verior apparet , vt ſtatuto,vel his, quæ ſint in fauorem alicuius ſtatuta,poſſit is renunciare,etiam ſi habeant clauſulam ſtatuta,poſſit is renunciare,etiam ſi habeant clauſulam decreti,vt aiunt,irritantis.Cui ſnẽ ſuffragatur tex. in c. ſtatutum.§.in nullo.& § vlt.de reſcript. in 6. vbi licet ea conſtitutio decreti huius clauſulam habeat,attamen contra ſenſu illorum,quorum fauorem reſpicit, permittitur ei derogatio,aut illius formæ remiſſio.Sic denique hãc opinionem,quòd quis poſſit renunciare clauſulæ decreti irritantis in eius fauorem appoſitæ,tenuerunt Aret. in d.l. nemo põt.colum.4.Fel.in cap.cum dilecta. numero 7.de reſcrip.Dec.in capit.cum acceſſiſſent numero 3.dẽ conſti.idem in cap.olim.de exception. idem in l. poſthumo. num.9.& ibi Curti.Iunior,num.46.C.de bono.poſſ.contra tabul.Ludouic.Gomezi.in c.3.de reſcript.in 6.nume. & ibi Curti.Iunior,num.46.C. reſcript. in 6. numer. 59. Quibus accedit gl.in d.c.ſtatutum.§.j.in verb.committatur.ea in parte,qua ſentit,ſecus eſſet ſi in fauorem partiũ illud eſſet ſtatutum, poſſent enim ei fauori renunciare, tametſi ea conſtitutio clauſulam iſtam decreti irritantis habeat.Vnde Petrus Anchar.in dict.ca.ſtatutum,in fine eandem opinionem,quam hic contra communem probamus expreſsim tenet.Et itidem Andr. Tiraquel. in l.ſi vnquam.in verb.reuertatur. C. de reuocand. donat. numero.28.optima glo.quam ſequuntur Abb. & Fel. ibi in c.cùm olim.de off dele.in verb.protinus. quæ probat, poſſe iudicem ex tacito conſenſu partium mandati formam excedere.Non obeſt tex.in d.c.dilecto.de præben. nam eo ipſo , quod Papa confirmat ſtatutum de certo numero canonicorum, & præbendarum, atque addit clauſulam iſtam decreti irritantis,vt facilitati canonicorum,qua vti ſolent in augendo numero occurrere, & eccleſiæ vtilitati conſulere, atque ideo in eccleſiæ vtilitatẽ clauſulam præſcriptam addidiſſe,vt explicant Abb in d. c.dilecto.& Decius in d. ca. cum acceſſiſſent.nume.3.de conſtitutio.

Hæc equidem dicta ſint de ſecunda rõne Bar. in d.l.ſi quis pro eo.dum allegat notata per glo. in d.c. licet mulieres.de iureiur in 6. id.n.procedit his rationibus,q̃ mõ traditæ fuerunt:& iõ nihil conducit ad opinionem Bart.

Prima igitur Bart. rõ ſemper fecit dubiã qõnem illã : ſiquidem eius cauſa Andr.Ale.in d.c.cum contingat.nu. 94.ſex retulit reſponſiones,quibus vtuntur qui Bar.opinionem conantur improbare. ipſe tñ breuius hac de re agere conabor.Primũ etenim,ni fallor , exiſtimo in põti controuerſia parum conducere, q̃ lex prohibens cõtractũ fieri,dirigat prohibitionẽ in rem,aut in perſonã. Cã .n.prohibitionis potius, q̃ verba,conſideranda eſt . Quis enim obſecro poterit vnquam dubitare,minimè confirmari iuramento contractum a lege ob publicam vtilitatem principaliter prohibitum , ẽt ſi prohibitionis verba in rem,non in perſonam contrahentis dirigantur? certè nemo,qui ſano ſit præditus intellectu . Cum hic tractemus de publica vtilitate,cui priuatorum iura nec obſtãt nec obeſſe põt.Sic ſane,quoties lex cõtractum prohibẽs principaliter publicum commodum reſpexerit , profectò nihil huius qualitatis mutat , ſi concipiat prohibitionem directam in rem,vel in perſonam contrahentis . Siquidem principalis rõ , quæ legislatorem mouit quo ad vtilitatem a lege inductam, nequaquam mutatur ex verborum conceptione per Bar.tradita.Et pla nè fateor,me nullo pacto poſſe percipere quid diſcriminis quo ad effectum iuri inducat forma verborum, qua Bar.diſtinctionem inducit . tametſi fortaſsis alia in ſpecie hæc verborum diſtinctio poſsit effectum aliquem aſſerre,quemadmodũ idem Bart.docet in l.cum lex.ff.de fideiuſſori. vbi Paul. Caſtrenſ.& Fortuni,in l.veluti.ff.de iuſtitia.& iure. quarta colum.

Secundò illud conſiderandum, iurm tunc confirmare contractum iure prohibitum: cum id ſeruari poſsit abſque periculo ſalutis æternæ.tex.eſt ſing.in d.c. cum contingat. Nec.n.par eſt,ius canonicum , nec ciuile hãc vim tribuiſſe iuſo illicito , aut quod ſeruari abſq; peccato minimè poſſet. Maximè enim eſſet inconueniens, hanc virtutem & hunc effectum concedi,vt iurm ſeruetur, et in ramento, quod ſecundum Canonicas ſanctiones ſeruandum non eſt . Hoc ipſum obiter ſuperius admonuimus. & id Bartol. recte admonet in dicta.lege.ſi quis pro eod. nu.9.in quo quidem minimè reprobatur. Tertiò hinc cõſtat,non tm contractum lege prohibitum non cõfirmari iuſo,quoties qui contrahit,& legi aduerſatur mortaliter peccat, quod Bar. ſcripſit hanc conſiderationem magni faciens: ſed ẽt vbi qui contrahit venialiter peccaret: non.n.poteſt actus venialem habens culpam iuſo comprobari,& ex eo vires aſſumere: cum iurm inducens venialem,& habens pro materia actum venialis culpæ minimè ſit ſeruandũ, nec ſeruari poſsit abſq; periculo animæ, ſicuti tradidimus in hac relectione,dum examinauimus iuſtitiam comitem eſſe iuramenti.

Quarto illud apud me nullam habet dubitationem, ſ. in ſpecie c.cum cõtingat.& ſic in alienatione dotalis,mulierem alienãtem nec mortaliter,nec venialiter peccare, nam ſi venialiter peccaret, minimè hic actus venialẽ culpã habens confirmaretur iuramento , nec quidem valoret:non ratione ipſius ſimplicis alienationis,quia ea per legem prohibentem efficitur nulla,nec ratione iurisquia id non eſt ſeruandum præmiſſa ſaltem culpa veniali in eius obſeruatione.

Quinto aduertendum eſt : idem reſpondendũ fore , ſi lex ſit de fundo dotali verba cõciperet directa in mulieris perſonã.eadẽ etenim rõne cõfirmaretur alienatio p iurm, & minimè peccaret alienans ẽt venialiter.cuius rei ea eſt rõ: Nam licet ex verbis præceptiuis ipſius legis ſoleat p̃ſumi legislatorẽ voluiſſe obligare tranſgreſſores ad peccatũ qnq; mortale: qnq; veniale: quẽadmodũ eleganter explicat Alfonſus a Caſtro lib.1.de pote.legis,pœnal.c.4. & 5.attñ prius,ni fallor, attendẽda eſt materia legis , q̃ ſi principaliter ptineat ad publicũ commodũ , trãſgreſſor eius peccabit mortaliter,vel venialiter , attenta ac ppenſa qualitate,vel ẽjtitate vtilitatis,aut damni publicifacti colligitur ex dc.exiui.verſi.itẽ quia põter.de verb. ſign. Decio poſt alios in c. nam & concupiſcentiã. de conſtit. vlt.col. Thoma 1.2.q.96.ar.4.& ibi Caieta. Anto. & Ab. in c.2.de maior.& obed. pſertim ex Adriano quodlibe. 1.ar.2.& Io.Driedonio in lib.1.de libert.Chri. pag.166. q̃ late improbat opinionem Gerſonis ſcribẽtis,rõne trãſgreſſionis legis humanę non poſſe cõmitti peccatũ mortale; quã ẽt ſnẽm reprobat poſt alios Alfonſus a Caſtro in d.lib.1.c.4. & tñ quoties lex humana principaliter priuatã vtilitatẽ reſpexit, atque ea ex cã nullũ eſſe cenſet actũ prohibitum cõtrariũ: nihilominus cõſideratis minus principaliter publicũ cõmodũ, priuatus is, qui legẽ in eã vtilitatẽ principaliter ſtatutã violauerit,nullũ contrahit peccatũ:quod probat in d.c. cum contingat. ac ſatis erit tunc legi actũ ab ea nullũ cẽſeri ob illã minus principalẽ Reipublicæ utilitatem : ſiue lex vtatur verbis directis in rem ipſam, vel in contrahentis perſonam . quamobrem aliquot ex his interenda ſunt.

Primũ,falſum eſſe Bar.opinionẽ in d. l. ſi quis pro eo. de qua mõ diſputamus:imo ridendũ fore in hac controuerſia,iurm contractũ confirmare, ẽt ꝓhibitũ lege humana dirigente verba ꝓhibitionis in ipſum ptũ: mõ lex fuerit ſtatuta principaliter in vtilitatẽ priuatã, q̃ opinionem aduerſus Bar.veriorem eſſe exiſtimãt Ant.Abb. nu.6.& Imo.nu.36.in d.c.cum contingat.Anch.in c.j. de conſti.in repe.fol.12.col.j.Felin c.2.de maiori.& obedi. Dec.in d.c.nam concupiſcentiam.de conſti.j. lect. Paul. Caſt.in d.l.ſi quis pro eo.dem in authen. ſacramenta puberum.C.ſi aduerſ.vendit.quam ſnam ẽt ſequuntur dicentes cõem eſſe Corn.in d. authent. ſacramenta puberum.nu.23.& 25.& ibi Iaſon nu. 51.Ale.in conſi.22. lib. 3.fatetur eam communem Alcia. in d.c. cum contingat. numero 94. dubius quidem de eius ueritate, & tandem eam ſequitur,propoſitis quibuſdam interpretationibus, quæ ſunt apud ipſum legendæ.

Secundum,ex his infertur Antonium Butrium, Pan. Caſtren.Abb. & alios huius opinionis authores optimè reſpondiſſe rationi Bart.dum exiſtimant in hoc caſu contrahentem minimè peccare:ea quidem ratione,quòd lex humana etiam præcepti verba in perſonam dirigens, reſpiciens,tamen ipſius priuati vtilitatem principaliter,nõ obligat in vim præcepti ipſum tranſgreſſorem,cuius vtilitatem lex inducit.arg.l.cum pater.§.2.ff.de leg.1. 2.

Tertiò patet minimè poſſe defendi,quod Imo.in d.c. cum contingat.nu.36.ſcripſit exiſtimans, legem humanam ciuilẽ ẽt præceptiuã nuſquã obligare tranſgreſſorẽ ad pcti culpã ſaltẽ mortalẽ, cum hæc obligatio propria ſit legis naturalis,vel diuinæ,aut põtificiæ,nõ ciuilis. Quæ quidẽ opinio Gerſonis fuit,a quo,vt mõ admonuimus, cæteri Theologi canoniſtæ cõi olim cõſenſu diſceſſere.

Quarto conſtat,Panormit.non rectè Bartoli rõni reſpondiſſe,cum dixit , iurancetum contractũ confirmare in præſenti quæſtione,etiam ſi contrahens mortaliter contrahendo peccauerit , contrahendo inquam,id eſt,ad uerſus prohibitionem legis alienando,rem dotalẽ. Nam etiam ſi verum ſit plerunique contractus humanos validos fore,etiam in vtilitatẽ eorum,qui contrahendo peccauerint,quod modo non vacat examinare , attamen id

verum

verum est, quoties contractus ipsi ex propria vi & natura vim, ac valorem habentiat vbi contractus minimè valet ex ꝓpria vi, imo prohibitus & nullus est, nisi ea iuſo vim, & confirmationem accipiat: tunc non aliter confirmatur iuſoñ si iurm ipsum pro materia habuerit, & ꝓ subiecto actum immunem à culpa mortali, vel veniali. Nam, vt iam in hac disputatione nō semel admonuimus hic effectus confirmandi contractum non conuenit iuramento, quod seruandum non est, nec seruari debet aut potest absque periculo salutis spiritualis. Quale quidem esset iurm istud, si præmitteremus alienantem peccasse mortaliter alienando rem ipsam lege alienari ꝓhibitam ate; ita paucis verbis, ac breuius quidem Andr. Alc. in d. c. cum contingat. nu. 96. Abb. opinionem reprobat.

Quintò libet ex hac cōtrouersia inquirere intellectū Taurinæ constitutionis, quæ quinquagesima est & de arrhis tractat, prohibēs post veteres huius regni leges, maritum vxori arrhas constituere excedētes decimam partem bonorū maritiaddit, huic legi maritū minimè posse renunciare, puniens grauissimis pœnis tabellionem, qui hanc renunciationem cōtractui arrharum adscripserit. Est etenim hac de re lex Fori. 1. titu. de las arrhas. lib. 3. & dubitatur, an si fuerit arrharum promissio & constitutio iuſo præfixo facto: valeat vltra decimam bonorum partem, & tenet renunciatio? & Io. Lupi in rub. de donatio. inter vir. & vxo. §. 24. in ea est sniа, vt opinetur hanc arrharum promissionem, & vltra quantitatem lege Regia præfinitam iuſo confirmari, ac validā esse. Nam Regia lex, quę prohibuit hanc cōtractum, principaliter ꝓhibitionem constituit in fauorem maritii: tametsi minus principaliter publicum fauorem respexerit, vt cōstaret: go cum iuſo potuit optime fieri hic prohibitus contractus iuxta Bar. conclusionem communiter omnium cō sensu probatā in d. l. si quis pro eo. nu. 8. Et præterea donatio inter virum & vxorem constante matrimonio ꝓhibita iuſo confirmatur. quemadmodum ex cōi resolutione nos tradidimus in rub. de testā. 2. par. nu. 10. Ergo

8 & † constitutio arrharum quacūque in quantitate, licet prohibita sit vltra decimā bonorum partem, iuſo cōfirmabitur: cùm nulla sit maior rō prohibitionis arrharū, ꝙ donationis inter coniuges. Sed contraria sata. quod cō stitutio arrharum vltra decimam partem minimè cōfirmetur iuſo, tenent Vincen. Eps, Montaluus, & Roderic. Xuares in d. l. 1. tit. de las arrhas. q. 3. præcipuam rōnem adſumētes a decisione Bar. in d. l. si quis pro eo. cuius veritatem paulo antè examinauimus: quia Regia lex verba prohibitionis dirigit in ipsum maritū: vnde iuxta sniam Bar. non pōt contractus iuſo confirmari. Hæc verò rō cessat ex eo, ꝙ opinio Bar. non pōt iure procedere: sicuti paulò ante tractauimus: & tū nihilominus ego cēseo hāc interpretationem Vincentij, & aliorum ad l. Regiam verioremesse duabus rōmbus, quarū prior adſumitur ab ea conclusione. quam probauimus superius in §. præced. nu. 8. verſ. cæterum. dum diximus, minimè confirmari iuramento contractum prohibitum iure ciuili principaliter ob vtilitatem priuatam, quoties ipsa lex non tm prohibet contractum, sed & prohibet eidem apponi iurm, ac tandem eundem cōtractum adhuc apposito iuſo improbat, & decernit nullum esse. Sic sanè Regia l. 1. tit. de las arrhas. lib. 3. Foro juzgo. expressim statuit, promissionem aut cōstitutionem arrharum vltra quātitatē Regia lege ꝓfinitā, & apposito iuſo prohiberi: idem de renunciatione nō iurata, sed simplici, sanctum extat d. Regia & Taurina l. 50. Idcirco nec iurm contractum istum cō firmat. Posterior ratio procedit ab eisdem constitutionibus Regijs, quæ prohibentes dationem arrharum vltra præfinitam quantitatem, cōtractum hunc nullū esse decernunt in fauorem non ipsius promittentis arrhas, sed eius consanguineorū quib. Regia lex defert ius repetendi arrhas istas, quæ fuerint promissæ, aut datę vltra ꝙtitatē lege definitā. Qua rōne locus est vltimæ parti responsionis Romani Pontificis in d. c. cum contingat. de iureiur. dum ab hoc iuſo contractū prohibitum confirmante, excepit cuiuscunq; alterius a iurāte præiudicium. Vnde apparet, hanc ultimam opinionem veriorem esse.

Sextò ex ꝓmissa resolutione deducitur veritas illius opinionis, quam in d. l. si quis pro eo. nu. 9. Bart. explicat dicens, † non posse confirmari iuſo contractum fideiussionis dotis receptioni accedentis: ea quidem ratione, ꝙ 9 lex prohibens dationem fideiussoris cōtrariam bonis morib. ꝓ ꝓ perfidiam, quę inter coniuges oriri posset: cō tingeret etenim odiū viri in vxorē ex eo, ꝙ ipsa, vel eius parentes minimè existimauerint eum idoneū esse, eiusq; fidei, vt ei posset tutò dos committi, & credi. Eandē opinionem ꝓsensit Bal. in rep. l. 2. ff. de iureiurā. col. 48. verſ. sed contra Cæterum quo res ista penitus intelligatur, ip se opinor, prohibitionem istam, ne dentur fideiussores a viro pro dote restituenda, processisse quidē a quadā honestate congrua, & æquitate, quę dictat ab eo, cui vxor cōmittitur, cuiusq; potestati traditur absq; vlla alia cautione, ēque a natura inest, non esse fideiussoriam cautionem dotis, & rerum dotalium exigendam: cùm hæ sint multo minoris æstimationis, ꝙ ipsius uxoris persona. Itē ne forsan contempta viri fides cā sit, vel saltem occasionē præbeat alicuius odij inter maritum, & vxorem. Quę sanè rōnes non adeò vrgent, quin a Republica contrarijs statuti posset, ac fortasis ita fieri oporteret præsertim eo tpe, quo facillimè uxores ob maritorum culpam dotib. iniquissimè spolientur. Etenim prior rō cōgrua licet sit, non tm est necessaria. Siquidē vxoris persona apud virū tuta est ob cōiugalē dilectionē, & ob timorē punitionis imminentis viro a Republica, si malè uxorē tractauerit. Deinde secundæ rationi satis fit, dum quilibet recto ꝓdi tus iudicio existimauerit, neminem ulla esse dignum cui ꝓ, si proprium patrimonium absq; tutiori cautela nolit alteri tradere. Atq; ideo arbitror, non esse bonis morib. contrariū, ꝙ a viro dentur fideiussores pro dote restituē da, & conseruanda. Idcirco licet æqua sit prohibitio, honestati & dilectioni coniugali conueniens: non tm ita est in Republica necessaria, vt non possit lex in contrarium statuere & deinde sit bonis moribus cōtraria datio fideiussorum pro dote restituenda. Sic denig; cessat rō Antonij de But. & Alc. rō aūt Bar. vera non est: nec conuenit huic qōnisquia lex non direxit prohibitionis verba in fideiussores, sed ipsum in virum: vn ꝙ datio fideiussorū ꝓ dote seu ipsa fideiussio iuſo præfixo confirmetur, not. Abb. in fi. & Imo. in decimo & ultimo membro in d. c. cū contingat. uerſ. circa secundum aduerte. Ang. & Pau. in d. l. si quis pro eo. Saly. Fulg. & Corn. in Auth. sacra puberum. q. 17. verſ. 3. in Iuris gentium. §. si paciscar. ff. de pactis. Bal. Nouel. in tract. de dote. 6. pac. priuile. 20. limitatione 7. Io. Campe. de dote, in 3. par. q. 174. quorum opinionē dicens communem esse sequitur Io. Lupi in repe. c. pe ve stras. de dot. inter vir. & uxo. 5. notab. nu. 10. quo in loco tractat late intellectum l. 1. C. ne fideiusso. doti. denſ. posit Baldum, vulgo Nouellum in d. priuil. 21.

EX §. SEQVENTI.

S V M M A R I V M.

1 *Contractus a lege in odium creditoris prohibitus minimè confirmatur iuſo: licet ipsum iuramentū seruandū sit.*
2 *Late examinatur intellectus c. debitores de iureiur.*

3 *Intellect. c. significante. de pignorib. & inibi de pacto legis commissoriæ in pignorib.*
4 *Filiusfamilias, qui iuramento præstito mutuum contraxit: an possit opponere exceptionem Senatusconsulti Macedoniani?*
5 *Femina an possit esse fideiussor iuramento præstito; non obstante beneficio Senatusconsulti Vellejani?*
6 *Contractus prohibitus fauore debitoris, concepta tamen prohibitione in personam creditoris, an confirmetur iuramento?*
7 *Prohibitus exigere, an censeatur prohibitus accipere ab sponte soluente.*
8 *Contractus prohibitus alioqui cum prodigo, an eiusdē prodigi iuramento confirmetur.*

§. TERTIVS.

1 Exta principalis conclusio ex Bar. in d. l. si quis pro eo. nu. 10. in hunc modū colligitur. Contractus † à lege in odiū creditoris, aut eius, cuius vtilitatis causa sit, prohibitus, minimè iuſo confirmatur: licet & iurm ipsum seruandū sit. probatur hæc conclusio in c. debitores. de iureiu. c. j. eo. ti. c. significante. de pigno. Nam si quis vsuras soluere creditori promiserit, in cuius odiū, rō ne naturali vsuræ prohibentur, & denique iurauerit, soluere teneatur: licet ex iuſo contractus minimè fuerit confirmatus. Hanc conclusionem Bar. sequuntur Doct. cōiter, vt testatur Philip. Corneus in d. auth. sacra puberū. C. si aduerſ. vēdit. nu. 31. de eius tñ intellectu, quo ad eius sensum agendum est, ne perperam intellecta ꝓter iuris, & authoris intentionē extensionis accipiat. Solet etenim Bar. in hoc sensu intelligi, vt velit iurm non confirmare contractum lege prohibitum: quoties ea prohibitio facta fuerit in odium creditoris, quia illicitè, & iniquè eo contractu acciperet. hoc ipsum probant tex. in d. c. debitores. & c. significante. notant, & sic interpretari videnē Bar. verba Pau. Cast. & Ang. in d. l. si quis pro eo. Anto. & Imo. in d. c. cùm contingat. 4. casu principali, de iureiu. & Corneus in d. auth. sacra puberum. nu. 31. imò fortasis, vbicunque iurm, ex parte eius, cui præstitum fuerit illicitum est, iniquè quidem extortum vel ratione materię subiectæ iniquitatem præmittens, profectò opinor alienū esse à mente Canonis, ꝙ velit hoc iuſo contractum confirmari tametsi ipsum ob religionem sacramenti a iurante seruandum sit. Quod rōnem habet ab eodem c. cùm contingat. vbi hanc vim confirmandi contractum iure prohibitum noluit Ro. Pontif. tribuere iuſo vi, metu, vel dolo extorto: idque maximam æquitatem habet.

6 ¶ Primùm ex his ipse colligo † excommunicationem saltem maiorem præter damnum, quod grauissimè intulit pctñ mortale excõicato, & alia multa dãna eidem maximo cum dispendio inferre. Nã mortale crimẽ Christianum priuat charitate, qua coniungitur ecclesiæ, & alijs fidelibus in Christo Iesu, & vnum corpus efficiuntur: ab hac n. separatur, vt modò probauimus: & tñ adhuc per fidem, quam licet informem hic pectator retinet, ecclesię coniunctus est, & eius membrum adhuc dr, mysticoque corpori cõiunctum adhæret. qua rõne fieri nequit, quin tetior sit à Satanæ tormentis, calumnijs, & tentationib. q̃ si oĩno extra ecclesiæ corpus maneret: vti manet excõicatus. cum & si vterque per fidem informem membrũ ecclesiæ dicatur, & verè sit: attñ peccator nondum est à cõione ecclesiæ separatus: excõicatus verò manente excommunicatione ab ecclesiæ cõione segregatus est: quãquis eius membrum per fidem existat. Obstant. n. fœuienti dæmoni, quo minorem habeat ptãtem in hunc peccatorem mortali culpa grauatum, & charitate priuatum, orationes, & suffragia ecclesiæ, quorum aliquo mò particeps est, etiam si amissa charitate à consortio corporis mystici fuerit segregatus, & effectus huius corporis mẽbrum aridum: idem tñ corpori adhęrẽs per fidem. Nã ét peccator sit in dæmonis potestate, quippe qui sit dæmonis seruus effectus: tñ per excõicationem, maiorem in eo habet dæmon potestatem, vt faciliùs illum torqueret post. Etenim ante excommunicationem, per peccaũ mortale, quis charitatem amittat: atq; ideo non est Christo viuificet coniunctus: tamen ab eo non est omnino separatus

tusq; per fidem nonnullam habet vnionem: cuius rõne particeps est orationũ, quæ ab ecclesia fiunt, ad hunc sanè effectũ, vt eidem spũs pnæ detur à Deo. Idcircò dæmon non tantam ptãtem in peccatorem hẽt, q̃ eũ liberè vexet, qm̃ resistit dæmoni virtus reliquorum membrorum, qbus est per fidem coniunctus. At postq excõicationem destituitur excõicatus hoc auxilio, & à corpore magis separatur, & sic dæmon põt faciliùs in eũ sæuire, & liberius, q̃ antea torquere. Siquidem licet excõicatus adhuc fidem informẽ tñ retineat, & sic membrum hac rõne ecclesiæ sit, nihilominus ab ipsius ecclesiæ confortio quo ad suffragia, & cõionis ecclesiasticæ effectus manet per excõicationem segregatus, interim dum excõicatus existit. Huius sanè distinctionis est, & in corpore humano exemplum elegans. Membrum siquidem aridum vita caret, tamen quia corpori per neruos, & pellem coniungitur, nõnullo fouetur corporis calore. cui membro peccator amissa charitate optimè comparatur: quippè qui licet membrum aridũ sit, & vitæ expers, fouetur quidem aliquo totius corporis calore pp illam coniunctionem, qua corpori per nertuos, & pellem. i. per fidem, licet informem, adhæret. ¶ Quod S. Thomas eleganter explicat 3. part. q. 8. art. 3. ad 2. excõicatus verò hoc auxilio, & calore destituitur à corpore magis, vt membrũ abscissum, seq paratus. tex. optimus in c. quemadmodum. 23. q. 7. ex Augustino in Epistola 50. ad Bonifacium: licet in vulgatis Decretorum codicibus inscriptum sit hoc caput ex Augustino ad Vincentium. Peccatores etenim non tñ occulti, sed & manifesti in ecclesia sunt, vt eius membra: sicuti docet Aug. in epistola ad Donatistas: & de fide ad Petrum. c. 43. suisque damnatus eo tpe error Donatistarum asseuerantium manifestos peccatores non pertinere ad ecclesiam, nec esse intra eam. Sunt etenim, vt constat, peccatores ét manifesti, membra ecclesiæ. Quod item pbãt multis authoritatibus Alfonsus à Castro de hæresibus in ver. ecclesia. & Io. Driedo. li. 4. de dogma. eccles. c. 2. cius parte 2. quo in loco effectum istum excõicationis etiam explicat eleganter. Nec fides per mortale crimẽ amittitur, cùm ea possit apud aliquem sine charitate esse, & quidẽ vera, licet mortua, quæ sufficiat, vt is Christian' sit, & ecclesiæ membrum, vt docet synodus Tridentina de iustificatione, canone 28. Si quis, inquit, dixerit amissa p peccatum gratia simul & fidem semper amittit: aut fidem, licet non sit viuam: aut eum, qui fidẽ sine charitate habet, non esse Christianũ, anathema sit. explicat optimè Dominicus à Soto de natura & gratia lib. 2. ca. 7. & 8. hoc ipsum probat authoritate Pauli ad Corint. j. c. 5. Nam certum est, Corinthium illum, qui patris vxorem acceperat: tunc possessum, esse à diabolo, ac semel cùm peccauit in Sathanæ potestatem venisse: tamen Paulus denuò quam illum excõicauit subditionem. Sathanę tradidit. vnde plane intelligitur Corinthium illum primùm per baptismũ communionis ecclesiasticæ participem, ac deinde per culpam mortalis criminis charitate amissa dilapsum in aliquam diaboli seruitutem, non ita in dæmonis ptãtem venisse propter vnionem, qua, licet membrum aridum, ecclesiæ per fidem coniunctus erat: sicuti postea cùm à Paulo excommunicatus in Sathanæ seruitutem, & tormenta liberius traditus fuit. Nec illa traditio Pauli tñ significat Corinthiũ illum per culpam tradium fuisse Sathanæ: etenim licet per peccatum in dæmonis seruitutẽ, is venerit bona quidem ex parte, nihilominus in amplioremSathanæ potestatem postea per excommunicationem à Paulo traditur. Alioqui cur, obsecro Corinthijs scripsit, se decreuisse suo spiritu vnà cum potestate domini nostri Iesu Christi, quatenus fornicator ille traderetur Sathanæ in interitum carnis? Nec dixit Paulus Corinthiũ traditum esse, sed tradendum fore, vt spiritus eius saluus fieret. & profectò si per hanc traditionem non acceperet Sathanas in eum maiorem potestatem, minimè ipse Corinthius à dæmone fatigatus in interitum carnis, contraretur, vt spiritus eius saluus esset in die domini nostri Iesu Christi. Idem apertius cõstat 1. ad Timotheum 1. vbi ait Paulus se Hymenæum, & Alexandrum Sathanæ tradidisse, vt discant non blasphemare. Si non verè eos Paulus Sathanæ tradidisset, iam apparet, falsum dixisse Paulum, qui seipsum asserit, hoc fecisse. item illud, quod sequitur: nempe, vt discant non blasphemare verè ipsum aperit mysteriũ. Quomodo. n. didicissent non blasphemare, nisi per hanc traditionem accepisset in eos Sathanas apertorem aliquam vindicandi potestatem. Idem probatur authoritate diui Augustini in sermone. 68. de verbis Apostoli. c. omnis Christianus. 12. q. 3. eiusdem Augustini in tracta. 27. ad caput sextum Ioannis. capitulo, nihil. 11. causa & quæstione. tex. singularis in capitulo audi. 11. quæstione tertia, cum multis alijs, quæ hac de re traduntur à Rossensi aduersus Lutherum articulo 23. Ioãne Eccio in Enchiridio. articu. 21. & Alfonso à Castro, libro de hæresib. septimo, capit. de excommunicatione.

Secundò hinc constat, impiam esse Lutheri assertionem, & planè hæreticum, qua asseuerat gię ecclesiæ hostis impius, excommunicationem † pœnam tantùm externam esse, atque ideo non priuare hominem communib. spiritualibus orationibus. Etenim apertissimè constat, excommunicationem priuare quempiam sacramentis, & communibus suffragijs ecclesię, sicuti probatum est in præmissis authoritatibus, & locis, quorum hic est verus, sensus, & ab ecclesia catholica omninò receptus. Præterea hoc Augustinus docet in dicto c. omnis Christianus. & in dicto capit. nihil, cuius verba sunt maximè adnotãda ad huius assertionis probationẽ. sed & Origenes Homilia 3. ad c. 2. Iudicum, de excommunicatione tractantes traduntur, inquit, peccatores in interitum carnis, cũ propelictis suis à Christi corpore separantur. Et vt mihi vẽ, dupliciter etiam nunc traduntur homines de ecclesia in potestatem Zabuli hoc modo, quo superiùs diximus: scilicet cùm delictum eius manifestum sit ecclesiæ, & de ecclesia per sacerdotes pellit, vt notatus ab hominibus, erubescat, & conuerso eueniat ei illud quod sequitur, vt spiritus saluus fiat in die Domini nostri Iesu Christi. Alio verò modo, qui traditus est Zabulo, cùm peccatum eius non est manifestum hominibus: Deus autem, qui videt in abscondito, perspiciens eius mentem, & animum eius vltijs acquiescentem, & in corde eius non se diligi sed aut auaritiam, aut libidinem, aut iactãtiam, vel alia huiusmodi dimittat talem dominus tradit Sathanæ. Hæc Origenes, quæ tamen Gratianus falsò tribuit Hieronymo, vt alibi uertunt Alfonsus à Cast. in d. c. de excõicatione. Ant. Demochares super ipsum Gratiani locum. idem apparet ex Io. Eccio in d. art. 21. vbi ea, quæ habẽtur in d. c. audi. Origeni tribuit, nõ Hieronymo. Nam & Hieronymus super libros, Iudicum nullos edidit commentarios.

9 ¶ Tertiò apparet ex prænotatis, ecclesiæ † prælatos habere ab ipso Iesu potestatem excõicandi. quæ quidem assertio probatur apud Paulum Apostolum: sicuti paulò antè tradidimus. Idem constat Matthæi capit. 18. dic, inquit Christus, ecclesię. Si autem ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus, & publicanus. Quo in loco patet, excommunicationem ferri authoritate Christi à prælatis ecclesiæ. statim. n. subiungitur: Amen dico vobis, q̃cunque ligaueritis super terram, erunt ligata, & in cœlo, vbi gl. exponit ligaueritis vinculo anathematis. Ioan. item Chrysostomus ibidem scribit: Vide qualiter duplicibus colligauit necessitatibus, & pœna, quæ hic est, s. proiectione ab ecclesia: Sit tibi sicut Ethnicus, & publicanus: & supplicio futuro, quod est esse ligatũ in cœlo. His suffragantur tex. in d. c. quomodo Christianus. & capitul. nihil. in quib. refertur dict. Augustini elegans ad hoc testimonium

stimonium. Hieronymus etiam, pœnam, inquit, tribuit apostolis, vt sciant, qui à talibus condemnantur, humanâ sententiam diuina firia roborari. Idē Hieronymus: Quorum retinueritis peccata, retenta erūt. i. quibus interdixeritis ecclesiam, nisi reconciliati per satisfactionē fuerint, & ipsis ianua regni celestis clausa erit. Huc pertinet qđ Paulus 1. ad Thess. c. 3. scribit, p si quis non obedierit verbo nostro per epistolam, hunc notare, & non commiscearmini cum illo, vt confundatur. Vrbanus Papa martyr, in Epistola de cōi vita, & oblatione fidelium ad hæc cōpro bandaita inquit: ideo ita præcipimus charissimi, vt intelligatis pfectum cporum vestrorum, in eisque dominū veneremini, & eos vt animas vestras diligatis: & quibus illi non cōsentiunt, non communicetis: & quos execerint, nō recipiatis. Origenes in d. homilia. 3. idem asserit his verbis: nō solum per Apostolos suos Deus tradidit delinquēte nonnullos in manus inimicorum: sed & per eos, qui ecclesiæ præsident, & pfectē hēt non solū soluendi, sed & ligandi. Traduntur autem peccatores in interitum carnis, cū pro delictis suis à corpore Christi separantur. Quæ & Gratian⁹ refert in d. c. Audi. 11. q. 3. rursus, & Chrysostomus testis est locupletissimus homilia 4. ad cap. 2. Epistolæ ad Hebræos: nemo contemnat ecclesiastica vincula. Non. n. homo est qui ligat, sed Christus, qui hanc pfectem dedit, & dominos fecit homines tanti honoris. c. nemo conteneat, 11. q. 3. multis denique comprobari veritas ista posset authoritatibus, quæ pæsim in hoc tractatu adducuntur. Sed oīum maxima authoritas est, quæ ex historia Euangelica, & diui Pauli Epistolis deducitur. Vnde in concilio Cōstantiensi, fessione octaua, damnati fuere duo grauissimi errores Io. Vvidef, quorum priori asserebat 1. hæresiarcha, Nullum prælatum debere aliquē excōicare, nisi prius sciat, eum esse excōicatum à Deo, & sic excommunicantem esse excommunicatum, vel hæreticum. Posterior autem error ita habet: excōicatio Papæ, & cuiuscunque pīlati non est timenda, quia est censura Antichristi. Quos equidem errores, & Martinus Lutherus fuscitauit artic. 23. in hæc verba impiē ab ipso conceptas: Excommunicationes sunt tantūm pœnæ externæ, nec prohibent hominem cōibus spiritualibus ecclesiæ orationibus. Ecce, Christiane lector, quantis, & quot authoritatibus hęc pestilentissima dogmata subuertantur: nec desunt alia catholicā cōclusionē manifestē pbātia, q̄ Io. Rossensis, Eckius, Alfonsus à Castro aduersus hæreticos hanc tradidere: & præcēt Adrianus in 4. senten. in tractatu de clauibus. c. 3. optime Pighius, lib. 5. de ecclesiæ hierarchia, cap. 2. fol. 4.

Quarto, infertur ex his excommunicationē esse maiorē, aliquē habere effectum, etiam quo ad interiora animę, quem non habet peccatum mortale. Quod pateat si cōsideremus, quæ dicta fuere prima, & secunda illationis. Nam q̄ excōicatio quo ad exteriores pœnas multos inducat, & operetur, quæ potius mortale minimē inflixerit, tradetur inferius in ea illatione, quæ præcipuos excōicationis effectus continebit. Quo in loco etiam nos sollendum illationem illā iure diuino, & humano verificā to ri. Atq; ita illa intelligenda sunt de excommunicatione iuris ecclesiæ latæ de iure enim latius, quid in ea tenendum sit, in hac relectione tradere contēmur.

Quinto, hinc patet, falsum omnino esse glā ea quodcunque 24. q. 1. quæ asserit, excommunicationē, quo ad Deum nihil operari, & nullum effectum habere sed quo ad ecclesiam militantem. aliter cum gl. sinpu. esse. Abb. in cap. licet cū de appellationibus: nam hęc assertio à catholica veritate plane aliena est. Nam excommunicatio iusta non tantum effectum habet, quo ad ecclesiam, & exteriores pœnas, sed etiam quo ad Deū, & quo ad interiorem animam, quod satis probatum est in præcedentibus, quæ adducta fuere aduersus Lutherum, & alios. Sunt etenim quædam bona spūalia, quibus excōicato nimirē priuare quosdam nempe fides spes, & charitas. Siquidem his nemo per excommunicationem priuatur. at præter hęc sunt alia, q̄ non parum ipsis peccatoribus inter iustos commorantibus opitulantur, à quibus nimirum segregat excōmunicatio multisque non corporalibus modo, verūm etiam spiritualibus incommodis afficit, vt superius diximus.

Sexto, eadem radice necessario expendenda erit respō sio Romani Pontificis in c. j. de sententia excommu. ubi 9 lib. vbi scribit, excommunicationem esse medicinalē, nō mortalē à quo Lutherus omnia tentantes euertere argumentatur, excommunicationem non priuare, quē bonis meneatur, excommunicationem non priuare, quē bonis spiritualibus, nec cōib. suffragijs ecclesiæ: cum alioqui, si his priuaret, morralis esset, non medicinalis. Igitur ad extirpandam prauam illam argumentationem, oportet expendere, qua rōne excommunicatio sit medicinalis. Est etenim, & dr excommunicatio medicinalis ex fine: quia eius finis est mederi peccatori, morbo peccati laboranti, ordinatur siquidem in hunc finem, q̄ excommunicatus resipiscat, pœniteat, ac satisfaciat ecclesiæ, quam ppria contumacia iniuria afficit: nam & si excōicatio pluribus nocumentis, & spiritualibus incommodis, quenquā afficiat, nihil tamen refert, ne dicaf medicinalis. Nam vt ea, quæ purgant corpus, tametsi multis alioqui damnis ipsū afficiant, mederi tñ dicuntur sic pari modo quid obstitit, quo minus id animę salutare medicamen dicatur, quod ad salutem eius finalem exhibetur, quanquam interea spiritualis nocumenti nōnihil inferat? magno namq; aię cō modo cedit ipsum spirituale damnum, si per id ex morte possit ad vitam reuocari. Erit namque excōicatio medicinalis, si eam excōicatus non contempserit: sed potius confusionem suam respiciens emendet, quę male prius egerat: sic plurimū Theodosio Imperatori pfuit excōicatio, cuius mentio fit in c. cum apud Thessalonicā. 11. q. 3. cuiusque nos meminimus lib. 2. Varia. Resolutionū, c. 8. nume. 1. Hunc verò esse finem excommunicationis, constat ex Paulo 1. ad Timoth. 1. tradidi, inquit, eos Sathanę, vt edisc̄t non blasphemare. ex eo 1. ad Corint. c. 5. iudicaui eum tradere Sathanę in interitum carnis, vt spiritus eius salvus sit in die dñi. Excōicatus equidem videm sępius ita grauari, & opprimi à demone: & ab oī consortio fidelium alienū esse, resipiscet forsan, ita sanè scribit Origenes in libro Iudicum: De ecclesia per sacerdotem pellitur, vt notatus ab omnibus erubescat: & cōuerso eueniat ei illud, quod sequitur: vt spiritus salvus fiat in die Domini. c. audi denique. 11. q. 3. tex. optimus in c. corripiantur. 24. q. 3. Fœlix etenim dr illa necessitas, quę nos ad meliora perducit. Quod si excommunicatus cōtemnens excōmunicationem pœnitere negligat, ac eius cor fuerit indu ratum excommunicatio ei erit lethalis: non medicinalis: & tñ adhuc dicetur medicinalis pœna: quia erit excōmunictio medicinalis reliquis ecclesię membris, & per eam consulitur incolumitati totius reliquę cōmunionis. vnum. n. pecus morbidum omne pecus inficit: atq; ideo pecus morbo infecto reſecandum est, & sequestrandū, ne reliquas contractu suo inficiat oues. Nec ex ea causa pastor iudicatur crudelis: sed priusimō crudelis esset, & si pecus morbo infectum à grege minimē segregaret. Sic sanè Diuus Ambrosius super Psalmum centesimum decimo octauum, de excommunicatione loquens inquit, rectè ergo & sacerdos vulnus, ne latè serpat, à toto corpore Ecclesię, quasi bonus medicus debet abscindere, & prodere virus criminis, quod latet. Idem Ambrosius. li. 2. de officiis, c. 27. cum dolore amputatur, etiā quę putrerit pars corporis, & diu tractatur, si potest sanari medicamentis: si non potest, tunc à medico bono abscinditur: sic episcopi affectus bonus est, vt optet sanare infirmos, serpentia auferre vlcera, aduerare aliqua, nō abscindere, postremo, quod sanari non pōt, cū dolore abscindere. hactenus Ambrosius. Gratianus item in dict. capitul. corripiantur.

piantur. 24. q. 3. citat diuum Augustinum in hæc verba, Pastoris tñ necessitas habet, ne per plures serpant dira contagia, separare ab ouibus sanis morbidam, ab illo cui nihil est impossibile, ipsa forsitan separatione sanādam. Idē Gratianus ea quæstione vtitur Hietonymi testimonio in c. resecandæ in hunc modum scribens. Resecāde sunt putridæ carnes, & scabiosæ oues a caulis repellēdæ, ne tota domus, massa, corpus, & pecora ardeāt, corrumpantur, putrescant, & intereant. (His Vlpianus suffragatur in l. congruit. ff. de offi. præt.) Quib. equidē authoritatib. rō constat quare excommunicatio medicinalis est, & vere medicinalis dr. Imo & reliquæ pœnæ in Republica statutæ aduersus homines facinorosos, si ipsius cōitatis vtilitatē consideremus, medicinales sūt, non ipsi, cui imponuntur, sed alijs, qui punitorum exēplo territi delinquere minime audēt. Cle. 1. de off. ord. c. irrefragabili. eo. tit. c. ad liberandum. de Iudæ. c. 2. de calum. c. quapropter. 2. q. 7. idēj eleganter adnotauit D. Tho. 1. 2. q. 87. ar. 7. sunt, & ad idem pulchra Aristotelis verba li. 2. Eth. c. 3. omnem actionem inquit, sequitur vt voluptas, vel dolor, idcirco virtus circa voluptates, & dolores versatur. indicant id punitiones, quæ per dolores adhibentur, sunt. n. medicationes qdā, at medicationes p ēria fieri consueuerunt. Hæc Aristoteles. idē Plato Dialog. 5. de legib. & idē in Gorgia & in protagora. Io. nē Stobæus sermone 42. Vnde colligitur manifeste, pœnas quaslibet esse Reipublicæ, & cōitati, eiusq; membris in hoc medicinas, q̄ homines ex rū timore abstinebūt a criminib. committendis, quod maxime apparet experimento cum in oīb. bene institutis cōitatib. potissima pars publici magistratus in hoc versetur, vt delicta iustis puniantur pœnis, alioqui libera daretur delinquendi licētia, nec tuta esset iter improbos innocētia c. factę sunt leges. 4. dist. Sed & mors ipsi ab ipsis, qui primum constituerunt, non ut malum sontib. impositum est, sed tāquā præsidium, & loco medicamenti pro illis, qui malitia absolui, & liberari nequeunt, vt hoc saltem modo, qñ aliter fieri non potest in præsentia liberati malitiæ vinculum effugiāt, lecuti ex Eusebio tradit. Io. Stobæus Serm. 44. 1

Hinc par est, vt expendamus, an verum sit, quod pleri quę ex nostris adnotarunt, præsertim Io. And. & Dom. in c. Roma. ff. tit. Iaſ. in l. quod iussit. ff. de re iudic. nu. 10 41 Io. Lupi in c. per vestras. §. 18. nu. 14. asseuerantes, iu dicem non debere ferre sniam excōicationis in eum, quē scit, aut verisimiliter suspicatur minime pp eam pœnitentiam acturum, & ab illa contumacia cessaturū catholica respicientia. Etenim hæc sola falsa est, lecuti apparet ex his, q̄ mō notauimus. Nā excōicatio non est ex eo tñ medicinalis, quod medelam inferat ipsi cōtumaci, & peccatori, sed quia adhuc reliquis ecclesiæ mēbris medeatur. Denique horum authorum sola tunc erit admittenda, cum Iudex viderit, excommunicationem minime vtilitatem ipsi excommunicando aliaturam, imo suspicetur magis indurandum cor ipsius per excōicationem. tunc etenim poterit supersedere huic censuræ, quemadmodum colligitur exc. prodesse. & c. sequenti. 23. q. 5. blandis. n. tunc verbis est alliciendus peccator, vt ecclesiam audiat, non asperis irritandus, vt magis contumax efficiatur. Atq; ita hanc cōnem absoluendam esse censent Abb. in c. ab excōicato. de refer. Fel. in c. Apostolicæ col. 4. & 5. de exceptionib. Tho. in 4. dist. 19. ar. vl. sub q. 2. Excommunicationis erat & olim vestigia quędam apud Gentiles, cuius & nos meminimus li. 1. Var. resolu. c. 18 nu. 5. tradiq; Tiraq. li. 1. de retract. §. 1. gl. 9. nu. 275. sed & apud Sophoclem Oedipusia Tyranno Homicidæ, qui Regem Laium occiderat, comminatur exilium a Thebarum imperio, edixitq; ne quis eum ad familiare colloquium, lecue admitteret. sed & apud Platonem libro 9. & 10. de legib. multa comperiet lector excōicatiōis vestigia, q̄ illi ēt adnotauit Ficinus

EX §. SEQVENTI, SVMMARIVM.

1 *Communio cum excommunicatis prohibita est iure non tantum humano, sed diuino.*
2 *Romanus pontifex, an possit dispensare, aut permittere, quod cōicet quis cum excommunicato? & nu. 7.*
3 *Romanus Pontifex an possit licite absque peccato communicare cum excommunicato?*
4 *Princeps, an teneatur seruare leges humanas, vel sit ab eis solutus?*
5 *Papa, an teneatur semel in anno confiteri?*
6 *Confessio Sacramentalis, est ad salutem necessaria, iure que diuino instituta.*
7 *Quibus casib. iure diuino teneatur quis omnino confiteri: præsertim an eo tēpore, quo sumere vult Eucharistiam?*
8 *Martinus an possit licite communicare cum vxore excommunicata?*
9 *Contractus factus cum excommunicato, validus est.*
10 *Communio cum excommunicato ad eius spiritualem salutem iure permittitur.*

§. PRIMVS.

EPTIMO loco, vt eandem excōmunicationis definitionē amplius aperiamus, & quot inferat hæc a cōione ecclesiæ segregatio nocumenta explicem", deducit a proxime notatis, excōicatū vitandū fore ab alijs fidelib. nec eis excōicādū esse. hoc pbat multis, præsertim Mathæi c. 18. Si ecclesiā nō audierit, sit tibi tanquā ethnicus, & publicanus. Prima ītē ad Corinth. c. 5. Si is, inquit Paulus, qui frater nominatur inter vos, est fornicator, aut auarus, aut dolis seruiens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cum huiusmodi, nec cibum sumere. & rursus ad Thessalonic. 2. capit. 3. dixit, quod si quis non obedierit verbo nostro per epistolam, hunc notate, & non cōmiscearmini cum illo, vt confundatur. & Io. 2. c. 1. ita admonet, si quis venit ad vos, & hāc doctrinā non affert nolite recipere, eū in domum, nec aue ei dixeritis. q. n. dixerit illi Aue, cōicat in eis operib. malignis. Ecce prædixi vobis, vt in die domini non confundamini. Ex quib patet, non esse communicandum cum excommunicato, nec hospitalitate, nec familiari colloqo. Hoc ipsum admonet Calixtus Papa & martyr in epistola ad omnes Galliarum episcopos, dicens, Excōicatos quoq; a Sacerdotib. nullus recipiat ante vtriusq; partis iustam examinationē, nec cum eis in oratione, aut cibo, aut potu, aut oculo communicet, nec Aue eis dicat, qa quicunq; in his, vel in alijs prohibitis sciēter excōicatis cōcauerit iuxta Apostolorum institutionem, & ipse similiter excommunicationi subiacebit. Hactenus Calixtus, cuius Gratianus meminit in ca. excōicatos. 11. q. 1. idem fere tradit tex. in c. super hoc tit. c. 2. de exceptionib. quib. in locis prohibetur communio cum excommunicatis in oratione, osculo loquutiōe, & cibo, ac potu est & ad hoc ex Chrysostomo tex. in c. ad mensam. 11. q. 3. qua in q. Gratianus ipse plures tradit authoritates, quibus communio cum excommunicatis prohibetur. Quib. accedit Regia lex 34. tit. 9. partit. 1.

Hinc deducitur, communionem cum excōicatis prohibitam esse iure diuino legis Euangelicæ. id patet ex d. c. Matthæi 1. & alijs Pauli, ac Ioannis Apostolorum. Iocis. Hanc opinionem tenent Thomas in Pragmatic. sanctio. tituło. de excommunicat. non euitand. anuerio. nib.

Fel.post alios in c.nulli,de sen.exc.& Theologi.qui no
stra ætate aduerius Lutherum scripsere.Illud tñ est hac
in re obseruandum,lege Euangelica prohiberi cõsonẽ
cum excõicatis in his quæ ad diuina pertinent.in alijs au
tem prohiberi lege humana.Etenim in Euangelio illa
cõicatio prohibetur,quæ vere & proprie Christianorũ
ẽ,& spũalis,respicit& ne illa,q̃ circa diuina ꝛtingit,au-
thore Thoma in additionib.ad 3.par.q. 23.art.3.igitur
cõicatio in diuinis est cũ excõicato ꝓhibita ege Euan-
gelica,nõ I alijs,sicuti Io.Maior.I 4.dist.18.q.4.& Dri
do.in li.de libe.Christiana pagina 117. Huc pinẽt mul
ta,q̃ in pcitatis paulo ante locis frequẽtissime a uiris san 4
ctitate & doctrina celeberrimis traduntur.

Vsue solet a nostris in c.nulli eodem ti.disputari,pos
sitne absq; priuilegio Romani Pontificis habere ius
communicandi cum excommunicatis?& tandem Pa
nor.post alios in d.c.nulli.in ea est sententia, ut opinet
non posse Romanum Pontificem sine causa alicui per
priuilegium permittere q̃ cõicet cum excommunica-
tis maiori excõicatione.idq; affeuerat authoritate text. 2
in d.c.nulli,& in c.15.excommunicatos.de priuile. qb.
minime probatur hæc assertio.Nã inibi tñ constat mo
nachos,& alios vtcunq; exẽptos,& priuilegia generalia
habentes,teneri ad eundum excõicatos,quia priuile
gium generale exemptionis a iurisdictione episcoporũ,
non tendit in hoc,vt non teneantur hẽntes hoc priuile
giũ vitare excõmunicatos ab ipsis episcopis,& eccle-
siã pelatis.Vñ nõ obstat ꝓbat cõn conclusio ĩ dictis locis.

Qua ratione ipse distinguerem in hac q̃.Etenim aut
agimus de cõicatione in diuinis,& opinor,non posse Pa
pam dispẽtare,nec cuiquã permittere,q̃ cõicet cũ ex
cõicato maiori excõicatione.Nam licet possit summus
Pontifex ius diuinum interpretari, profecto illud non
poterit quacunq; ex causa tollere,nec p dispẽsationem,
nec per priuilegium,sicuti iã admonuimus non semel,
sed præsertim in Epitome ad quartum lib.decre.2. par.
c.6.§.9.nu.*.dic sane nec vlla ex causa dispensatio in
hoc iustificabitur,licet interpretatio possit uim, & effe
ctũ habere,maxime authoritate Romani Pontificis, q̃
tamen legem diuinam tollere non potest.c.cum infe-
rior.de maiorit.& obedient.Et hæc quidẽ in hunc sen
sum accipienda sunt,vt ex privilegio Romani Pontifi-
cis minime peccati culpam effugiat,qui in diuinis cõi-
cat cũ excõicato maiori excõicatione, tametsi huius
priuilegij causa immunis sit a pœna iure politiuo statu
ta ꝛ cõicantes cum excõicatis,nempe minori & cõica-
tione,ꝛ minor excõicatio iure humano infligitur cõcã
tib.cum excõicatis,quod Fel.sensit in d.c.nulli. & com
probari poterit ex his,quæ non tradidimus in Reg. Pec 5
catum.de reg.iur.2.parte.§.7.nu.9.

His accedit adnotatio gl.in c.li inimicus 93.dist.& in
d.c.nulli.vbi Panor.& alij ex ea colligunt, Romanum
Pontificem communicantem cum excommunicato,
non incidere in excommunicationẽ minorem.Etenim
id non alia ratione procedit,quam quod excommunica
tio minor,quæ communicantib.cum excõicatis induci 5
tur,pœna sit iuris humani,& politiui.Nec refert ad hũc
effectũ,q̃ papa cõicauerit cũ excõicato in diuinis,vel
in ꝓfanis,& alijs humanis colloquijs, licet nec ipse Pa
pa valeat a peccato excusari,si abiq; iusta causa cũ excõi
cato vtcunq; communicauerit,quemadmodum sensit
gl.in d.c.nulli Panor.in c.cum desideres.hoc tit.& Sylu.
verb.excommunicatio.5.versi.primum dubium. Nã si
Romanus Pontifex communicet cum excommunica
to in diuinis,peccabit,quia ea communicatio est lege di
uina prohibita,q̃ si hæc communicatio in humanis cõ
tigerit absque causa,quidam forsan opinabuntur, ip-
sum papam non peccare,ex eo,quod legi politiuæ mi-
nime subijciatur,text.l.princeps.ff.de legib.c.propoluit
de concess.præb.l.omnium.C.de test. Nos contrarium
sententiam veriorem esse arbitramur,quam ex rõ po-
tissimum adstruit,& comprobat,q̃ licet princeps sum-
mus agens contra ipius legem,& humanam principũ
constitutionem nequaquam reus sit illius humanæ le
gis violationis qppe q̃ nõ teneaꝛ ipũ legis humanæ vi
coactius,vt obiter hic vtar dictione,nec ratione huma
ni præcepti,tenetur tamen vi quadam directiua,& quę
principem ratione ad rectum dirigit humanæ constitu-
tioni.etiam a seipso latæ seipsum submittere. quod
probatur in l.digna vox.C.de legib.c.iustũ.9.dist.Ratio
liquidem naturalis dictat,principem legem illam fer
uare debere,quam is tulerit.c.cum omnes de constitut.
Qua ratione quo ad Dei iudicium princeps non est ab-
solutus a lege,quã ipse tulerit quo ad vim legis directiu-
am quo principem in id dirigit, quod facere tenetur,
deniq; turpe apud principem, Reipublicæ caput,est q̃
non conueniat eius communitati.idcirco probatissimũ
hoc esse existimarunt D.Th.1.2.q.96.ar. 5. & ibi opti-
me Caietan.Fel numero 24.& Dec.numero 14.in capi.
de constitut.Fortun.in l.1.numer.11. ff. de pact. Ludo-
uic.Gomez.in regul.de infirmis resignanti. quæstione
prima,column.2.quibus suffragatur text. in capitul.iu-
stitiæ.& in capitulo.vltim.25.quæst.1. sunt, & ad idem
quam plura testimonia,ex sacris præsertim libris. Et
enim Matthæi cap.23.Christus Iesus pharisæis impro-
perat,q̃ onera grauia alijs imponant,ipsi vero nec digi
to velint ea mouere.Huc pertinet Catonis sententia,Pa
tere legem,quam tuleris. Illud item quod Plato docet
de legib.dialogo 4.interim.n.inquit, paratum exitum
ijs ciuitati video,in qua non lex magistratib. sed legi
magistratus præsunt.Salutem uero illis,vbi lex seruiẽtib.
magistratib.dominatur idem refert Ioan. Stobæus ser-
mone 42.Ad Ro c.2.diuus Paul.satis hanc conclusionẽ
confirmat,ꝛpropter quod inexcusabilis es ô homo om
nis,qui iudicas.In quo.n.alterum iudicas, teipsum con-
demnas,eadem.n.agis,quæ iudicas, exitimas autẽ hoc
ô homo,qui iudicas eos,qui talia agunt, & facis ea, q̃
tu effugies iudicium Dei?Hæc & alia ad hanc rem inibi
Apostolus docet.vnde Nathan propheta, quõ maiore
Dauid Regem pudore suffunderet,sua ipsum de aliena
persona lata sententia condemnauit.3 Regem,c.21.ibi
noster Bal.insigniter in l.2.col.8.C.de seruit.& aqua.sci
bit,principẽ esse animal rationale,politicum, & morta
le politicum,& mortale,atq; ideo,licet is solutus legib.
sit nõ tñ a dictamine rõnis,qđ multis in locis,vt in emo
rabile dictũ cõmẽdat,sed pceteris a Cor.conb.63 col.2.

Vñ & illa solet discuti q̃an teneatur Roman. Pont.
omnino semel saltem in anno confiteri propria peccata
sacerdoti?quam tetigere,ac tradidere gl.in c.sane de of
fic.delegat.ubi Dec.in fine.gl.in c.nemo 9.q.3. Dom.c.
iustum.9.dist.Io.And.in c.omnis vtriusq; de pœn. & re
miss.idem & Panor.nu.14.in c.significasti.de foro com
peten.Fel.in d.c.sane.idem in c.1.de consti.4 Fallent.Syl.
in ver.confessio.2.q.6.Theologi in 4.sent.dist.17. Mar
tinus ab Azpilcueta in princ.de pœniten.dist.5. nu. 32.
& in c.placuit.de pœnit.dist.6.nu.14.ex quibus illa con
stat resolutio,summum Pontificem teneri ad hanc con
fessionem,quæ sacerdotib.secrete fit, in omnibus illis
casib.quibus a iure diuino est instituta, & præcepta, ta-
metsi minime teneatur præcise semel in anno cõfiteri
iuxta præceptum humanæ constitutionis in d.c.omnis
vtriusq;.Non enim tenetur ad hanc confessionem ipse
papa quolibet anno secundum receptiorem sententiã
eorum,qui paulo ante sunt a me nominatim citati.quo
rum quidẽ opinio in hunc sensum mihi placet,vt rõne
præcepti humani,ex eius vi cogente,nõ teneat summ'
Pontifex semel in anno præcisẽ confiteri,opinor tamẽ
eum omnino ad hanc teneri confessionem,tẽpore statu
to in

to in d.c.omnis.ex vi illius Canonis directiua, ratione
sanè naturali,quæ docet principem legib.etiam huma
nis subditum esse.Nec dubitarem ipse, inspecta grauita
te huius rei,summũ ecclesiæ præsulem mortali culpa
no tandum fore,si saltẽ semel in anno minime propria
peccata mortalia sacerdoti confessus fuerit.Sentit hanc
opinionẽ Dec.in d.c.sane.ad fin.de offi.deleg.cuius sane
ꝛclusiõis rõne obiter hoc in aliquot ꝛclusiones exponã,
quo facilẽ lector intelligat, qd sit uere in hac q.rãdẽdũ

Prima conclusio.Confessio exterior,q̃ olim pecca-
torũ mortaliũ sacerdoti secrete fit,necessaria est ad salu
tẽ ex Christi institutione.Hæc probatur Io.20.Sicut mi
sit me pater,& ego mitto vos.Accipite Spiritũ sanctũ,
quorũ remiseritis peccata,remittentur eis,quorum re-
tinueritis,retenta sunt,Matthæi capitulo. 16. Tibi da- 7
bo claues regni cœlorum,& quodcunq; solueris sup ter
rã,erit solutum & in cœlis.Etenim si a Christo Iesu sa-
cerdotes acceperunt prãtem remittendi peccata, & ab
eo sunt constituti iudices ad remittenda peccata,ꝛsequi
tur lumine qdem naturali,nõ posse hoc iudicium exer
ceri per eos absq; cognitione peccatorũ.ignorabit pla-
ne sacerdos,an debeat remittere pctã, an retinere, nisi
eadem ei fuerint manifesta.Item & Iacobi c.5.cõtemi
ni alterutrũ peccata uestra.ex quib.hæc est catholica ꝛ-
clusio,atq; ita definitũ extat aduersus hæreticos in con
cilio Constantiensi,quo loco damnantur errores Vvi-
cleff.& in concilio Florentino sub Eugenio quarto, idẽ
in Tridentino,sessione sexta,c.14. Huiusq; confessionis
sacrãlis,& q̃ sacerdotib.sit,meminere Origenes,Basilꝰ,
Diony.& alij ecclesiæ catholici doct.quorũ authorita-
tes tradidere ꝛ Lutherũ Roffensis,ar.8.& 9.Eckius ĩ En
chiridio c.8.idẽ in Homilia.41.de sacro.Alfonsus a Ca-
stro de hæretib.in verb.confessio.Alb.pighius in cõtro
uersia.9.c.de peccatorũ confessione.& lib.2.de eccle sia
stica Hierar.c.7.& 8.Io.Arbo.li.1.Theologiæ,c. 21.&
compendium concertationũ ꝛ Lutherũ,ar.15 Cõciliũ
Colonien se tit.de confessione.And.a Vega in Concilij
Tridentini defensione li.13.c.27.eandẽ conclusionẽ ꝓ
barũt D.Th.3.par.q.84.ar.5.& q.65.ar.4.& alij in 4.sen.
dist.17.Adr.in 4.sen.in tract.de confessione, in princ. &
Martin.ab Azpilcueta in prin. de pnĩs.dist.5.Melchior
a Cano in Relect.de pnĩa,par.5.ut hinc plane videas in
maximũ incidisse errorẽ glo. in summa de pnĩa,dist.5.
quam ex nostris pleriq; sicuti sunt,maxime Panor.in d.
c.omnis vtriusq;.nu. 18.ex ea asserentes, confessionem
sacramentalem,quæ sacerdotib. sit,iure humano insti-
tutam esse,qđ & improbi Lutherani impudentissime
ausi sunt affeuerare,& quidam alij ex antiquis hæreticis
catholicæ ecclesiæ hostibus. 6

Conclusio secunda.Confessio sacrãlis,ita a Christo
instituta est,ut nullũ ei tps certũ definierit,sed'id eccle
siæ sit definitioni relictum.Patet hæc assertio,cum ex solo
iure diuino non possit percipi,ꝓ quo tpe pceptũ illud
de confessione nos obliget.tunc uero obligat, cũ eccle-
sia definierit.Etenim dici vere non potest nos diuino
teneri quẽ ad confessionem illã exteriorem statim cum
peccata commiserit mortalia,vel eorum memoria oc-
currerit,non equidem tenetur,sed tñ tpe iure diuino,
vel humano definito,secundum Thomam,& omnes ĩ
4.sen.dist.17.q.3.ar.1.q.4.falluntur itẽ qui existimant,
confessionem iure diuino,tantum semel in vita faciẽdã
esse,cũ impossibile sit semel in vita de oib.peccatis cõ
fiteri pp oblitionẽ hominũ.facilem.idcirco integritas
confessionis plurimum fraudaretur,cuius illud est ꝓ-
prium,quod omnia peccata mortalia quis confiteatur?
Hæc deniq; certa sunt,licet Inn.in d.c.omnis vtriusque
& Archan.in d.c.cum de pœnit. dist.5.teneri, obligã
ri homines ad statim confitendum.

Tertia conclusi, iure diuino tenẽ quis a mortali

confessionem in periculo mortis,hæc est cõis omnium
Theologorum sententia in d.17.dist.& Hadr. in tract.
de confessione.§.3.Sylues.verbo confessi.1.q.2.tex.op.
in c.cum infirmitas.de pœnit.& remi.qua in re oportet
aduertere ad hunc effectum,periculum mortis tunc ue
re dici,quoties frequenter solet mors contingere,& ꝓ-
babili suspicione timetur,quod arbitrio viri prudentis
cõmittendum est.Nã ꝓbabilis,& iusta mortis suspicio
pp periculum admodu frequens,hanc obligationem ex
ratione iuris diuini constituit,ut Palud.in dicta distin-
ction.17.& ibi Ioann.Maior.q.2.explicarunt, Veget si-
quidem eo tempore necessitas expurgandi animam a
morbo spirituali,ne eo contaminata exeat a corpore in
æternam damnationem.

Quarta conclusio.Iure diuino tenetur quis morta- 7
lia peccata sacerdoti confiteri eo tempore,quo uelit eu
charistiæ sacramentum assumere,nec sufficit ad hoc ve
ra contritio cordis.Hæc cõstat testimonio Pauli ad Co
rint.1.c.11.Nam cum is dixerat,Probet aũt seipsum ho
mo,& sic de pane illo edat,subunxit,qui.n.manducat,&
bibit indigne,iudicium sibi manducat,& bibit. quibus
verbis expressit,illũ indigne manducare,qui prius non
se probauerit,atq; discusserit.Hanc vero discussionẽ fie
ri debere per confessionem istam exteriorem,q̃ sacerdo
tibus,multis ostenditur,& primo authoritate consuetu
dinis universalis,quæ ab exordio ecclesiæ catholicæ ita
fieri obtinuit.Nam & hæc sufficiẽs exhibet testimo nũ
authore diuo Aug.4.libe Baptismo aduersus Donati-
stas,c.23.si quisquam,inquit,in hac re authoritatem di-
uinã quærat,quod vniuersa tenet ecclesia, nec Cõciliis
institutum,sed semper retentum est,non nisi apostolica
authoritate traditum,rectissime traditur. Hanc autem
consuetudinem ab initio ecclesiæ seruatam fuisse, testis
est Sozomenus li.9.initio.tripart.c.35.

Item diuus Augustinus,hanc conclusionem ꝓbat in Epi
stola ad Comitem Iulianum de salutarib. documentis
c.33.quãdo,inquit corpus Christi accipere debemus,an
tea ad cõfessionem debemus recurrere, si peccata ob-
noxia in nobis seuerimus,ne cum Iuda proditore dia-
bolum intra nos celantes pereamus.Hæc & alia ad hanc
rem inibi,quæ maximæ huic seruiunt disputationi.

Author itidem libri de ecclesiasticis dogmatib.iure is
fuerit Augustinus,siue Gennadius,c.53.quem mortalia
inquit,crimina post baptismum cõmissa premunt, hor
tor prius sacerdotis iudicio reconciliatum,communio
ni sociari,si vult non ad iudicium,& condemnationem
sui eucharistiam percipere.

Cyprianus Martyr beatissimus manifeste huius sentẽ
tiæ author est in sermone 5.de lapsis,vbi Eucharistiæ cõ
munionem adsumi absq; præuia peccatorum ex omolo
gesi,& sacramentali confessione,temeritatem appellat
cõtra domini ac Dei legem,& contra Euãgelij uigorẽ.
Idem Cyprianus in Epistol.18.& 54.tertij libr hoc ip-
sum affeuerat.

Leo deinde Papa in Epist.69.ad Theodorum episco
pum Foroiulensem,c.multiplex.de pœn. distinctio. 1.
Mediator,inquit,Dei,& hominum hanc præpositis Ec
clesiæ tradidit potestatem, vt confitentib. pœnitentiæ
satisfactionem darent,& eadẽ salubri satisfactione pur
gatis,ad communionem sacramentorum per ianuam
reconciliationis admitterent.

Hanc ꝓ ercã necessitatem confitendi peccata mor-
talia ad Eucharistiæ sacramẽtũ percipiẽdum,permittit
tex.in d.c.ea.omnis vtriusque texus.de pœniten. dum
ex eo ubigat semel in anno ad confitẽdũ peccata, qđ
semel indẽ in anno Paschæ tpe ad eucharistiæ sumptio
nem Catholicos obligauerit. Qua argumentatione D.
Thomas vtitur in loco statim citando, tametsi cer-
tum,ac verum sit, oportere ante Eucharistiã confiteri,

quotiescunq; illâ est hõ percepturus, non tñ ex illo præcepto concilij Lateranẽ lis in d.c.omnis sed ex l.diuina, siue in Pascha, siue quocunq; alio tpe Eucharistia sumẽda sit. Nec tñ in illo c.omnis. Inn.3.êt si limitasse videbatur p̃ceptũ cõionis ad paschale tps, non ité p̃ceptũ confessionis ad, id tps restrinxit. Igitur duo p̃cepta ꝓtinent̃ separatim p̃ceptũ quidem de semel in anno constituendo ad nullũ certũ tps restrictũ, p̃ceptũ ité de adsumenda semel in anno Eucharistia ad tps certũ. i. Paschale limitatũ, qđ explicat elegantèr Melchior a Cano Salmanticẽ lis in Relect.de pœn.1.parte, fere ad finẽ, ex hoc deducens, non teneri, quẽ p̃cisè ad confessionẽ istam tpe Paschæ imo sufficere, vt satisfaciat p̃cepto de confessione, q; qualibet anni parte confessus fuerit pctã propria, mõtpe sumendæ Eucharistiæ, si quod mortale crimen cõmiserit post confessionẽ, illud confiteatur. idem not. Ioan. Maior. in 4. sen. dist. 17. q. 2. col. pe. est tane satis expressim in concilio Colomensi, titul. de confessione c. quod generalis.

Eandem opinionẽ. q; iure diuino sit necessaria confessio sacr̃alis eo tpe, quo sumenda est Eucharistia, tenent Hugo de S. Victore in li. de Ecclesiast. potest. ligandi, atq; soluendi. Gabriel in canone missæ. lect. 7. Th. in 4. sen. dist. 17. q. 3. ar. 1. q. 4 & ibi Palud. Maior. q. 2. & alij frequentissimæ. gl. in c. de hom. de celebr. miss. Sylue. in verb. confessio, 1. q. 2. & verbo, Eucharistia. 3. §. 14. Melchior Cano in d. Relectio. 5. par. Alfonsus a Castr. de hæresib. in verb. Eucharistia. 10, errore Ambr. Cathar. li. 5. aduersus Caiet. c. adnotaui Martinus Azpilcueta in prĩ. de pœn. dist. q. ex 2. par. gl. nu. 31. ex quib. constat, hanc sñiam cõi cõium Theologorũ suffragio, & eccl̃e catholicæ pluetudine receptã oĩno esse. qđ fatet hac de re late disputãs Io. a Medina in. C. de pœn. tract. 2. in c. de cõfessione ꝑmittenda sumptioni Eucharistiæ. êt si Caiet. in 3. par. q. 80. ar. 4. & in summa, verb. cõio. & 1. ad Conin. c. 11. asseueret, non obligari quẽ ad confessionẽ sacr̃alem, nisi semel in anno, êt eo tpe, quo sumere vult Eucharistiæ sacr̃m. idemq; prius senserit Ricard. in 4. sen. dist. 17. ar. 3. q. 6. tenuerunt Palud. ibi q. 2. Had. in materia de cõfessione q. 3. Panor. in d. c. de homine. non esse mortale pctũ sine confessione ad Eucharistiam accedere, si hõ alias contritus sit, quod & Caiet. ipse contendit. quorũ sñia periculosa est, atq; iõ minime tenenda, nec cõstituẽda inter eas sñias, quæ probabiles a Theologis solent cẽseri, præsertim post Synodum Tridentinam cuius extat hæc de re canon. vndecimus ex c. 8. de sacro Eucharistiæ. in hæc verba. Si quis dixerit, solã fidem esse sufficiẽtem præparationem ad sumendum sanctissimæ Eucharistiæ sacr̃m Anathema sit. Et ne tñ sacr̃m indigne, atque ideo in mortem, & condemnationem sumatur, statuit, & declarat ipsa sancta Synodus illis, quos conscientia peccati mortalis grauat, quantuncunq; ét se contritos existiment, habita copia confessoris, necessario præmittendam esse confessionem sacramentalem. Si quis autem contrarium docere, prædicare, vel pertinaciter asserere, seu publice disputãdo defendere præsumpserit, eo ipso excommunicatus existat.

Quinta conclusio. Iure diuino tenetur quis ad confessionẽ peccatorum mortalium ratione periculi carendi confessore, quem nunc habet, nõ habiturus tpe necessario. Hæc indem est omnium consensu recepta sententia in dist. 17. 4. sent. vbi in specie Palud. Io. Maior. & Had. in d. q. 3. Ang. in summa in verb. confessio. 1. q. 31. Florent. 3. par. tit. 14. c. 19. §. 3. Sylu. in verb. confessio. 1. 2. q. Melchior Cano in d. relect. de pœnit. 5. parte, fere ad finem. quo in loco doctissime hunc in modum distinguit quædam præcepta sunt homini, ad certum, & determinatũ tempus implenda, vt de ieiunio quadragesimæ, aut vigilia alicuius festi, & ciusmodi non esse necesse ꝓcenire, etiã si existimemus impedimentum legitimũ nos habituros tpe, quo fiat implenda. Alia vero p̃cepta sunt sine determinatione temporis, quæ videlicet nos obligant, vt aliquando impleantur, latẽ semel in uita ut sunt media ad salutẽ necessaria, atq; præcepta, quæ de hmõi feruntur, ante uertere necessum est, ut de baptismo de pœnitentia. Imo qui nusquam in vita Eucharistiã accepit, credens futurum periculum mortis, nec habiturum se Eucharistiæ copiã, præuenire debet, cum habet copiã, nam tenetur latẽ semel in vita illud p̃ceptum implere.

Hæc deniq; adduximus, quo apertius ꝓbarem̃ summum Pontificem teneri quidem sub grauissimi criminis, & peccati reatu saltem semel in anno confiteri sacerdoti peccata mortalia, & idẽ dicimus de sumptione Eucharistiæ in Pascha, aut tpe iure humano alioqui definito, eáq; conclusionẽ duabus rationib. adstruimus. Prior quidẽ a vi directiua iuris humani deducitur, sicuti supra commemorauimus. Etenim fatemur summũ principẽ non subijci legib. humanis, quo ad earũ vĩ præcisè cogentem, aut coactiuam, attamen negamus eum eximi a legib. humanis quo ad uim directiuam, q̃ procedit à lege naturali, & eius ratiõe, simul & a lege humana. Ratio etenim naturalis dictat principem teneri ad seruandã legem illam, qua eius subditis indixerit. Eadẽ siqdẽ rõ, quæ iustam effecit principis legẽ quo ad eius cõmunitatem ꝓplane arguit, principem teneri ad eiusdẽ legis obseruationẽ, & cũ dirigit ad hunc iustitiæ tramitẽ, ut cõueniat cũctati, & existimet, legẽ sibi iustã esse, quã proprijs subditis iustissimam fuisse censuit. Posteriori rõi de colligitur, q; præceptum de annua confessione, licet aliqua ex parte humani iuris sit, non omnino diuini vere sit diuini iuris limitati per humanum, ita quidẽ vtriusq; iuris violatio vnicum pctũ est, qm̃ ambo illa præcepta vnicum actum iniungunt, & alterum est alterius determinatio. Nec me latet potuisse ecclesiam lõgius, aut breuius tempus confessioni sacramentali definire, id tñ lege vniuersali fieri potuit, & potest, sed semel constituta lege vel seipsum, vel aliũ ab ea fine causa, & in hac ꝑticularissima, iustissimaq; ꝓpter vim admissam diuinæ legis, minime licet principi summo, cius libenter subiturus censuram, non temere contendimus.

Prolixius profecto, quam propositæ materiæ ꝓueniebat, qõnẽ ità tractauimus, quod lector facillime condonabit. Id etenim ea ex causa fecimus, ut conclusionẽ, quã de cõmunicatione in diuinis cũ ipso excõicato Ro. Pontifici permittenda, fortius comprobauimus.

Quod si tractemus de communicatione cum excõicato in humanis, & temporalib. ea iure humano est interdicta, atq; ideo poterit summus Pontifex ex causa eã permittere absque vlla culpa, vel priuilegio, vel lege lata q; sine causa eam perm̃serit malè faciet, nec immunis erit a culpa, quamuis pœna iuris positiui aduersꝰ communicantes cum excommunicatis statuta remissa ex hoc censebitur, sicuti superius scripsimus, & notat Fel. in c. nulli. de sententia excom.

Sic iura Pontificia plurib. in casib. permisere cõicationem cum excõicatis, quorum mentio fit in c. quoniam multos. & alijs eiusdem q. capitib. 2. q. 3. c. cum desideres. c. si vere de sent. excommu. l. 53. tit. 9. par. 1. & ubique iuris Pontificij interpretes, ac Theologi præsertim Ange. Sylu. & Caiet. in Summis. Horũ autem canonum causa aliquot hic breuiter attingam, quo manifestior sit eorum intellectus.

Est etenim rãsum in d. c. quoniam multos. vxorem absq; periculo posse communicare cum excommunicato marito. etenim controuertitur, an maritus itidẽ possit cum vxore excommunicata cõicare & glo. inibi tenet non posse. maritum cum vxore excommunicata cõmunicare. Idem not. Ioan. Mona. in cap. statuimus, à supra eo. Sylue. post Goffredũ, Summam Rosellã & alios in verbo, excõicatio. 5. notab. 2. regia lex. 34. tit. 9. par. 1. ea quidem ratione q; uir facillime possit vxorem inducere, & compellere, vt ab excõicatione recedat. Idẽ tenet Holt. in summa, hoc tit. §. & quæ sit pœna verbe. lex excusat. quorũ sñia mihi non placet imo ꝓriam iure veriorem esse censeo, vt tandem eodem iure maritus cõmunicans excõicatæ vxori immunis sit à pœna statuta ꝓcõicantes cũ excõicatis. quã sñiam tenuerant veteres qđ, vt testatur Holt. quos sequunt̃ Ang. in Sũma, verb. excõicatio. 8. q. 8. Had. in 3. sent. in tract. de clauib. q. 3. exceptione 6. Io. Driedo, de liber. Christ. pag. 241. quib. suffragatur rõ a societate, & cõione deducta, cũ loci pol sit cõicare sociũ excõicatũ. gl. in c. 1. 1. dist. cui similis est in c. si uere. hoc tit. in gl. pe. gitur & maritus iure societatis coniugalis poterit cõicare cum vxore excõicata. qđ & Car. a Turrecre. ꝓbat in d. c. qm̃ multos. Nec obstat rõ in ꝓriũ adducta. etenim ex ea opinor maritũ grauiter peccare, si negligerit is vxorem iure maritali corrigere, & auertere ab illa contumacia, cuius causa fuerit excõicata, attamen non ex hoc sequitur, priuatum esse cõione, & societate vxoris excõicate. & rõ, eum in iuris pœnas incidere, si eidem communicauerit.

Sic & in c. si uere. hoc tit. extra, probatur, licitam esse cõicationem cum excõicato, ad exigendum ab ipso debitã pecuniã aliãue rem quampiam, cum alioqui cõmodum ex contumacia, & delicto consequeretur excõicatus ipse, qua in re illud est in controuersia, an valeat ꝓ
9 ctus cum excõicato factus? & licet prohibita sit cõicatio cũ excõicato maiori excõicatione, & illicita sit, ꝓctus tñ bene valet, & vim habet êt in vtilitatem excõicati, nec .n. in hac spẽ quidquã agit excommunicatus authoritate publicã, nec ad spiritualia pertinens, sed tñ iure, & authoritate priuata actum omnino temporalem exequitur. quamobrem hanc opinionem tenuerunt Inn. & Panor. nu. 55. in c. veritatis. de dolo & cont. idem Panor. in c. ad probandũ. 2. col & ibi Fel. de re judic. Doct. cõiter in c. si uere. de sent. excom. Io. de Selua in tract. de benef. 3. par. q. 4. col. 3. Alfonsus a Castro de potest. legis pẽnalis lib. 2. c. vlt. conclu 2. ad fin. quib. adstipulatur tex. ad hoc celebris in c. fœlicis. de pœnis in 6. §. verũ. Et ꝓterea huic opinioni nihil oberunt quæ in contrarium adduci solent. Nam hic agimus de actib. extraiudicialib. & q priuata authoritate in tpalib. fiuntimo matrimonium contractum ab excommunicato, & religionis professio ab eo facta tenent, & valent, sicuti & nos in Epitome in 4. decret. tradidimus 2. par. c. 6. nu. 3.

Nec cõicatio cũ excõitatis ꝓpter ctus prohibet, imo cõtractus pp cõionis prohibitionem, quæ tamen pœnam hẽt a iure statutã, qua satis ẽ afficere ipsos cõicãtes. cũ excõicatus vero Pœna, q; ctus fit null̃, nullibi in iure statuta est, nec probat, idcirco ist hæc opinio verior appa
1 ret, tametsi contrariam quidam defendere conentur, ꝑ sertim Holt. in d. c. veritatis. & Fort. in l. Gallus. §. & qđ si tantum. ff. de liberis. & posthu. col. 21.

Postremo illud est adnotãdũ, non adeo ꝓsus titioẽ communionem cum excõicatis interdictã esse, vt non
4 tex. intelligi de excommunicatione minori, dum dicit communicãtem cum excommunicato eadem affici & ligari excõicatione, etenim licet canones illi in c. excõicatos. & c. sequen. 11. q. 1. hanc patiantur in similib. verbis interpretationẽ pp subiectã materiam, vt eadẽ excommunicatio intelligat quo ad priuationem Sacrorũ, & eorũ peceptionẽ, & hic minor excõicatio, ca si celeb. de cleri. exco. c. 1. de excep. tũ tex. in d. c. significauit. non'potest vllo pacto ita intelligi, quia & absolutionem huius excõicationis ad Romanum Pontificem pertinere probat, cum absolutio minoris excommunicationis rite obtineri possit a simplici sacerdote, c. nuper. de sent. exco. qua ratione hæc interpretatio minime est admittenda, tametsi gl. eam expouerit in d. c. significauit. quã obtẽ adnotandum erit, communicantem cum excommunicato, maiori excõicatione affici, à solo Romano põtifice absoluendũ, tunc demũ cũ quinquies simul contigerit, q̃ in d. c. significauit. expressim continent. Primum, q̃ excommunicatus, cui communicatur, sit ea censura ligatus à Romano Pontifice iudicialiter, & nominatim, ita q̃ non sit satis, excommunicatum fuisse a Papa sola canonis gñalis. Secundum, q̃ cõmunicans sit clericus. Tertium, q̃ communicet cum excommunicato, sciens illũ esse excõicatũ à Papa. Quartum, q̃ hæc cõicatio contingat sponte, nullo metu, nedũ conditionali p̃missio. Quintũ, q̃ sit cõicatio in diuinis, in ecclesia, vel extra ecclesiã simul orando, aut aliàs. His etenim vna constitutis, colligitur, communicantẽ cum excommunicato, maiorẽ 5 here excõicationem, a solo Romano Pontifice declendã, sm̃ Host. Card. Ant. Abb. & Fel. in d. c. significauit cũ dẽ Fel. in c. excommunicamus. col. 3. de hæret. Arch. in in c. si quis episcopus in conf. 11. q. 3. in fi. Syl. in verb. excõic. 7. casu. 6. Cate. in verbo, excõic. casu. 58. Flo. in 3. par. tit. 24. c. 32. Adrian. quodlib. 6. ad 7. vbi fatef, hanc opinionẽ cõem esse, idem testantur Sylu. in d. ca. casu. 6. & Mart. Soc. in c. ad audientiam. de homi. nu. 25. vnde patet, falsum esse quod gl. dicit plit in d. c. 2. de exceptio. existimãs communicantem cum excommunicato à papa incidere in excõicationẽ maiorem, & hoc ipsum esse ipsle pp authoritatem Romani Pontificis. hic & regia partiarũ lex non recte quæst. illã expedit, dum tit. 9. part. 1. 37. statuit, clericũ communicantem in diuinis vel humanis cum clerico excommunicato à Papa, statim ex hoc ligari maiori excõmunicatione. Hoc etenim vel falsum est, vel intelligendum iuxta eam interpretationem, quam communis interpretum consensus recepit ad
5 tex. in d. c. significauit.

Secundo loco pallim adnotatur, cõicãtẽ cum excõmunicato maiori excommunicatione, vtcunq; contingat cõmunicatio, si ea sit in crimine, pp quod alter fuit excommunicatus, maiori ligari excõmunicatione. text. optimus in c. si concubinæ, & in cap. per. de sent. excommunicationis. Ex quib. hæc frequentissimo omniũ consensu colligitur conclusio, q̃ nta erit accipienda, vt communicat o in alio crimine, cuius cã excõicatio non fuerit inflicta, minime sit sufficiens ad hoc, vt cõmunicans in excommunicationem maiorem incidat, secundum Abb. & communẽ in d. c. si concubinæ. A hac vero excommunicatione is tantum absoluit, qui poterat ab excõmunicatione principali, & in principalẽ lata iure absoluere, sicuti probatur in d. c. nuper. §. in 1. quidem ar. nec per hoc vere concluditur, hanc excommunicationem maiorem, qua communicans in crimine afficitur, esse excommunicationem hominis. non. n. est, sed Canonis, & iuris, licet eius absolutio competat ei, qui rõne criminis principalẽ excommunicauit, quod notant Inno. Io. And. Card. & alij cõiter in d. c. nuper. vbi Pan. fatetur hanc opinionem communem esse, eamque sequif. hoc ipsum probatur in d. c. nuper. in verf. quamuis. n. & tunc dum p dictionem quamuis, ac per dictionem & respondet, minorem excommunicationem, qua communicãs ligat, esse iuris. nam sensit & istam maiorem, quæ pp communionem in crimine imponitur, etiã iuris esse.

Tertio illud generaliter est obseruandum, posse cõicantes cum excommunicatis, qñq; maiori excommuni
6 cationi ligari, si id iudici visum fuerit, seruatis tm̃ his monitionib. q̃ a iure in hac spẽ pro forma fuere statutæ, & inducix, quarũ mentio fit in c. statuimus. & in c. constitutionem. super. isto titu. qua ratione spãle quidem esse vr̃, q̃ in hoc casu excommunicatio lata sine canonica monitione sit nulla ipso iure, q̃d notat gl. inibi communiter recepta in d. c. statuimus. in verb. non teneat. gl. in c. quod in dubijs. de sent. exc. Fel. in c. cũ sit Rom. nu. 15 de appella. id aũt procedit, vbi quis excommunicat participantes cũ excommunicato a seipso, secus si excommicet excommunicantes cum excommunicato ab alio, vel a iure, tunc etenim excommunicatio lata sine monitione, licet sit iniusta, non est nulla ipso iure. Io. Andr. Dom. & Fran. in d. c. statuimus. Abb. & Franc. in ca. peruenit. in 1. de appel. Abb. in d. c. quod in dubijs. col. 1. q̃ existimo satis dubiũ esse. Hic vero tertius casus olim fuit plane per missus in d. c. quod in dubijs in fine, quo quidem statutũ est, communicantes cum excommunicatis posse maiori excommunicatione affici, si monitioni voluerit a communione abstinere. adeo sane est spãlis monitio in hac spẽ necessaria, vt licet alioqui sufficiat monitio gñalis, quoties gñalis excommunicatio ferenda est c. vt. de elect. in 6. Auth. si oẽs. C. si minor ab hære. abstì. cle. 1. de iud. l. 2. C. de decur. notat in simili Fel. in c. 2. de const. nu. 8. & in c. exhibita. de iudic. col. 2. est etenim satis rationi consonũ, q̃ sufficit gñalis monitio ad excommunicationẽ, q̃ aduersus incertos gñaliter ferenda est, tm̃ ad communicationem ferendã aduersus excõicantes cum excõicatis necessaria est monitio nominatim spãlis, nec gñalis admittenda est, quamuis gñaliter sit ferenda excõicatio, atque ita vilum est gl. in verb. nominatim. Io. And. Franco, & Doct. in d. c. constitutionẽ. Sed nihilominus Host. in c. statuimus. sup. eo. existimat sufficere gñalem admonitionem, quoties in genere ferenda est excommunicatio aduersus cõicantes cum excommunicato. idẽ tenet Pan. in ca. peruenit in 1. de appella. quorũ opinionem prax s recedit ita quidem, q̃ monitio gñalis tm̃ semp̃ mittatur p̃ communicantes cum excõicatis, vt tandẽ in eos feratur excõicatio maior. Hinc solet adnotari, communicantem cũ excõicato minime peccare mortaliter. Nã si mortale crimen à cõicante committeretur per communionem, posset facilime maior excommunicatio ferri in communicantes, & tamen hæc ferenda non est regulariter, nec ferri debet, nisi ex grauissima causa, de quo statim acturi sum'.

¶Igitur regulã illã constituimus, quæ hanc assertionẽ exponit. Communicans! cum excommunicatis regu
7 lariter venialem tm̃ nõ mortalem contrahit culpam. hæc probatur in d. c. quod in dubijs. dum p̃sumptuosam communionem requirit, id est procedentem a contemptu, ad hoc, vt communicans cũ excommunicato maiori afficiatur excommunicatione. vñ fit, vt tecluso contẽptu nõ detur mortale p̃m, nec possit ferri excõmunicat

municatio maior, q̃ ferenda non est, nisi p̃cedente mortali culpa aliter tex. in d. c. quod in dubijs. ad hanc cõclusionem induxit Io. Maior. in 4. sen. dist. 18. q. 3. col. 2. scribens cõicantẽ cũ excõicato nõ peccare mortaliter, quia nõ põt is ante canonicã monitionẽ excõicari maiori excõicatiõe. Quę qdẽ inductio minime sufficiẽs est, cũ & is, qui mortale crimen absq; vllo dubio cõmiserit, nequaquam possit maiori excõicatione ligari ante canonicã monitionẽ. Sed adhuc prędicta conclusio omniũ theologorũ, & Canonistarum suffragio receptissima est.

Peccat tm̃ cõicãs cum excõicato mortaliter in trib. casib. si cõicet in diuinis, sut in quocunq; crimine, aut in contẽptũ iudicis, vel excõicationis, sm̃ Abb. & cõem I. c. sacris. de his, q̃ vi metusue caus. fiunt. & in c. sacris. de sent. exco. S. Th. & alios in 4. sen. dist. 18. q. 2. ar. 4. Sylue. in verb. excõicatio. 5. notab. 3. Flor. 3. par. tit. 25. ca. 1. & Hadr. in 4. sent. in tract. de clauib. q. 3. §. ex dictis. Primi vero casus est ea rõ, q̃ p̃ceptum de euitandis excõicatis directe respiciat spiritualia, & legitimos actus, atque iõ qui excõicatum ad diuina dimittit, & cum eo in diuinis cõiat, facit p̃ceptũ, & eius potissimam rationem, idcirco mortaliter peccat. qui aũt communicat cũ excõicato in humanis, non facit p̃ cpitua præcepti rationẽ, vñ veniali tm̃ notandus est culpa. hęc sane cõicatio in diuinis, cuius causa mortalis criminis reus est, qui cum excõicat, pertinet ad officia diuina, q̃ publico ecclesiæ Catholicę nomine in ecclesijs celebrantur, itẽ ad sacrã, & ad ecclesiasticã sepulturam. his etenim exemplis passim Doct. vtuntur. nec temerè id adnotauimus, sed vt inde opinemur fortasis tunc mortale crimẽ committi a cõmunicante in diuinis cum excommunicato, cum in his diuinis cõio contigerit, quæ ipsis interdicta sunt excõicatis, nempe in sacramentis administrandis, & percipiẽdis atq; item in ecclesiastica sepultura, & præterea in diuinis officijs, q̃ publico nĩe, & officio in ecclesijs celebrãtur. tex. Nã excõicatus non põt ingredi ecclesiã eo tpe, quo diuina officia celebrant. tex. in c. rõso. de sen. exc. c. qd i te. depœ. & remi. c. alma mater, cuius statim in 2. huius relectionis parte interpretationẽ explicabim*. gl. expressim hoc ipsum tradens in c. qui studet. & ibi Præpo. 1. q. 1. Inn. Ant. & alij in d. c. responio. Fel. in c. 2. de exce. Dec. in c. ad p̃sentiam. de appel. Ant. Imol. & Abb. in c. 1. ad fi. de vita & honest. cler. idem Abb. clem. grauis. de sent. exc. ex quib. apparet, cõmuniter receptũ esse excõicatũ posse absq; vlla culpa ecclam ingredi cã orandi, eo tm̃ tpe, quo diuina officia non celebrant, tametsi Panor. & Henr. in d. c. rõso. teneant, non esse licitum excommicato ecclesiam ingredi, etiam eo tempore, quo diuina officia non celebrantur, quos & Fel. ibi sequitur.

Sic & excommunicatus priuatim potest dicere horas canonicas. gl. in c. 2. & in illud. de cleric. exc. ministr. & in c. presbyterum. 8. 28. dist. modo eas solus absq; locio dicat & recitet, omittens illud verli. Dñs vobiscum, sm̃ Arch. & Prep. in d. c. presbyterum. Flor. 3. par. tit. 24. ca. 76. quorum opinionem scribit cõem esse Mart. Azpilcueta in c. qñ. de cõsec. di. 1. notab. 7. nu. 18. quo in loco attenerat, nõ tm̃ posse exc. horas canonicas dicere priuatim, imo & teneri si alioqui ordine sacro prędictus sit quod ante ipsum responderunt alij in clerico depositio, & adhuc in degradato per solennẽ degradationẽ, quos & ipse nu. seq. citat. Sed præ cęteris Albertus Ferrar. in tract. de horis canonicis q. 12. & 13. Abb. & Doct. in d. c. 2. de cler. exco. minist. Sylu. in verb. degradatio. q. 8. Ioã. de Ligniano in clem. dignũ. de celebrat. miss. q. 3. Dec. in c. intelleximus. de iud. col. 2. quid autem dicendum si in excõicato, an is ratione beneficij ecclesiastici teneatur ad horas canonicas, paulo post explicabimus in quęstione, qua tractabitur, an excommunicatus possit fructus beneficij ecclesiastici percipere, & ad nos ubiter tra-

didimus in libr. 3. Variar. Resolut. capitulo. 13. numer. 8. Hæc sane exposuimus, vt ostenderemus, quæ diuina officia sint excommunicato interdicta. Nam fortasis, licet communicans excommunicatum in his diuinis, q̃ in specie sunt ei interdicta, mortale crimen committat, non ita mortaliter peccabit, sed venialiter si cum excommunicato communicauerit in priuatis horis canonicis recitandis, & in ingressu ecclesiarum eo tempore, quo officia diuina non celebrantur. Etenim excõicatus ipse non est his actibus interdictus, nec priuatus, atque ideo licet nemo possit absque veniali culpa in his cum eo communicare, quemadmodum nec in aliis, quæ ad diuina non pertinent, attamen non ex hoc contrahitur mortale crimen per communicationem istam in diuinis contingentem, cùm ex mente Doctorum, qui existimant mortale crimẽ committi, si quis communicet cum excommunicato in diuinis, ea conclusio intelligẽda sit in sacramẽtis, in sepultura, in diuinis officiis, quæ solenniter, & publicè in ecclesiis celebrantur, quod iudicio lectoris committendum esse censemus.

¶Verum his, quæ superius tradita fuere plurimũ obstat decisio elegans in c. sacris. de his quæ vi, metusve caus. fiunt. nam in eius parte vltima probatur, communicantem cum excommunicato mortale crimen com-
9 mittere, & deinde nullo metu excusarita pœna, quæ iure canonico statuta est contra communicantes cum excommunicatis. Hinc etenim duo constant, quæ videntur iure defendi non posse. Primum quod communicans cum excommunicatis mortalem culpam committat. Secundum, quod nullus metus, nisi is a vi præcisa procedat, excusat cõmunicãtem cum excommunicato. cum alioqui periculum mortis, ratione famis procedens, a furti crimine excuset. cap. si quis propter necessitatem. de furtis. & præterea licita sit communicatio cum excommunicato ad emendum vel petendum ea, quæ sunt victui & vestitui necessaria, ne quis fame pereat. ca. si vere. §. est autem. de senten. exco.

Primus igitur hac ex causa intellectus ad prædictam decisionem ita solet explicari, & distingui, vt qui communicat cum excommunicatis, ab eis petendo ea, quę necessaria sunt victui, & vestitui minime culpam contrahãt nec mortalem, nec venialem, nec incidat in minorem excommunicationem, quia is non agit directe ad communionem cum excommunicatis, sed ad petendum alimenta, & quæ necessaria sunt, ne fame pereat & sic metu mortis ex fame imminentis non agit prima intentione, & directa ad peccatum, nec id consentit principaliter, sed in petitionem ipsum alimentorum. at qui metu mortis sibi comminatione instantis, nisi communicauerit cum excommunicato, eidem communicet, metu quidẽ consentit in pctiõ primo, & principali consensu. quãobrẽ in priori casu metus mortis excusat, non sic in posteriori, cum maleficia voluntate distinguãtur. c. cum voluntate. de sent. excomm. l. qui iniuriæ. in prin. ff. de fur. sic sane interpretantur has decisiones iuris canonici Panor. in d. c. sacris. col. pe. Hadria. in quodlib. ar. 3. vers. ad quintum. idem Hadr. optime in 4. sent. in tract. de clauib. q. 3. exceptione. 8. apud quem longius hęc prima interpretatio discutitur.

Secundo, quo apertius p̃notata distinctio percipiatur aliter ipse rem ipse discutiendam esse censeo, siquidem quoties agimus de his, q̃ iure naturali, diuino, vel humano p̃hibita sunt, an ea liceant ex aliqua causa cõtingẽti ob aliquem euentum, & circunstantiam actus, illud est omnino considerandum, an qualitas illa vel circunstantia tollat actus malitiã pp quam is prohibitus fuerit, etenim tunc cessat ipse prohibitio, quod si illa circũstãtia non tollat, nec auferat malitiam actus prohibiti, p̃fecto prohibitio adhuc manet, & iõ non obstãte illo euentu,

& circunſtantia, pctm ꝫ prohibitionē committitur. q̃ diſtinctionē latius nos explicuimus in relec. regu. pctm de reg. in. 2. par. §. 1. nu. 7. metus aũt mortis nõ tollit malitiam actus in hac prohibitione communionis cũ excommunicato, nec eam ceſſare facit. na m licet metus ſit, nihilominus ipſe cõicans cum excõicato conſentit in illã cõionē prohibitam, & in pctm, qui quidē conſenſus adeſſe nequit, abſq; malitia, quam habet cõicatio cũ excõicato, cũ coacta volũtas ſit, ſicuti nec malitia actꝰ fornicationis adulterij tollit, ſi quis metu grauiſſimo fornicationē, aut adulterium cõmittatis, is equidē, & ſi metu, conſentit tñ in pctm, qđ abſque malitia fieri non põt. igitur qui metu cõicat excõicato, in prohibitũ conſentit actũ, qui adhuc malitiam habet, quam circunſtãtia metus non tollit, quia non obſtante metu hæc cõicatio cũ excõicato ſit aduerſus iuris prohibitionē. At qui petit ab excõicato alimenta ſibi neceſſaria, rem debitã exigit, reſque debita peti omnino, & licite poteſt ab ipſo excõicato, tex. in d. c. ſi vere atque hęc circunſtantia cum permiſſam faciat cõionem cum excõicato, ne is cõmodum conſequatur excõicationē, & crimine cõtumaciæ, malitiam actus tollit, & ea rõne ceſſat ꝓhibitio cõionis cũ excõicato. Quib. accedit locus celebris Macchab. 1. c. 2. Macchab. 2. c. 7. vbi cõſtat, Iudæos metu coactos noluiſſe carnes porcinas comedere, quas tñ comederũt fame coacti. In priori quidē caſu metus circũſtãtia non abſtulit malitiã actus lege Moſaica ꝓhibiti, & tñ in poſteriori fames imminens amouit, & excluſit ab eo actu oẽm eius malitiã, quã ex prohibitione habebat.

Tertio ſolet aliter intelligi reſponſio tex. in d. c. ſacris in eius vl. par. vt nullo metu excuſetur quis a cõionis cũ excommunicato prohibitione, imo adhuc peccet ei cõmunicans propter quẽcunque metum, quoties communicatio eſt in diuinis, vel in crimine, & in his ſimilib. ea ſib. nam tex. ille præmittit peccatum mortale contrahi ex illa communione. ergo de ea tñ agit, quę ſub reatu mortalis culpæ prohibita eſt, & ſic de ea, quę in diuinis, vel in crimine contingat. tex. opt. in c. vl. 24. q. 1. & in ſpecie hanc interpretationem exponit Syl. in verb. met' q. 7. & in verb. excom. 5. q. 3. quaſi ſecus ſit, ſi quis in humanis, & temporalib. cum excõicato cõicauerit p metũ, non. n. peccabit, nec excõicatione minori afficietur. Huic vero intellectui duo videntur obeſſe, primum, q̃ lex humana, quę ꝓhibet cõicationem cum excõicato, ẽt in tpalib. põt obligare ſibi ſubditos ſub pctī reatu, & culpa, ẽt cum periculo mortis. Nã & Cajet. in 1. 2. q. 96. ar. 4. ſcribit, poſſe legem humanam obligare etiam cum periculo vitę ad aliquid vitandum, vel agendum, ſub pęna mortalis culpę. igitur potuit humana lex prohibere cõionem cum excõicatis ad hoc in temporalib. ſub reatu mortalis criminis, etiam cum periculo vitæ, alterum grauiter viget, nempe nec veniale crimen eſſe committendum propter quencunque metum, qui dubio ꝓcul non excuſat etiam a veniali peccato, quod ſeruori charitatis opponitur. gl. in verb. benedictionē. in proœmio ſexti. quamobrem nec licet cõicare cum excõicato in temporalib. & humanis propter quencunque metum, cuemadmodum ſentit Panor. in d. c. ſacris col. penult. tenẽt Vh. in 4. ſen. diſt. 18. q. 2. ar. 4. & ibi Durandus q. 5. ad 2. idem Th. quodlib. 11. ar. 9. & in additionib. ad 3. par. q. 23. ar. 3. Summa confeſſ. ut. de ſent. exc. q. 165. in genere autem, veniale peccatum non eſſe committendum ob vitandam mortem, probatur in c. primum. 21. q. 2. & c. ne quis ea. q. ex Aug. in li. 3 mẽdacium, & alijs, quorũ & nos meminimus in Epitome ad 4. Decretal. 2. par. c. 3. §. 4. nu. 3. Non obeſt tex. in d. c. ſacris. nam eo tantum mẽtio fit de mortali crimine propter eius grauitatẽ. nã ergo non eſſe congruam rationem, quę in hoc intellectu adducit ad percipiendũ verum ſenſum. d. c. ſacris.

Quarto, licet hæc deciſio difficilem rationem habeat, ipſe cenſeo veriorẽ eius interpretationem alunde fore deducendam, & potiſſimum a vera cuiuſque legis moderatrice ratione, quæ in legib. diuinis, naturalib. & humanis, tãtam habet vim, vt commode non valeat legis alicuius interpretatio aſſumi, niſi ratio viam veritatis apereat. Etenim ipſe opinor, legẽ Pontificiam, q̃ in humanis & tpalib. cõionem cum excommunicato vetuit, minime voluiſſe obligare quẽquam ad vitandum excommunicatum cum mortis grauiſſimo periculo, & ſic dato metu cadente in conſtantem virum. qđ mihi apertiſſimũ ſit ex eo, ꝙ canon ipſe, jus que Pontificium ex leuioribus cauſis communicationem cum excõmunicato permiſerit, nempe iure patriæ ptãtis, & cohabitationis coniugalis, & familiaritatis. c. qm multos. 11. q. 3. par igitur eſt, ꝙ coniecturemus fortiori ratione, communicantẽ cum excommunicato excuſari, ſi id fecerit coactus metu mortis ſibi imminẽtis, ſi communicare voluerit. Qua ratione ꝓcedẽs intellectus optime defendi poterat, vt ꝓdicta rõlio c. ſacris, non obtineat in eo, qui cum excommunicato communicat in tpalib. & humanis pp metũ & mortis periculũ. Sed & amplius obſeruandum eſt, ꝙ nec in diuinis prohibitio communionis cũ excommunicato habet eã vim, vt cũ periculo mortis obliget quẽ quã ad vitandũ ipſum excõicatũ. Hoc ſane a ratione, q̃ legẽ ipſam vere interpretaꝫ, deduci recte põt, ſi quidem ꝓmendũ non eſt, hanc cõicationẽ prohibitã eſſe cũ tanto vitę diſcrimine ipſius nolẽtis cõicare. Pię, etenim & maturo iudicio cenſendũ eſt noluiſſe legem, q̃ vetuit cõionem cum excõicato in diuinis, quenquam obligare ad vitandũ excommunicatum cum graui mortis periculo, niſi vbi cõicatio contingeret in crimine, vel in detrimentum fidei Catholicę, vel in contemptum eccleſiaſticæ cenſuræ. Nam ſi quis hęreticus cenſuras eccleſiæ cõtẽnens in vilipendiũ eccleſiaſticæ diſciplinæ comminaretꝰ mortem alicui, niſi cum eo in diuinis communicet, profecto potius mortem pati debet is, quã cũ eo ita cõicare, ſed ſi quiſpiam tyrãnus metu cogeret facere dotem, vt coram ipſo celebraret miſſarũ ſolẽnia, non in cõtemptum religionis, nec in vilipendiũ fidei Catholicæ aliq; vlla hæreſeos labe, is nequaquam mortaliter peccaret, nec minori excommunicatione affectus eſt, licet corã tyranno miſſarum ſolẽnia peregerit. quã ſentẽtiam veram eſſe exiſtimãt Io. a Friburgo in ſumi confeſſorum. ti. de ſen. excom. q. 165. Syl. in verb. excommunicatio. 5. dubio. 14. Io. Maior. in 4. ſent. diſt. 18. q. 4. & Marti. ab Azpilcueta in c. inter verba. 11. q. 3. præludio 8. ex qb. apparet, vltimam partem c. ſacris eſſe intelligendam vel in metu leui, vel quoties communicatio contingit in diuinis quoad præiudicium fidei Catholicę, vel in crimine, aut in contemptum eccleſiaſticę diſciplinæ.

Tandem dum in d. c. ſacris aſſeritur cõicantem cum excommunicato mortale crimen committere intelligendus eſt is tex. iuxta præmiſſam diſtinctionẽ, ſcilicet cum excõmunicatio ſit in diuinis, in crimine, vel in contemptum, vnde, & mortaliter peccat qui poſt mentionem canonicam, ne communicet cum excommunicato, ab eius communione non abſtinet, quaſi tunc contemnere videatur eccleſiaſticam cenſuram, & ideo maiori excommunicatione ligari poterit, c. ſtatuimus. ca. conſtitutionem. in ꝓ. iſto titul.

Illud non eſt prætermittendum ad ueram interpretationẽ c. ſacris, in prima eius parte, quod Ioan. de Selua in tract. de iureiur. 3. parte. q. 1. col. verſ. Sexto limit. ex illa decibone probare nititur, poſſe quempiam vi præcepti compelli ad iurandũ, & hc ad loquendum, quod ꝓmittunt Goffred. & Fel. in c. ſi vero in fine, de iureiurand. cum tamen contrarium adnotauerit Io. And. & Panor. in c. verum eo. tit. quia licet poſſit quis cogi ad loquendum

dum metu, & vi conditionali, non tã vi præcita. Eſt. n. vis præcita, quando in nobis non eſt poteſtas reſiſtendi, vel vtrum agamus, vel non agamus, etiam ſi velimus, mortem pati potius, quã agere, nec vlla in nobis eſt voluntas, ar metus conditionalis, aut vis, quæ cõditionem habet, particeps eſt noſtræ voluntatis, & voluntatẽ, quã vis coactam, nobis dimittit, quemadmodũ diſtinximus in Epitome ad 4. decre. par. 1. c. 4. §. 1. nu. 11. nam cum in loquutione cõſiſtat, ſicut & in alijs cõicatio cũ excõicato, & hæc poſſit dari per vim præcitam, vt probatur in d. c. ſacris in par. 1. conſequitur, vt opinatur Selua, inibi ſatis euidenter apparere, poſſe quẽ vi præcita cogi ad iurandũ, & loquendũ. Quæ tamen adnotatio mihi non placet, qñquidem cõio cum excommunicatis poſſit plane contingere in multis per vim præcitam abſque loquutione, nempe in eo ꝙ quis ſit ſimul præſens diuinis officijs, ꝙ audiat ab excommunicato diuina officia in menſa, oſculo, amplexu, & his ſimilib. in quib. ſatis poterit ad exempla deduci prior pars c. ſacris. nec neceſſario debet exponi de communione in oratione, aut loquutione, vñ non eſt omnino certa inductio Io. de Selua, nec conuincit Io. And. & Panor. difficultatem falſam eſſe.

EX §. SEQVENTI.

SVMMARIVM.

1 *Nemo põt alteri, nec ſibi ex bonis operib. primã gratiã ex condigno mereri, & ibi vnde procedat meritũ condigni.*
2 *Gratia gratis data auxilium ſpeciale Dei, & gratia gratificans, qualiter diſtinguantur.*
3 *Nemo poteſt ſolis viribus naturalib. abſque ſpeciali Dei auxilio ea efficere quæ ſunt ad iuſtificationem neceſſaria, & tamen cum hoc extat liberum arbitrium.*
4 *Opera bona iuſti meritoria ſunt ex cõdigno vitæ æternæ.*
5 *Opera bona iuſtorum dupliciter cõſiderantur, & item meritum condigni diſtinguitur.*
6 *Nullus poteſt quidquam alteri ex condigno mereri.*
7 *Poteſt quis pro alio de rigore iuſtitiæ ſatisfacere propæna temporaria, modo ſit vterque ſit in charitate.*
8 *Opera extra charitatem facta non ſunt ex rigore iuſtitiæ ſatisfactoria, etiam recedente fictione.*
9 *Opera extra charitatem facta, etiam iniuncta, in pœnitentiam ſacramentalem, non ſunt de iuſtitia ſatisfactoria, adhuc accedente charitate.*
10 *Opera facta in charitate, & per peccatum mortificata, charitate accedente priorem effectum recipiunt;*
11 *Opera bona facta extra charitatem, quãdoque vitia ſunt.*
12 *Tradatur iſtelle, g. in c. quod quidam, de pœni. & remiſ.*
13 *Sacramentum pœnitentiæ ſicut baptiſmus, recedente fictione, ſortiatur ſuũ effectũ. & quid de aliis ſacramẽtis.*

§. QVARTVS.

CTAVO a definitione maioris excommunicationis potiſſimus præter alios eius effectus infertur, & deducitur, ꝙ excommunicatus oĩno priuatus ſit ſuffragijs eccleſię Catholicæ. Hoc etenim ſuperius ſatis ꝓbauimus, & cõſtat, quia excommunicatus extra eccleſiam eſt, nec eius membrum vere dici poteſt. igitur ſuffragia eccleſiæ, quæ tantum eius membris cõmunia ſunt, minime profunt excommunicatis. Sed quo manifeſtius hanc illationẽ exponamus, hoc in loco agere libet de effectibus, quos ſuffragia eccleſiæ poſſimũ operantur, & præſertim, vt propoſitę materię ſubſeruiamus, quæritur, an orationes, & ſuffragia vnius, alteri ꝓ deſſe poſſint. Iõã hic locus non exigit, quod in ſpecie tractemus de effectib. orationis, & ſacrificiorum erga ipſummet operantem. ſunt igitur aliquot conſtituenda ad huius rei cognitionem, quibus facillime conſtabit eius ad vnguem reſolutio.

1 ¶ Primum non põt alteri ꝓ primã gratiã ex condigno mereri. probatur hæc aſſertio Hieremiæ c. 15. Si ſteterit Moyſes, & Samuel corã me, non eſt anima mea ad populũ iſtum. & tamen maximi meriti fuere apud Deũ Moyſes, & Samuel. ergo nullus põt alteri de condigno primam gratiam mereri. idem conſtat Ezechiel. ca. 18. Erit iuſtitia iuſti ſuper iuſtum, & impietas impij ſuper impiũ, nã ſicut nõ nocet homini patris impietas, ita nec poterit ꝓdeſſe ex lege iuſtitiæ ipſius patris iuſtitia. Deĩ de meritũ cõdigni nõ excedit perſonam ipſius, qui meretur. etenim meritũ cõdigni nõ ꝓcedit ex ſolo libero arbitrio, quo aliqd agimus, nec ex natura operũ noſtrorũ, ſed ſimul ex libero arbitrio, & virtute Spiritus ſancti gratiã ſpecialem tribuentis per motionem ad opus bonum & cooperationẽ eius. Ita quidem nullum opus ꝓcedens a libero arbitrio põt eſſe meritũ ſine virtute, & gratia Dei, nec itẽ opus Dei eſſet meritũ, niſi fieret per liberum arbitriũ humanũ, vel angelicæ naturæ. Meritũ n. opus eſt Dei, & noſtrum, Dei. f. mouentis auxilio ſpecialis gratię, & noſtrũ, ut libere cooperantium, ſiquidẽ poſtquam Deus voluntatem noſtrã ſpeciali auxilio gratiæ excitauit ad bonum, eſt in ipſa hominis voluntate hæc poteſtas, vt Deo mouenti, & inſpiranti cõſentiat, aut diſſentiat. Eſt elegans hac de re Pauli teſtimonium 1. ad Corint. c. 3. non quõd ſufficientes ſimus cogitare aliquid ex nobis, quaſi ex nobis; ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt. idem Pau. 2. ad Corint. c. 9. Potens eſt autem Deus oẽm gratiã abundare facere in vobis, vt in oĩbus ſp oẽm ſufficientiã habentes, abundetis in oẽ opus bonum. Quibus locis ꝓbatur, non eſſe nos ex libero arbitrio ſufficientes ad opera bona, ſine gra. Dei. Rurſus & hac præmiſſa manere apud nos liberum arbitriũ docet Euangelium Io. 1. dedit eis ptãtem filios Dei fieri. & Ieſus Luc. 9. cum ait. Si quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucẽ ſuã, & ſequatur me, nã am libertatẽ manifeſtẽ indicat. Paulus itẽ ad Corint. c. 7. Qui ſtatuit in corde ſuo firmus non habens neceſſitatem, ptãtẽ autem habens ſuæ voluntatis, & hoc iudicauit in corde ſuo ſeruare virginitatẽ ſuã, bñ facit. hoc ipſum plerique aliis teſtimonijs à viris Catholicis aduerſus Pelagij & Lutheri peſtilentiſſimos, ac oĩno diſſidẽtes errores longius comprobat, maximè ꝓ Io. Roffenſem cõtra Lutherum art. 36. Io. Eckium art. 31. Io. Bunderium à Gildauo in compendio concertationum, tit. 6. Alfonſum à Caſtro aduerſus hæreſes, in verb. Gratia. & in ver. libertas. Dom. à Soto li. 3. de natura & gratia, c. 3. & c. 7. & alios. And. à Vega. in lib. de fide iuſtificante. q. 6. & ſeq. Extat hac de re Sanctæ Synodi Tridentinæ definitio in ſeſſione. 6. c. 5. Sunt ꝓter alia multa diui Aug. in 3. lib. Hippognoſticon ad finem pulchra verba, Audi, inquit, ergo breuiter, proprię voluntatis tunc eſt meritũ bonũ, quãdo gratiæ donum ꝓcedit vniuſcuiuſque voluntatem, vt meritum faciat homo per propriam voluntatem. & idẽ author ibidem paulo ante, Sed clamas iterum, & dicis, ſi nullum eſt meritum operantis, quõ ſcripſum eſt, & tu reddes vnicuiq; ſecundum opera ſua? Auſculta & intelige, ſi tamen aures habes audiendi, & cor nõ ſi induratum intelligendi, pp liberum arbitrium, quo bona, & mala operantur homines, dictum eſt vnicuique reddes ſecundum opera ſua. Habet. n. homo malum meritum cum vitio ſuo, ſi baptizatus declinat a bono, & facit malum, id eſt cũ derelinquit Deum, & diligit ſeculum. Habemus tamen & bonum meritum, cũ in omn. b. gratiæ Dei bona ſe operãti nõ reſiſtitur, ſed cooperator exiſtit, & omnem ſpẽ ſuam habet illum. cum aurem ſuam, & cor Deo loquẽti intus, hoc eſt in interiori homine ꝓber, & non foris in malis ſeculo peritrepenti. hæc Aug. Quæ cum, vt modo argumentabamur, certa ſint, & probent, meritum cõdigni procedere ab operib. noſtris li-

bero arbitrio cooperante ei dono gratiæ, quod Deus impartitur alicui per monitionē ad opera bona, vt ipse ad vitam æternam perueniat, patet condigni meritū non extendi vltra hanc mentionem. qđ S. Th. expressim hac vsus argumentatione ostēdit in 1.2.q.114.ar.6.& in 4.sen. dist.46.q.2.ar.1.vers.ostendo dicendū. & est omniū Theologorū cōclusio receptissima, q̄ asseuerat neminē posse alteri mereri de condigno primā gratiā. Eadē assertio apertissime fulcit ea rōne, q̄ mereri vnū alteri gratiam primā, nihil aliud est, quā deprecari a Deo bonū motū alterius quod non cadit sub condigni merito, siquidē id iustitiæ inniti, motus aūt ad opera bona, gratię tm Spiritus sancti tribuit, atq; ideō nō ptinet ad condigni meritū. deinde eadē conclusio satis alia simili adstruit, quæ certissimū sit, Neminē ex merito cōdigni primā gratiā sibi mereri, sed ex mera Dei liberalitate. Sic. n. inquit Paul. ad Ro. c. 11 si ex operib. iā non est gratia, si aūt gratia, iā non ex operib. Quāobrē cū hæc prima gratia nomen hoc ex ipsis diuinis testimonijs habeat, nō pōt ad cōdigni meritū pertinere, quia tunc nō esset gra. D. Aug. lib. 3. Hypognosticon inquit, Vitiato libero arbitrio totus hō vitiatus est, per qđ absq; adiutorio Dei, & gratiæ, qđ Deo placeat, nec valet incipere, nec perficere sufficit. Prę uenit aūt medicina id est Christi gra, vt sanetur & reparetur in eodem vitiata, atq; ꝓparetur voluntas, q̄ semper indigens adiutorio, illuminante gratia Saluatoris possit tā Deū cognoscere, quā ꝑm eius viuere voluntatē. Hactenus Aug. Deus. n. cui vult, miseretur, & quem vult indurat, igitur non volentis, nec currentis, sed miserentis est Dei, iuxta Paulo ad Rom. ca 9. Hanc conclusionē asserit D. Th. cēter recept in 1.2.q.114.ar.5. multisq; authoritatib. cōꝓbant Dom. a Soto li. 2. c. 3. & 4. & li. 3. de natura, & gratia. c. 7. & 8. And. a Vega li. de fide iustificante q. 7. igitur gratiam gratis datā, qua Deus benignissima sua voluntate trahit peccatores ad suam gratiam, & iustitiā, nemo meretur, sed illa omne meritum antecedit.

Obiter tū, nā id nostrates minime exp̄licarunt, vt lector facilius hæc percipiat, adnotare liber, gratiam ſ generaliter dici, quodcunque donum, quod non debetur suscipienti, sed voluntate donatur. Ita enim inquit Paul. si ex operib. iā non est gratia. & tā licet hoc sit generale. nomen tamen speciali tū nomenclatura dr gratia quædam gratū faciens reliquis nomen genericū retinentib, vt dicā tur gratiæ gratis datæ. Est gratia gratum faciens, ꝓ quā hō ipse Deo coniungitur, & formaſr fit amicus. & Deo gratus, ac iustificatur, iuxta illud ad Rom. c. 5. Iustificati gratis per gratiā ipsius. Gratię autem gratis datæ, sunt dona illa, q̄ cōferuntur non in bonū ipsius suscipientis, sed in alterū vtilitatē, vt vnus alteri cooperetur ad hoc, q̄ ad Deū reducatur. De quibus Apostolus ad Corint. 1. c. 12. inquit vnicuiq; dat manifestatio spiritus ad vtilitatē. talium. & inibi meminit harū gratiarū, vt sint dona prophetiæ, linguarum, & fantarū, q̄ nihil vetat prauis hominib. donari. Dicitur autem gratiæ gratis datę, quia conceduntur supra facultatē naturæ, & supra merita personæ. Hanc distinctionem explicat Th. 1.2.q.111. ar.1. Gratia autem iustificationis pōt tripliciter accipi. Primo quidem ꝓ gratia gratum faciente, qua formaſr iustificamur & effimur amici Dei. Secundo modo ꝓ gratia gratis data qua Deus nos adiuuat, & peculiariter mouet, vt ea efficiamus q̄ requisita sunt, vt obtineamus gratiam, & amicitiam ipsius. Tertio accipitur, a quibusdā gratia iustificationis generaliter, vt sub se cōprehendat gratiam in prima & secunda significatione, & tandē, vt gratia iustificationis dicatur, quidquid gratis a Deo fit, vt iustificemur. Hæc distinctio ex eo probatur, q̄ sæpissime a Catholicis authoribus auxilium speciale Dei mouentis affectum ad opera bona, & cōcursus ꝑpetuus Dei ꝓuenientis, conuertentisq; ad se nos appellatur gratia iustificationis. Idem Th. ead. 1.2.q.109.ar.9. dū tractat de Dei auxilio speciali ad mouendum, id vēr ibue te gratiæ iustificationis, he idem non semel in d.q.111. ex eo distinguit gratiam gratum facientē, a gratia gratis data, q̄ gratia gratū faciens tendit in vtilitatem ipsius suscipientis, gratia vero gratis data non confertur in bonum ipsius suscipientis, sed in vtilitatē aliorū. sed auxilium speciale Dei, tendit in bonum & commodum illius, cui confertur tm. igitur id omnino pertinet ad gratias gratis datas, imo. est proprium gratiæ iustificationis. Gratia igit iustificationis gñaſr accepta cōpletitur gratiā gratis datā. q̄ speciale Dei auxiliū est, & gratiam gratū facientē, qua formaſr iustificamur. Sancti. n. patres in concilio Mileuitano, & Aug. passim gratiā iustificationis appellant q̄quid gratis a Deo fit, ut iustificemur. Gratia vero gratū faciens a gratia gratis data hac in parte distinguit in hoc q̄ gra gratū faciens est habitus qđ supernaturalis, quē Deus infundit animab. nostris, quoties nos sibi reconciliat, & ad suā amicitiā admittit, vt per illū sic simus formaſr simus illi grati, hic, vt albedine sumus albi. sed & gra iustificationis prout accipitur ꝓ speciali dei auxilio, operans dr in illo effectu, quo mens nostra mouetur, cooperās vero in illo, quo mens nra mota est, ut velimus, & volumus sic, vt facimus, sic dū mēs nra mouet tm, est operans, dū mouet & mouetur, est cooperās, quia cooperatio non solū tribuitur Deo, sed ēt aīæ. Eodē mō gratia gratū faciēs, dum sanat, & iustificat, dr gratia operans. sed qua parte est principiū meritorie deinceps operandi ex libero arbitrio, dr gratia cooperans, quem admodum hæc explicat Th. 1.2.q.111.ar.2. de his etiam late tractant Io. Driedonius libr. 1. de gratia & lib. arbit. 2. in 1. eius parte. Diuus Aug. de grat. & lib. arbitr. capit. 27. Andreas a Vega super concilium Tridentinum in caput octauum. cap. 13.

Ego tanē opinor, auxiliū Dei speciale, concursumq; eius ꝓpeuenientis, conuertentisque ad se nos, licet cōmereſ inter gratias gratis datas, ab eis tamen posse distingui, & nomen habere speciale, auxilii qdem gratuiti peculiaris, quo nos super naturam Deus euehit, vt discernatur a generali Dei concursu, quo mouet, fouetque res naturales, & tamen a gratia gratū faciente differre, licet ad gratiam iustificationis pertineat. hæc omnia constāt ex superius adnotatis, & quia gratia gratū faciens est habitus quidā supernaturalis, & diuini prorsus ordinis, quē Deus infundit animab. nostris, quoties nos sibi reconciliat, & ad suā amicitiā admittit, vt per illū sic simus formaliter grati, & amici, vt albedine sumus albi, & cognitione cognoscentes, & fide fideles. Gratia vero gratis data nō habitus est, sed auxilium quoddā speciale, & peculiare ipsius Dei, quo Deus peculiariter adiuuat, & potentius mouet, & inflectit potētias nostras, vt ea facere possimus, quæ sunt necessaria ad iustificationem nostrā, & sic ad consequendam gratiam gratum facientē, & ita habitum, quem modo significamus, q̄ distinctio colligitur ex S. Th. in 1.2.q.109.ar.6. Auxilium autem istud speciale Dei mouentis hominem ad bene operandum, & ꝑparandum se ad consequendam iustificationem, & habitum gratiæ, seu gratiam habitualē, quia tendit omnino in bonum ipsius suscipientis, ad iustificationem pertinet, tametsi gratia gratis data appelletur.

Hinc sequitur Catholica conclusio, qua cōstanter asseueramus, Neminem posse solis viribus naturalib. absque Dei auxilio speciali ea efficere, quæ sunt ad obtinēdam gratis iustificationē necessaria. Hęc probatur Ioan. 6. Nemo 5 potest uenire ad me, nisi pater, qui misit me, traxerit eum & Ioan. c. 15. Sine me nihil potestis facere. Eadem conclusio plurib. in locis ab Augustino defenditur aduersus Pelagianos hæreticos & a S. Tho. in d. ar. eisque alijs Theologiæ professorib. omnium cōmuni sententia.

sēa, cuius varia doctissimorū virorum testimonia tradidere Dom. a Soto li. 2. de natura, & gratia. c. 3. Alfon. a Castr. de hæretib. verb. Grat. And. a Vega in li. de fide iustificāte q. 8. & Greg. Ariminēsis in 2. sen. di. 26. q. 1. & dist. 29. q. 1. dq; definitū fuit olim in concilio Mileuitano c. 4. & c. 5. atq; in Tridentina Synodo sessione 6. c. 5. cuius Canon primus ita inquit, Si quis dixerit hominē suis operib quæ vel per humanę naturæ vires, vel per legis doctrinā fiant, absque diuina per Christum Iesum gratia posse iustificari coram Deo, Anathema sit.

Deducit itē ex his, ꝓparationē & dispositionē sufficiētē ad gratiā, esse opus & Dei, & nrum. Dei q. dē ꝓuenientis, nostrū aūt cōsentientium, & cooperātium. vū & in nobis nullum est initium ꝓparationis ad gratiā, & iustificationem, sed Deus inceptor est, sicuti in eodem concilio Mileuitano, & Synodo Tridentina d. c. 5. definitum extat, idē Aug. docet de gratia & li. arbi. c. 5. scribens ita, Niſi donum Dei esset, ēt ipsa ad Deū nostra conuersio, non ei diceret, Domine Deus virtutum conuerte nos. Rursus idē Aug. li. 1. c. 4. ꝺ duas Epistolas Pelagij, Non pōt hō aliquid velle boni, nisi adiuuetur ab eo, qui malum non potest velle, hoc est gratia Dei per Iesum Christū. Paulus ad ꝓ hilippēses c. 2. Deus, inquit, operatur in nobis velle & ꝑficere Quib. & alia plura testimonia suffragantur, q̄ hic missa facimus, quandoquidem a præcitatis authoribus diligentissime traduntur.

Infert ēt ex ꝓnotatis, ita ab ecclesia catholica liberum arbitrium constitui, vt ei infirmo, & egeno necessariā esse iudicet gratiā Dei, at vero ita vicissim gratiā extolli, vt liberū arbitrium minime sublatum esse cēseat, sed de finiat cooperatione nostra opus esse in iustificatione. Huius catholicæ assertionis probatio cōstat, ꝑterea, q̄ in initio huius paragraphi adduximus, authoritate Synodi Tridentinę, sessione 6. c. 5. & cano. 4. vbi definitū est, q̄ Deus neminem coactū ad se trahit, aut necessitate seducit, sed in nostra ꝑte est gratiā eius respuere, vt assensum nostrū ei præbere, & cooperari. D. August. de peccat. mentis li. 2. c. 18. ficait, Liberum arbitriū huc atque illuc sic flectit, vt male vtimalus possit, & bñ bonus, sed non nisi ex Deo bonā voluntatem habemus. Parat enim voluntas a Dño, qui operaſr in nobis velle & operi. Tertul. in li. definitionū ecclesiasticorū dogmatum, c. 21. manet, inquit, ad ꝺrendā salutem arbitrij libertas, id est rōnalis voluntas, sed admonente prius Deo, & inuitante ad salutem, vt vel eligat, vel sequatur. His etenim & alijs testimonijs satis apparet liberū arbitrium per primi parentis pēm lapsum, manere quidem in malū per se cū concursu gñali naturali, in bonum aūt gratia Dei mouente & adiuuante, ſm illud Oseę 13. Perditio tua ex te Israel, tantummodo in me auxiliū tuum. Extat igit Catholica definitione aduersus hæreticos, quos multis tractatib. ad hoc editis enumeruncit D. Aug & alij ecclesiæ Catholici Doct. quos nostra ætate imitati sunt Rossensis aduersus Lutherum ar. 36. Io. Dried. de libero arbitrio. Bunderus in compendio concretationum, titu. 7. Alfonsus a Castro hæretib. in verb. gratia. Dom. a Soto lib. 1. de natura & gratia, c. 15. exponit & hanc conclusionē. S. Th. 1.2.q.119.ar.2. & ar.6. & idē 1. par. q. 83. ar. 1. & rursus 1.2.q.113.ar.1. His ñ & aliam catholicam cōclusionē adijcimus, quā necessariā fore opinamur ad eorum, quę modo exposuimus, apertiorem intellectum.

4 ¶Opera iusti, quę genere suo, ac circunstantijs bona sunt, omnia sunt meritoria de condigno & cumulatioris gratiæ, & vitæ æternę. Hęc assertio probatur rōne & authoritate. Ratio. n. ex eo conflat, q̄ quidquid redditur ſm iustū iudicium, merces condigna est, cum id ad iustitiam pertineat, sed vita æterna redditur a Deo ſm iudicium iustitiæ. 2. ad Timoth. 4. in reliquo repolita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi Dñs in illa die, iustus iudex, igitur hō iustus ex operib. meretē condigni merito vitā æternā. Deinde meritū est opus, quo quis ht mercede dignus. & plurib. in locis sacræ scripturę mētio fit de mercedis operib. iusti retribuēdę, ꝑsertim Marci c. 9. Amen dico vobis, non perdet mercedem suam. & 2. ad Corinth. c. 3. Vnusquisq; mercedē accipiet ſm laborē suum. ergo ꝓmittitur, opera iusti meritum habere, & ō esse mercede digna, merces autem gloriæ æternæ est. Nā si opera apud Deū merita nō sant, nisi virtute ꝓiæ gratiæ, potissime sunt digna mercede ipsius vitæ æternę, cuius semen est ipsa gratia, vt inquit Th. 1.2.q.114.ar.2. ad 3. & innuit, ꝑ 2. ad Ro. c. 6. Gratia Dei, vita æterna. Authoritate adstruitur hæc conclusio Pauli 2. ad Thessalonicen. 1. vbi scribēs de tribulationib. inquit, quas in exēplum iusti iudicij Dei, vt digni habeamini regno dei ꝓ quo patimini. & Matthæi. c. 5. Gaudete, inquit Iesus, & exultate, qm̄ merces vestra copiosa est in cœlis. Hoc ipsum sacrosancta Synodus Tridentina continetur sessione 6. c. 16 & cano. 26. & 32. sunt & ad hæc veterū authorum, & sanctorum virorum plura testimonia, quæ aduersus impium Lutherum tradidere plures authores ex iunioribus, atq; itē ex veteribus. D. Th. in d. q. 114. ar. 3. & in Epistolam Pauli ad Ro. c. 4. & 8. S. Bonauētura in 2. sen. dist. 27. q. vlt. Ricar. in 4. sen. dist. 46. ar. 1. q. 1. Io. Bunderus in compendio concretatio. tit. 6. Alfonsus Castro in lib. aduersus hæreses. in verb. meritum. Dom. a Soto lib. 3. de natura & gratia c. 7. & 8. And. a Vega lib. de fide iustificante. q. 5. idem in defensione concilij Tridentini libr. 15. c. 12 & sequentib. a quib. duo huic assertioni obijciuntur. Primū, q̄ meritum ad iustitiam pertinet, & ius est ꝙualitatem ꝓmittens, nihil autem nos possumus præstare Deo ꝙuale vitę æternę, siquidem vita æterna nullis sit nostris obsequijs æstimabilis. Paul. ad Rom. ca. 8. non sunt condignæ passiones huius seculi ad futurā gloriā, quæ reuelabitur in nobis. Ergo nulla est iustitia aut meritum nostrū apud Deū ad futuram gloriam. qđ comprobatur ex Aristotele 8. Eth. dicente, Dijs & parētib. non possumus reddere ꝙuale. Alterū, merces, & prę mium quid debitum significant. Deus autem nihil potest debere nulli. ex eo enim ei prior dat, vt retribuatur ei, vt scripsit Paul. ad Roma. c. 11. nec Deus debet iustis vitam æternam propter quæcunque eorum opera posset. equidem iustis eam non dare, nec eis faceret iniuriam. Nam quidquid est nostri officij suum est, & id debitum atque ideo quod suum est ei reddimus. Igitur nulla est obligatio Dei propter nostra opera vtcunque sanctissima. His uero obiectionib. a Catholicis vnanimi consensu distinctione quadam respondetur, quam his breuiter exponemus.

5 ¶Opera iustorū, ꝺupliciter considerantur. primo q̄ dē considerari possunt secundum suam perfectionem naturalē, & quatenus sunt a libero arbitrio iuxta vires naturales, etiā ex speciali auxilio Dei ante gratiam gratum facientem, & amicitiam diuinam. Etsi in his non est condignitas ad beatitudinē, & vitam æternam. Longissime. n. excedit beatitudo valorē omniū talium nostrorū operum, licet & virtutem nostrā naturalem, cum ipsa sit supernaturalis. Est tñ congruitas proportionis, q̄ homini operāti secundum suam virtutem, Deus recompenset secundum excellentiam suæ virtutis. Possunt tñ secundo considerari opera iustorum secundum perfectionē supernaturalem, quā habēt a gratia, & spiritu sancto inhabitante animas ipsorū, & sic considerata sunt meritoria vitę æternæ de condigno, nā valor meriti attēditur secundum virtutem spiritus sancti, iuxta illud Io. 4. fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. attenditur ēt pretiū operis secundum dignitatem gratiæ, per quam homo efficitur consors diuinę naturę, adoraturque in filium, cui debetur hæreditas, ad Roman. cap. 8.

si filij, ergo hæredes. Hac distinctione vsus est S. Th. 1.2. q. 114 ar. 3. quem Theologi omnes secuti sunt in 1. sen. dist. 17. & in 2. dist. 28. Dom. Soto in lib. 3. de natura, & gratia. c. 7. & in Epistolã ad Ro. c. 2. And. a Vega in li. de fide, iustificante. q. 5. vers. ad primum & constat ex his, q̃ statim in sequenti distinctione dicemus. Etenim qui illa vtuntur, & hanc, ni fallor, ṗmittere videntur sensum quidem, etiam si non oẽs hanc expressim adnotauerint.

¶ Meritũ item distinguendũ est. Aliud est etenim præmium, & perfectũ, ac suapte natura meritum, cui de rigore iustitiæ merces debetur, vt plane iniustus censeat qui hanc mercedẽ non reddiderit. Hoc meritũ non est hominis ad Deũ, nã si Deus nemini redderet operum suorum mercedem, iniustus non esset, ẽt si nostra opera adiumamus ẽm ṗfectionẽ supernaturalẽ. Aliud dicitur meritũ, quod non suapte natura, aut simplr dignum est mercede de rigore iustitiæ, sed ex suppositione spõsiõis ipsius retribuentis, & eius ordinatione. quale est ṗmiũ & meritum brauij in hastiludio. in quo rex promittit victori gemmã, aut aliquid pretiosum, qđ multo maioris valoris est, quã labor, & industria victoris, q̃ qdẽ sua propria natura æstimata, non sunt digna ex rigore iustitiæ tãta mercede. sed tñ ṗmissa, & suppolita ordinatiõe, seu promistione Regis victor in hastiludio dignus est oĩno & de iustitia illa mercede, eiusmodi est meritũ hominis ad Deũ. Nã etsi nostra opera nõ sint ex seipsis digna vita æterna, tñ quia misericos Deus promisit seruanti mandata sua se illi daturũ vitam ẽternã, Matthęi ca. 19. post talem promissionẽ iustum est, q̃ Deus det uitam æternã seruanti eius mandata, constituituq̃; Deus debitor vitæ æternę nõ ex operib. nostris, sed ṗmissiõe sua, q̃ quidẽ promissio simplr, & absolute est tribuenda gratiæ. sic inquit Paul. ad Colossenses 1. dignos non fecit in parte sortis sanctorũ. hoc ipsum asserit Aug. de Trinit. li. 14. c. 15. quod animã, inquit, faciet beatã, nisi meritum suũ, & ṗmiũ dei sui. sed & meritum eius, gratia est illius, cuius ṗmiũ erit beatitudo eius. idẽ Aug. sermone 151. de tpe. laudemus, inquit, fratres dñum, quia eius fidelia promissa retinemus, nondum accepimus. parum putatis, quia promissorem tenemus, vt iam debitorem exigamus? promissor Deus debitor factus est bonitate sua, non prærogata nostra. idem in sermone 16. de verbis Apostoli in his, q̃ iã habemus, laudemus Deũ largitorẽ, in his, q̃ nondũ habemus, tenemus debitorẽ. debitor. n. factus est non aliquid a nobis accipiendo, sed q̃ ei placuit promittẽdo. Hæc Diuus August. qui ṗmissam distinctionem sensisse videtur. quam post alios exponunt authores ad præcedentẽ citati, & Io. Bunderius in compendio concertationũ, tit. 6. ar. 5. & sequentib. ateq; optime Alfonsus a Castro aduersus hæreses in verb. meritũ. [Vñ rõ huius meriti de condigno hominis ad Deũ, nõ est simplr, absolute, & plecte assumẽda, suppositione, vt diximus. Neq; dici põt meritũ de cõdigno perfectũ ẽm rigorem. Id etenim comperit merito Christi solius, quia erat suppositũ diuinũ ṗp vnionẽ verbi. Qđ S. Tho. explicat 3. par. q. 1. ar. 2. ad 2. & ex eo adnotauit Dom. Soto in 4. sent. dist. 1. q. 5. ar. 4. & li. 1. de nat. & gra. c. 6. Est tñ meritum hoc de condigno hominis ad Deum, suo gradu apud Deum ipsum iustitia, qđ idem Soto tradit in 4. dist. 1. q. 1. ar. 4. & in d. lib. 3. c. 7. & 8. qui post alios hoc ipsum ex sacris literis authorib. efficaciter probat.]

Ex his distinctionib multa deducuntur, quæ necessaria sunt ad intellectum huius conclusionis, qeã Catholicam esse diximus. & ad respondendum obiectionib. q̃ eidem opponi solent.

Primũ opera iustorũ ex propria natura, & vi, vt a libero arbitrio, ẽt ex auxilio speciali Dei antecedenti gratiam gratum facientem procedunt, non esse meritoria merito cõdigni, tametsi de congruo possint esse, & sint meritoria. Hæc Diuus Thomas paulo ante citatus, & alij, quorum mentionem fecimus.

Secundum opera iustorum vt procedunt, & considerantur a perfectione, quam habent supernaturalẽ a gratia & spiritu sancto inhabitante animas ipsorũ, & sic a gratia gratum faciente, meritoria esse apud Deum merito condigni. Hoc ipsum satis superius probatum est.

Tertio infertur meritum condigni proprie & ĩmediate, vt interim ita loquar, ṗcedere a gratia cooperante, & ei tribuendum esse, & sic habituali gratiã, idest gratum facientẽ, esse principiũ meriti cõdigni. hanc illationem plane probat S. Dh. 1.2. q. 109. ar. 6. & q. 111. art. 2. post. Diuum Augustinum in lib. de libero arbitrio.

Quartũ, cõstat ex his iustorũ opera, vt ṗcedũt a gra gratũ faciẽte, & sic a perfectione supernaturali, nõ esse simplr meritoria merito cõdigni gloriæ, beatitudinis & vitæ æternæ, sed suppolita ordinatione Dei, & eius gratuita diuina promissione, qua iustis vitã ẽternã ṗmissa est, & gratis se constituit debitorẽ. Sic sane locus Pauli intelligendus est ad Ro. c. 8. nã si naturã ipsam operũ cõsideremus, seclusa ṗmissione diuina, & eius ordinatione, nõ sunt cõdignæ passiones nostræ ad futurã gloriã. hãc illationẽ plane Catholici oẽs fatenf, & post alios diuus Th. 1.2. q. 114. ar. 1. & hi Doct. quorum modo mentionem fecimus.

Quinto, patet ex rõne iustitiæ, suppolita hac diuina ordinatiõe, vitã æternã, & beatitudinẽ dẽri, ipsũq; Deũ debitorẽ esse pp meritũ operũ iustorũ. Hoc ṗbat ex ṗcedentib. vñ ti recte oĩa cõsiderenf, manifesta est rõtio ad obiectiones ex his postremis duabus illationibus.

Et licet pleriq; visũ sit, Deũ ipsis iustis dẽre beatitudinẽ, & vitã æternã, atq; ipsis debitorẽ esse suppolita ṗmissione diuina, vt opinãt Scotus, Bonauentura, & Richardus in 2. sent. dist. 27. illud tñ cõsultius dẽbari, & teneri põt, qđ S. Th. docet in d. q. 114. ar. 1. ad 3. dũ asserit, Deũ esse nõ simplr debitorẽ vitę ẽternę, sed suppolitæ eius ṗmissionę, atq; iõ nõ esse debitorẽ ipsis iustis operãtib, sed sibi ipsi, sũæ propriæ bonitati, & firmissimę veritati, vt eius lex & ordinatio ipleat. [Deniq; Deũ sibiipsi primũ, & ex cõsequẽti ipsẽtib. eius ordinationem, ex sua ipsius gratia factum esse debitorem, dici non incongrue potest, qđ tradit And. a Vega in d. q. 5. & Viguerius Granatẽsis in instit. c. 9. §. 3. vers. primo tradidere.]

Sexto hinc proxime conitat, quam̃ accipiendũ sit qđ D. Bern. scribit in sermone primo de annũciatione, dũ inquit, q̃ abiq; iniuria põt Deus nõ dare beatitudinẽ iustis, & rursus qđ Aug. tradit 4. li. 3 Iulianũ Pelagianũ c. 3. dicens, Deũ fore iniustũ, si nõ ad ipsius regnũ verus admitteret iustus. Ad hæc Paul. Apost. 2. ad Timoth. ca. 2. inquit, fidelis sermo. Nã si cõmortui sumus, & conuiuemus. Si sustinebimus, & conregnabimus, si negauerimus, & ille negabit nos. si nõ credimus, ille fidelis permanet, negare seipsum non põt. idẽ ad Hebræ. c. 6. nõ. n. inquit, iniustus est Deus, vt obliuiscat operis vestri, & dilectionis, quę ostenditis in nomine ipsius, q̃ ministratis sanctis, & ministratis. Etenim hæ authoritates sunt accipiẽdæ suppolita, vel nõ ṗmissa promissione diuina. aut tãdẽ aĩr, qđ petendũ est a viris in sacra Theologia doctissimis, eisdẽq; religionis Christianæ, & Catholicæ ecclesiæ obseruantissimis. Nostrũ siquidem non est, rem a professione iuris humani alienam penitius explicare. legat uero quispiam Andr. a Vega in d. q. 6. & eundem super concilium Tridentinum li. vlt. c. 22.

Septimo, si ad amussim quæ dicta sunt perpendanf, elicitur, non esse necessariam nouam Dei acceptationẽ propter gratiam gratũ facientẽ, vt opus sit de cõdigno meritorium. Hoc corollariũ probatur, quia gratia gratum faciens nihil aliud est, quã acceptatio ad gloriã, vt omnes fatentur in 1. sent. dist. 27. & in 3. distinctio. 18. si ergo

ergo per gratiam hõ iam est acceptus ad gloriã, nõ est opus noua acceptatione operis. Nam si filij, ergo hæredes, vt inquit Paulus. & propterea opus est gratũ, quia persona est grata. respexit. n. Deus ad Abel, & munera eius. Alioqui esset repugnantia, personã esse acceptam, cuius opus non sit Deo gratum. atque ita Dñi. a Soto libro. 3. de natura, & gratia. c. 7. eleganter, vt & multa alia, hanc illationẽ probat, & defendit aduersus Scotũ, qui in 1. sent. d. 17. q. 1. existimat, non satis esse, opus elicita gra, vt sit meritoriũ vitę ẽternæ, sed vltra hoc requiri, q̃ sit acceptum a Deo, & ordinatum ad talem finem.

Fateor, optime lector, me lõgius digressum fuisse, q̃ ab initio constitueram, sed tñ hæc ad faciliorem huius materiæ intellectũ mutuati sumus a viris Catholicis, & sacræ Theologiæ professione celebratissimis, quę in eũ sensum accepimus, & accipere obtestamur, quem sancta mater ecclesia ṗbauit, & Catholicũ esse definierit.

6 ¶ Secunda conclusio. Inullus põt non tñ primã gratiam, sed nec quidquam aliud alteri merito condigni mereri. Hęc probatur eadem ratione, quam ad probationem primę conclusionis adduximus ex Diuo Tho. 1.2. q. 114. ar. 6. & præterea, quia meritum condigni ṗpriæ, & vere iustitię tribuit, & ad eam pertinet, qđ satis manifestum est, iustitia autem est ad ipsum operantem Pau. 2. ad Corint. c. 5. oẽs nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque propria corporis, prout gesit siue bonum, siue malum, & Apocalyps. ca. 14. opera. n. illorum sequuntur illos. Pau. itẽ ad Rom. c. 2. referens iustum Dei iudiciũ inquit, qui reddet vnicuique ẽm opera eius. deinde iustitia ad alterũ est, teste Cicerone li. 1. officijs. tradit Th. 2.2. q. 58. ar. 2. post Arist. li. 5. Eth. c. 2. & c. 5. actiones autem, q̃ sunt ad alterum, considerantur per comparationẽ ad agentem, & ad eum, in quem fiunt. vt constat igit condigni meritum, quod iustitiæ tribuit respectu agentis verlat, atque iõ non põt ex alterius operibus de condigno quidem mereri, idem etiã probatur, quia iustitia est reddere vnicuique quod suum est ei debitum ẽm proportionis equalitatem, sed iuxta hanc æqualitatem nõ potest vni deberi quidam ex operibus alterius, cũ is nihil egerit, nec dederit, ergo non põt quis alteri ex condigno mereri. & prꝫter hęc apparet. quia meritum condigni personã operantis non excedit. Nam gratia cooperans, a qua meritum procedit ex condigno vt suũ possessorem ad bratitudinem. perducat, datur, non vt per eam alteri mereatur ex condigno. Alteri. n. ex condigno mereri soli Christo seruatum est, vt explicat Thomas prꝫter alios in d. ar. 6. ex quibus conitat hæc secunda conclusio, quę communis est apud Theologos, & eam proponit Hadrian. in quodlib. 8. part. secunda.

¶ Tertia conclusio, potest quis non tñ pro suis culpis, idest, pro pœnis temporarijs, q̃ reliquæ sunt ex remissis peccatis, de condigno, & lege iustitiæ satis satisfacere. sed & eodẽ iure pro alienis. mõ ambo sint amici Dei. Hæc assertio quo ad primam partẽ probat multis, q̃ de satisfactione adnotarunt Theologi prꝫsertim Catholici aduersus impiũ Lutheri dogma. Rossensis inquã in ar. de satisfactione. Castro de hæretib. in verb. satisfactio & ṗnitentia. Bunderius in compendio cõcertionum, tit. 16. Th. & alij in 4. sent. distin. 15. nec. n. Christus Lucæ. c. 11. dixisset, date elemosynam, & ecce oĩa munda sint vobis, si remissa culpa consummata esset mundatio, aut si pœna temporaris, q̃ pro peccatis iã dimissis superest, non posset operibus nostris tolli, & exolui. q̃ autem hęc satisfactio ad iustitiã, & eius legẽ pertineat, & sic ex cõdigno fieri satisfactionem probat Th. in 4. sent. dist. 20. q. 1. ar. 2. dum distinguit meritũ de cõgruo a satisfactione, explicat elegãter Dñus. a Soto in lib. 3. de natura & gra. c. 6. etenim si pœna temporaria q̃ supest, dimissa culpa, ṗ opera nra pœnalia soluit, vt est in cõfessione apud Catholicos, & id Synod' Tridẽtina definiuit, sessione 8. c. 14. debitum tollitur rigore iustitiæ.

Secũda pars cõclusionis, ṗbat ex eo, q̃ manifestũ sit, posse quempiam pro pœna ab alio debita satisfacere. 7 id. n. Paulus dixerit 1. ad Corint. c. 8. ex æqualitate, inqt, in præsenti tpe vestra abundantia illorum. s. pauperũ ministrorum Christi, in opiam suppleat, vt & illorum abundantia vestræ inopiæ sit supplementum. abundabant nanque Corinthij tpalib. bonis, egeni vero erant in spũalib. ẽ diuerso ministri Christi spualib. abũdabãt, egentes terrenis. voluit itaq; Apostolus, bona opa pauperũ Christi cõcari. idẽ Paulus ad Colossen. c. 1. Nunc gaudeo in passionibus pro vobis, & adimpleo ea, quæ desunt passionum Christi in carne mea pro corpore eius, quod est ecclesia. Hęc Paulus, quemadmodum ergo passio christi suffragatur ecclesię, hoc est membris christi, ita mẽbra christi mystica sibi mutuo operib. subsidio sunt, dũ vnius satisfactio alteri subuenit. sic hãc secundam partem conclusionis tenent Tho. in d. 1. art. 2. Hadr. quodlibet. 8. 2. parte. [Idem Hadrianus in 4. vbi tractat. de indulgentiis, vers. ad argumenta, quibus defectus post S. Tho. in additione ad 3. part. q. 71. art. 1. & & 2. in 4. dist. 45. q. 2. Icardin. á Turre Crema. in c. mensuram. de pœnit. dist. 1. §. in Leuitico. nu. 13. Dñi. à Soto in d. c. 6. quibus placet, hanc satisfactionem fieri de cõdigno, & lege iustitiæ, quia non agitur hic de merito, vt vnus alteri mereatur, sed de solutione debitæ pœnę. atque ideo apud Deum, si quis velit soluere quod alter debet, non est cur Deus non acceptet opera, q̃ ex gra procedunt, si pro amico offerunt, ac si pro se ille obtulisset. Sic Diuus Tho. in d. art. 2. in specie hanc quæstionem tractans, hanc satisfactionem vnius pro altero distinguit à merito congrui. Hanc opinionẽ tenet, ac defendit Io. à Medina in Codice de pœni. tract. 3. q. 5. dicens esse cõem, tametsi addiderit, vnum pro alio saltẽ de congruo satisfacere. His accedit q̃ iuxta ecclesiæ catholicas traditiones apud eam est Thesaurus maximus indulgentiarum conflans ex meritis, & operib. satisfactoriis passionis christi, atque ex martyrijs, & operib. Sanctorum, cui dum dimissa culpa, pœna tpalis sit, & finita, potuere per gratiam, & auxilium christi ad iustũ satisfacere, & insup opera supererefcẽtia agere ad satisfaciendum pro alijs, quibus Sanctorum opera cõmunicantur. quod manifestum est ex constitutione Vnigenitus, inter extrauagant. communes, tit. de pœniten. & remissio. & multis q̃ de indulgentiis tradidere Rossensis aduersus Lutherum, art. 17. Io. Eckius ar. 9. & 24. Castro aduersus hæreles in verbo, indulgentiæ. Ioan. Bunderius in compendio concertationum, titu. 17. Caiet. in 2. tracta. indulgentiarum. Card. a Turre Cremat. in d. §. in leuitico. arti. 1. & 2. Sanctus Thomas, & alij in 4. senten. di. 20. & prꝫter hos plerique alij, qui de indulgẽtiis tractauere. Hæc enim est illa Sanctorum communio, quæ in Symbolo exponitur. dum fatemur, sanctorum communionem, quæ quidem, & in hoc versatur, quod opera Sanctorum satisfactoria, qua ex parte superfunt satisfactioni pro eorum peccatis quo ad temporalem pœnam, & merita passionis Christi communia sunt Christianis per charitatem. Hinc sane apparet secunda conclusionis pars, cui addẽdum est, posse quẽ etiam si ipse debeat pœnę temporalis satisfactionem, amici debitum prius, quam proprium soluere.

Tertia conclusionis pars, multis apertissima fit, sed ṗ sertim authoritate Pau. 1. ad Cor. c. 13. si distribuero, inquit, in cibos pauperum oẽs facultates meas, & si tradidero corpus meũ ita, vt ardeam, charitatẽ aũt nõ habuero, nihil sum. Apud Deũ. Hoc ipsum probatur rõne. Nam per culpam peccati fuit offensa facta Deo, cui

ob hanc

ob hanc offensam satisfactio debef,q̃ aliter contingere nequit,quam si offensa tollatur,& hæc tolli non potest nisi amicitiæ restitutione,vt constat,igit extra charitatem opera facta minime sunt apud Deum de lege iustitiæ satisfactoria,ex quibus ,& alijs hanc sniam tenent Tho.& cõis Theologorũ schola,in 4.sent.d.15.q.1.ar.3 Gratianus c.Icelerator.§.his authoritatib. & ibi Card. a Turre Crema.ar.1.& 2.de pœn.d.3.Hadria.in d.quod hb.8.par.1.& 2.idem in 4 sent.in tract.satisfactione.in c.discusso & Io.a Medina in Codice de pœnit.tract.3.q. 2.vñ manifestum sit,operanté extra charitatẽ nec pro se satisfacere de rigore iustitiæ , nec quidem pro alio, qua ex parte ille operanti tribuenda sunt eius opera.qa non operat vt imitrumentum alterius,quamuis velit p alterũ satisfacere.quod paulo post explicabit ex S. Tho. in 4.sent.d.45.q.1.ar.1.ad 3.item & illud certũ sit,opera iusti non prodesse ad satisfactionem pœnę tẽporalis ei,qui est extra charitatem,nam,& hoc eisdem rationibus probat,& cõi omnium Theologorum consensu receptum est.Etenim satisfactio ipsi debitori est adscribẽda,etiam si ab alio fiat eius nomine.idcirco oportet, q̃ non tm is,qui operatur,in charitate sit,& amicitia Dei cum hoc ad acceptationem operũ sit necessarium,sed q̃ ipse,pro quo satisfactio fit,& qui satisfacere tenet,nõ sit extra charitatem , vt Deus ex lege iustitiæ teneatur satisfactionẽ admittere.Hæc etiam cõfirmatur ex his, q̃ docet eleganter Tho.in 3.par.q.vlt.ar.2 scribens,alio modo fieri offensæ recompensationem in pœnitentia, alio in vindicativa iustitia,nam in vindicativa iustitia fit recompensatio per arbitrium iudicis,non ẽx voluntate offendentis,vel offensi,at in pœnitentia fit recõpensatio offentę per voluntarem peccantis, & ẽx arbitrium Dei,in cuem peccatur.quia hic non q̃ritur sola reintegratio æqualitatis iustitiæ,sicut in iustitia vindicativa,sed magis reconciliatio amicitiæ,quod fit dũ offendens recompensat secundum voluntatem eius, quem offendit.Hęc S.Thomas,quem Caiet.inibi sequitur.

Tandem illud sit hac in re cõstitutissimũ,opera extra charitatem facta,de rigore iustitiæ minime satisfacere pro temporali pœna debita,licet ea fuerint a sacerdote pro sacramentali pœnitentia iniuncta. quã sniam pter superius citatos etiam probant multi,q̃ citat Magister sent.in 4.d.15.eandem tenet simpliciter Caiet.in q.1. de satisfactione.& esse cõem fatetur Martinus Azpilcueta in c.1.de pœnit.d.6.nu.45. licet ipse Scotum sequutus in dict.dist.15.q.1.velit tenere contrarium,quod non potest recte defendi,nisi omissa lege iustitiæ id referamus ad liberalitatem ipsius diuinę maiestatis, vt Io.a Medina in d.q.2.explicat,post Hadrian.in d.c.discusso.& idem Medina latius explicauerat in tract.2. ca. de pœnit.iniuncta.vers.ecce igitur.& vers.sed vltra.

Et hęc quidem adeo vera sunt,vt subinde cẽseamus opera extra charitatem facta,de lege,& rigore iustitiæ minimime esse pro pœnis tpalib.satisfactoria,etiã post modũ charitate accedente.Hoc manifeste patet ex eo q̃ opera nostra,vt satisfactoria sint,debent a charitate procedere,nam sicut meritum operib. nostris tribuit a charitate,vt supra ostendimus,ita & virtus satisfaciẽdi de rigore iustitiæ,non aliunde tribuitur,quã continẽtia virtute passionis Christi,a qua secludimur, si extra charitatem simus.Nec ad hoc prodest charitas post facta opera accedens,nam ea non facit,q̃d illa opera,quę facta fuere extra charitatẽ,facta fiat in charitate,ut frequentissimo omniũ consensu receptũ esse vꝰ,ergo opera,ista nõ sunt satisfactoria. Qd cõprobat, quia opera quantum ad vitam,vel mortem considerandа sunt, & distinguenda ẽm cõparationẽ,a quo procedunt,si quidem vel procedunt a principio vitę, vel a principio mortis,igitur si semel processerunt ab initio mortis,nõ poterunt iterum eadem numero resumi,atque iõ mortua opera non possunt per charitatem fieri uiua,deinde meritum,& satisfactio ex operib.ab eadem ratione procedunt,nempe a charitate,& eius cõi,ab acceptione diuina,suppesita lege promissionis,q̃ iam ad iustitiæ rigorem pertinet,opera etenim quę meritoria sunt, eadem & satisfactionẽ inducunt,& q̃ meritoria non sunt , nec satisfacere possunt Deo ex lege iustitiæ, vt plane tarentẽ omnes.& prę cęteris Tho.in 4.sent.d.15.q.1.ar.3.vers. ad 3.q.sed opera mortua,& hc extra charitatem facta, ob charitatem denuo accedentem non efficiuntur meritoria,sicuti receptũ est apud Theologos.& tradit Th. in 3 parte,q.89.ar.6.ergo nec satisfactoria.hc denique hanc extensionem ad tertiam conclusionis partem ueram esse censent S.Th.in d.q.1.ar.3.ad 3.q.Card.a Turre Crema.in d.§.his authoritatib.ar.3.idem in c.intermittentes.art.3.de pœni.d.4 Sylvest.in verb.satisfactio.q.7. Hadria.in 4.sent.in tract.de satisfactione.c.ex dictis oritur alia dubitatio.Io.a Medina in Codice de pœni.tract. 2.q.& est communis opinio Theologorũ in d.c.15.ubi Paluda.q.1 ar. 3.post alios.Idem notant Archid.in c.ult. de pœn.di.3.Abb.in c.quod quidam de pœni.& remiss.at ferentes,hanc esse communem opinionem.

Idem erit in operibus,ex quib.aliquis manet effectus in ipsis operãtib.post ipsius operis transitum, ut in ieunio,& eleemosyna . etenim licet post factã elemosynã adhuc maneat diminutio patrimonij,& post ieiunium debilitatio corporis,attamen & hæc opera extra charitatem facta,nequaquam satisfaciunt ex rigore iustitiæ, accedente postmodum charitate.qd in spẽ adnotarunt Hadria.in d.c.ex dictis oritur.& Io.Medina in d.tract.3 vers.præsupposito.& in eodem Codice,tract.2.c.de pœnit.iniuncta.vers.sed ultra.aduersus S.Tho.in d.art 3.& ibi Palud.quos etiam sequitur Card.a Turre Crema. in d.ar.3.Nã hi existimarunt,opera ex quib.manet aliquis effectus in operantib.adhuc ex interuallo , & post eorũ transitum,etsi facta fuerint extra charitatem,esse satisfactoria charitate accedente,quorum sententia ab illo effectu continuo,qui superest factis operib. rõnem habet,qua uere sufficiens non est etiam si Sylvest.eandẽ distinctionem S.Tho.probauerit in d.q.7.quia si opera facta in statu mortalis peccati extra charitatem , mortua sunt & extincta,certe dubio procul& extincta sunt cum suis effectib. multisque aliis rationib. hęc opinio Thomę non est admittenda,quas diligentissime tradit Io.a Medina in d.trac.2.& trac.3.apud quem Lector eas expendere Nos.n.ne longius digrediamur , eas missas facimus,& præsertim quia ipse S.Thas in 3.par.q.89.ar.vlt. indistincte probat opera extra charitatem facta nequaquam resuiscere, etiam ad satisfactionem , siue ea sint opera,ex quibus in operante manet aliquis effectus, siue effectum nullum relinquentia.etenim licet hac ultima dicendi forma Sanc. Tho.non utatur expressim , cã tm præmittit,quippe qui serio,& omni conatu quæstionem disputans nullã exponat inter hæc opera distinctionem,imo rationibus utatur eam omnino excludentib.

§ Tertio ita præscriptam conclusionem probamus,ut opinemur opera extra charitatem facta nõ esse ad satisfactionem sufficientia , adhuc charitate accedente, ẽt si fuerint opera in pœnitentiam sacramentalẽ a sacerdote iniuncta.probat hæc assertio his rõnib. quib. proximæ fuere probatæ,& eã defendit Io.a Medin.in d.trac. 2.c.de pœnit.iniuncta.vers.sed ultra esset dubitatio.eandẽ sniam præmittunt plane Palud.in d.ar.3.Card.a Turre Crema.& Hadrian.paulo ante citati,qui expressim asseuerantes,per opera extra charitatem facta,esse satisfactum sacerdoti iniungenti pœnitentiam , & ecclesiæ præcepto,quod statim tractabitur,non tamen Deo palam prætata conclusione admittunt,sed & Sylue.in d.q. 6.eam

7.eam omnino explicans inquit,esse veritatẽ,& mentẽ pene omnium Doct. quod & nos constanter asseueramus.& nihilominus Caiet,in q.2.de satisfactione.exilli mat,opera iniuncta a sacerdote in penitentiam sacrãlẽ facta extra charitatẽ,satisfactoria esse,& effectum satisfactionis habere accedente charitate,& hoc probat ex eo,q̃ opus sit sacrale,qd̃ irregulariter,licet qñ bit,effectũ suum propter obicem peccati non operetur,recedente tamen peccato illum operatur,sicuti de baptismo Aug. scribit lib.1.de baptismo.c.12.tunc valere.de consecra. di.4.at satisfactio sacralis pars est sacrati,vimque habet ex clauibus & virtute sacramenti,atque opere operato, ergo sortietur effectum recedente peccato . Fatetur tm ipse Caiet.hęc opera,charitate accedente,non tm habere effectum ad satisfaciendum,quantum habuissent , si facta forent in charitate,qua in re satisfactionẽ sacrãlẽ distinguit ab alijs operib.sacralib.hęc.n.facta extra charitatem recedente fictione,& peccato totum,& tm effectum sortiuntur,quantũ habuissent facta in charitate, quia opera Dei sunt,non hominis,illa vero cum maxima ex parte hominis sit facta quidem extra charitatem, recedente fictione,licet effectũ recuperet & sortiat, nõ tm quantum habuisset facta in charitate.Hæc Caiet. cuius opinionẽ adeo veram esse censet egregius vir Marti. ab Azpilcueta in c.1.in princ.nu.49.de pœn.d.6. vt opinet opera facta extra charitatem , iniuncta tm in sacrãlẽ, satisfactionẽ,accedente charitate eundem effectũ habere ad satisfaciendum,quem habuissent,si facta forent in charitate , & hoc p̃p virtutem sacramenti . ego vero Caiet.sniam,& viri doctissimi extensionem arbitror esse contrarias opinioni communi Theologorum,vt modo adnotauimus,imo communem assertionem nõ obstante ratione Caiet.veriorem esse opinor.

Illud enim in primis fatemur,quod Caiet.optime asseuerat,topera satisfactoria iniuncta in sacrãlem pœnitentiam,& satisfactionem,magis quidem cęteris paribus satisfacere,& maioris valoris esse virtute Sacramẽti, quam opera nõ iniuncta in sacrãlem satisfactionẽ. hoc fatentur cõiter Theologi,& notant Thomas,& ibi Caiet.in 3.par.q.90.ar.2 ad 2.idem Tho.expressim quodlib.3.ar.28.hoc præmisso probatur falsam esse Caie. sententiã. Primum,quia satisfactio licet sit iniũcta in sacramento pœnitentię,& habet maiorem valorem virtute sacrãli,& clauium,est tamen opus hominis,non Dei,at quę iõ eius valor merito innititur operãtis.hoc etenim propriũ est satisfactionis,vt fatetur Tho.in 4.sent. dist. 15.q.1.ar.3.ad 3.qnem alij sequuntur.igitur cum præcipuè consideretur ex opere operantis,si fiat extra charitatem omnino mortua est,nec accedente charitate fortitur effectum. qua rõne cessat argumentatio Caiet.ab aliis sacramentis deducta.Sacramenta siquidem opera sunt solius Dei diuinitus instituta,quę valorem habent a meritis Christi,non a meritis operantis,& iõ etiam si fiant extra charitatem,non admittunt proprium valorem,licet non profint operanti,& cessante fictione fortiuntur effectum præsertim tollitur rõ Caiet. quia ea locum habet ifi Sacramentis imprimentib. characterem in anima.quæ iterari non possunt.hæc enim recedente fictione fortiuntur suum effectum.alia vero sacramẽta non hanc sequuntur legem.nam indignè sumpta extra charitatem recedente fictione non conferunt effectum recipienti,vt Io.à Medina ex rationib. aliquot Theologorũ fatet in codice de pœn. trac.3.q.3.& in tract.2.c.de pœni.iuncta.vers.sed vltra.& in c.de cõfessione ficta iteranda.& Hadria.in 2.sent.in trac.de confessione.c.5.dubium.& tractabitur in fine huius paragrafi. Secũdo adversus Caie.opinionem argumentatio efficax fit ex eo, quod communi omnium iudicio in distinct. 25.4. sentent.definitum extat , eadem opera , quæ sunt latisfactoria,esse & meritoria,& quæ sunt meritoria esse satisfactoria,quia & meriti & satisfactionis ẽst una , & eadẽ radix est gratia cooperans,& gratum faciens, si opera iuncta in Sacrali pœna facta extra charitatem recedente fictione forent satisfactoria,sequeret eadẽ esse & meritoria,quod dicendũ non est,liquidem opera extra charitatem facta.vtpote non procedẽtia à gratia,nulla modo recedente fictione meritoria sunt, imo contrarium esset erroneum,igitur hæc opera non sunt recedente fictione satisfactoria. Tertio,virtus sacrti pœnæ operatur remissionem culpæ pœnæ æternæ,& portionem aliquã tpalis,iuxta Catholicas,& cõi consensu receptas definitiones.ex opere quidem operato,non autem satisfactionem,cum hæc ad operantis opus pertineat, sed & si detur,recedente fictione,virtutem Sacramenti accedere, & prodesse,id obtinet quo ad virtutis effectus, quos mõ diximus,non quo ad satisfactionẽ,ergo opera hæc licet maioris valoris sint rõne,& vi sacri, non tm extra charitatem facta reuiuiscunt a d effectum satisfactionis pro pœna tpali.idcirco tutior est opinio, quam,ni fallimur, communem esse censemus,aduersus Caiet.

10 ¶ Opera vero facta in charitate,quę per subsequens peccatum fuerint mortificata,recedente pctõ , & iterũ accedente charitate,priorem effectum recipiunt,& satisfactoria,ac meritoria sunt.hoc constat ex his,quæ S. Th.oĩum cõsenu receptus adducit in 3.part.q.89. arti. 5.& Theologi in 4.sen.di.15.q.1.gl in c.quęrat hic aliq̃ in verb.non percipitur.de pœnit.di.3.Hadr.Sylue.& alii proximè citati præsertim gl.super illud Iohel.c.2.reddam vobis annos, quos comedit locusta. inqt.n.gl.nõ patiar perire vbertatem, quam cum perturbatione animi amisistis.vbertas autẽ ista meritum bonorum operum est,quod fuit perditum per peccatum,ergo per pœnitentiam reuiuiscunt opera meritoria priùs facta ante peccatum.eandem sniam probat Card.à Turre Crema.in c.intermittentes.de pœni.di.4.arti.2. quo in loco Gratianus eidem subscribit opinioni ita intelligens,q̃ ex Augustino in c.14.li.de pœnitentia citauerat , & ex Hieronymo ad c.1.in Aegeum.de pœn.di.3.c.pium. & c.si qñ.tametsi idem Gratianus in c. quærat aliquis. & in c.vlt.vers.pœna.vbi gl.de pœni.di.3. ad finem. censeat opera extra charitatem facta,quæ verè mortua dicunt, per pniam recedente fictione,satisfactoria esse , & reuiuiscere,quod falsum esse constat ex his, quæ hoc in §. tractauimus.& licet Aug.& Hieronymi sniæ in d. ca. pium.& c.si quãdo.huic Gratiani vltimę opinioni suffragari videantur , attamen intelligendæ sunt in hunc sensum,vt opera facta extra charitatem multa possint ex congruo à Deo,& eius maxima liberalitate impetrare,non aũt in eum,vt vel meritoria sint. vel satisfactoria recedente fictione.sunt vero hæc opera extra charitatẽ fcã,ẽt ante fictionis,& peccati discessum,ad plurima vtilia vi impetrationis ex cõgruo à liberalitate Dei.

¶ Primum ad impetrandum aliquod tpale bonũ,& præmium.c.quid ergo.de pœni.dist.3.ex Chrysostomo homilia 66.ad populum Antiochenum,item ad obtinẽdum facilius á Deo auxilium spãle, & gratiam conuersionis,qua citiùs peccator resipiscat.& ad acquirendos 11 bonos mentis habitus,quibus faciliùs homo,etsi peccator bona opera exercẽs vitijs resiliat.quin & vtilis sunt ad consequenda ex impetratione,& iure liberalitatis dilationem pœnæ,& remissionem pœnæ temporalis. qd̃ de Achab refertur 3.reg.c.21.c.talis.ca.Achab.de pœni. dist.25.ad impetrandas intercessiones sanctorum, & ad multa alia quæ passim Theologi tradidere , præsertim Card.à Turre cremata in c.nihil.de confes.dist.5. Sylvest.in verb.charitas.q.8.rursus idem Card.in c.primũ consolatio.§.quanquam bonorum.art.1.de pœni. di. 3. Hadr.in quodlib.à.art.1.in 4.sen.in tract.de satisfactione.

4.sent.in tract.de satisfactione.c.discusso.Io. Maior.in 4.sent.d.35.q.1.vers.dubitat.& Io.a Medina in codice de pœn.trac.3.q.2.q quidē peccator operib.bonis a liberalitate diuina poterit impetrare, nō rōne iustitiæ, nec ex merito, sed ex cōgruitate quadā, sicuti & pdicta colligunt fere ex S.Th.in 4.sent.d.15.q.1.ar.3.ad 4.

12 Hinc sane expendi poterunt quæ adnotauit gl.in c. quod quidam.de pœn.& remiss.quæ sing.est fm Abb. ibi & Ang.in verb.pēn.§.14.cui est similis in c.quærat aliquis.de pœn.d.2.in verb.non percipitur. etenim gl. aliquot effectus commemorat, quos operanē bona opera facta extra charitatem, quorū duo, nempe q̄ valeant ad facihorem illustrationē mentis, vt ea facilius a Deo impetretur, & ad bona temporalia liberalitate diuina consequenda superius expoliti fuerunt. Addit tū gl.in d.c. quod quidam hæc bona opera facta extra charitatem prodesse ad vitam æternam promerendam, quod falsissimum est, præsertim quia gl.premittit hunc effectum, & alios, etiam eo tempore, quo quis est extra charitatem, non recedente fictione, in quo grauissime erat. nam opera bona facta extra charitatem, etiā recedēte fictione, nec meritoria, nec satisfactoria sunt, vt superius ostendimus, atque ideo temerarium est dicere, q̄ opera bona extra charitatem facta nondū recedente fictione prosint ad promerendam vitam æternam, cum eo tempore, nec iure meriti de cōdigno, nec ex cōgruo nec ex vi impetrationis, possunt vitam æternā ipsi operanti acquirere. quamobrem suspicor gl. non ita mente sensisse, vt eius verba significare videntur. & ita gl.in di. verbo. non percipit. hunc effectum horum operū omnis fit. Addit etiam vtraque gl. opera extra charitatē facta vtilia esse saltem ad minus supplicium subeundum. & id sanē gl.trac.4. non recedente fictione, eritque vera eius cōclusio in hoc sensu, vt pœna inferni, & æterna nō debeat tanta, quanta deberet, si peccator hęc bona opera non fecisset, nam vere tanta non debet, liquidē p hæc bona opera peccator in hunc constituitur statū, vt minori contemptu peccet, est aūt ista conclusio gl.in hūc modum accepta, vt pp bona opera peccatoris minuat pœna æterna tam pro eius peccatis debita, hęc etenim nō minuit, fm S.Th o.in 4.sent.d.15.q.1.ar.3.ad 5.q.& ibi Durandum, & Card.in c.1.consolatio.§.quamquam bonorum.ar.2.de pēn.di.3.

Tradit pterea gl.in d.c.quod quidam pœnitentiā facta extra charitatem recedente fictione, & charitate accedente. suum proprium effectum operari, quemadmodum & baptismus.c.tunc valere.de consec.d.4.huius gl. potest esse duplex sensus. prior quidem, vt opera extra charitatem facta in pœnitentiam tamen sacramentalem iniuncta, accedente charitate esse vel meritoria, vel satisfactoria, aut vtrunque effectum habitura vere constituamus. quod tū falsum esse superius ostēdimus, atq; ideo hic sensus verus non est, nec recte defendi potest.

13 Alter sensus in hunc modū explicatur, vt confessio & pœnitentiæ sacrum extra charitatē contingentia, cessante fictione vim & effectum sacramentalem sortiantur, sicuti & in Baptismo satis est manifestū. huic opinioni additipulat Gratianus in c.grat hic aliqs.ad finē. & in c.vlt.§.vlt. & ibi gl.de pœn.d.3. qui vt asserere, etiam in aliis sacramentis obtinere illud, qđ de Baptismo Augustinus adnotauerit, nempe, quod, recedente fictione, suum effectū operant. idem no.S.Th.in 4.sen.di.17.q.3.ad 1.dū adducens conclusionē de Baptismo inquit, idem & in aliis sacramentis, hoc ipsum Caiet. tenet expressim.q.5 de confessione, vbi de illa disputat qstione, an confessio sacramentalis facta extra charitatē sit iteranda, in cuius intellectū hic, tria proponemus ad plenis controuersiæ definitionem, & quidē breuiter, rōnum cōcertationē omittentes, quod ea non omnino sit nostræ professionis.

Primum illud apud oēs est in confesso, qđ confessio sacramentalis facta ab eo, qui nullum dolorem habet, nec cō trītionem, nec eam attritionem, ex qua virtute sacramenti fiat contritus. [nec attritionē qualemcunq; omnino repetenda sit, cum hęc cōfessio non sit materia sacramenti pœnitentiæ, quippe quę a nulla pœnitentia deducat. huic assertioni cōsentiunt oēs, præsertim Caie.in d.q.5. Capre. in d.d.17.q.3.& ibi Durādus q.1.3. Melchior a Cano, q diligentissime de hac re disputauit in relect.de pœ.par.3.

Secundo, si quis habeat attritionē, ex qua virtute sacramenti contritus fiat, grām.d. adsequutus, non est huius confessio iteranda. suscipit etenim hic verum pœnitentiæ sacramentū, ac remissionē peccatorū p absolutionē sacramentalē. Maius igit dubiū est de illo, qui integre oīa mortalia peccata confitet, nullo ex cetta scientia omisso, & habet attritionē adeo imperfectā, vt virtute sacramenti cōtritus non fiat, imo sacrilegus sit ex eo, qđ irreuerenter tūc suscipiat sacramentū, qđ ei cōcedendum non erat, c.q.d quidā. paulo ante citatū, an huius cōfessio, cui accessit absolutio, sit repetenda? & tunc ponitur 3. cōclusio.

Tertio, cōfessor fictus sine debita dispositione attritionē tū habens admodum imperfectā, si integrē confitetur, sacramentalē facit confessionem, & veram absolutionem percipit, sibi tū tunc minimē efficacem propter obicē factum positum, huius assertionis electus maximus est quod non erit necessario confessio iteranda. hanc opi. probant, & veram opinantur S.Th.in 4.sent.d.17.q.3. art.4.ad 1. cui magis communiter consentiunt cæteri Theologi ibidem, & Caie.in d.q.6.de confessione. quā sanam doctissime defendit Melchior a Cano, in d.relectione de pœn.par.5. (eandem sequitur Domi. Sotus in 4.sent.d.18.q.3.ar.pen.& vlt.) & profecto hęc pars benignior est, & probandi or, tametsi ꝓria maximis innitat rōnibus, quā probare, & tutari conantur Ioa. Maior.in d.17.q.9. Hadria.in 4.sent.q.4.de confessione, & dubio 5. eiusdem trac. Io.a Medina in codice de pœni.trac. de confessione, c.de confessione ficta iteranda. [Et Petrus Sotus de institutione sacerdotū. lect 8.de confess. informi.) opinio aūt diui Th. non aliter accipienda, q̄ si qs aduertēs se carere dolore efficaci accuset seipsum illius indispositionis, cū alioq; huius culpæ omissio efficeret confessionē non integrā, & iō ea foret iteranda. vnde gl.in d.§.vl.de pœ.d.3.in verb.vtil s.q̄ dicit, hanc simulationē, qua quis ecclesiam decepit, posse modū cōfitendā esse, cum quis vere pœnituerit, non tū esse confessionem primā iterandam, est intelligenda de fictione illa exteriori, & sacrilegio, quod peccator cōmisit recipiendo exterius absolutionē, nā hæc antea explicari, non potuit, nō aūt de illa indispensatione animo, atq; fictione quam peccator habuit antequā susciperet absolutionē, hæc. n. tūc ad illā absolutionē cōfitenda est, quemadmodum satis colligitur ex S.Th. resolutione in d.art.4.

Nec tū statim sequitur, cōfessio ita informis iteranda non est, ergo recedente fictione, sacramenti effectū operaf & habet. Nam vt statim, § seq. probabimus, pōt contingere, qđ non sit iteranda confessio extra charitatē facta, sequuta absolutione, quia iā est pręcepto confessionis obtemperatum, & iō ad vitandū nouū peccatū nō est necessaria iteratio, nouū, inquam, peccatu, qđ ex omissione præcepti cōmitteret, nec ex hoc necessario deducitur, eā non esse iterandā ad obtinendā veā, & efficacem illorum peccatorū absolutionē, n. hīs dominus S. Th. Caie & Melchior a Cano, & alij, quib. frequentius placet S.Th. sīs, palam asseuerant, confessionem integram, informē tū, quia facta sit extra charitatē, sequuta sacramentali absolutione, recedente fictione, suum operari sacramenti effectum, & esse idem in sacramento pœnitentiæ, quod in sacramento Baptismi. & ita Caiet. & Thomas idem esse in omnibus alijs sacramentis opinantur

nantur. Melchior a Cano reliqua sacramenta ꝓter Baptismum. & pœnitentiam ab hac lege excludit. etenim censet, sacramentū Baptismi. & pœnitentiæ, quia ea sint ad salutē necessaria, fictione recedente, suum operari effectum, at reliqua sacramentē extra charitatē sumpta, ēt recedente fictione probat, non operari suū effectū. sed Gabriel in 4.sent.d.17.q.1.ar.3.dubio.2. Io.a Medina sępe in hoc §. ad id citati, existimant, hoc esse proprium sacramenti Baptismi & eorum, q̄ iterari non possunt, vt tandē Baptismus extra charitatē susceptus recedente fictione effectum proprium, & verū sacrī operet, cætera vero sacrata, ēt pœnitentiæ, recedente fictione, non habeant sacrati effectū, quo ad ipsum recipientē extra charitatē, tametsi vera fuerint sacrata. [idē asseuerat Dñi. Sotus in 4.sent.d.18.q.3.ar.vlt.] horū authorū rō ea est, q̄ in sacrato Baptismi peculiaris q̄dā obtineat huius privilegij cā, q̄ alijs cōis nō est, alijs, inquā, q̄ iterari possunt nā q̄ diximus de Baptismo, idē intelligimus in similib. sacratis, q̄ iterari nō possunt. etenim cū hæc sacrata iterari nō possint, & fructꝰ illorū sit admodū necessarius, vero simile ēdiuinā maiestatē fructū horū sacraorū abscedente fictione conferre, ne baptizati, confirmati, & ordinati ꝓpetuo pruiuenē horū sacrorū fructu, qui baptizatis omnino necessarius est, confirmatis aūt & ordinatis maxime vtilis. Hęc vero rō alijs sacratis nō conuenit siquidē recedēte fictione, iterū recipi possunt, & recipiētes ita in charitate fructū eorū cōsequūtur & plane Io. Maior fatetur S.Th. sīam in hoc esse contrarium communi opinioni, quod ipse non ita certum esse opinor.

Illud tū est omniū cōsensu receptū, confessionē sacramentalē, hoc est, ex qua cū ablolutione verū pœnitētiæ sacrm consistit, eam non esse iterum facciendā, nec iterandā. qđ si sit aliqua confessio, ex qua nō est cōstitutū verū pœnitentię sacrm, ea erit omnino repetēda, & iterāda. huic etenim scopo oīa, q̄ vtrinq; in disputationē adduci poterunt, & adducunt, dubio procul intendunt.

EX §. SEQVENTI, SVMMARIVM.

1 *Præceptum diuinum, vel humanum regulariter seruatur per opera extra charitatem facta ad hunc effectum, ne quis nouam violati præcepti culpam contrahat.*
2 *Clericus in peccato mortali dicens horas canonicas satisfacit præcepto ecclesiæ.*
3 *Circumstantia temporis festi an sit necessario confitenda?*
4 *Potest quis alteri a benignitate diuina multa impetrare, & an primam gratiam?*
5 *Suffragiorum, & orationum triplex valor constituitur.*
6 *Opera habentia valorem ex opere operato quæ sint, & ibi de sacrificio missæ.*
7 *Horæ canonicæ an habeant vim ex opere operato?*
8 *Suffragia quo ad effectum operis operantis dupliciter considerantur.*
9 *Suffragium factum pro multis, non ita cuilibet prodest, ac si pro eo tantum foret ministratum.*
10 *Valor suffragiorum publicorum, & priuatorum vnde procedat quo ad vim operis operantis?*
11 *Suffragia per viuos exhibita, etiam prosunt existentibus in purgatorio.*

§. QVINTVS.

1 ALTERVM & si bona opera facta extra charitatem aliquos effectus habeāt, quos paulo ante ostendimus, potissimum superest alium effectum exponere, in hunc demū modum, vt certum sit, opera bona extra charitatem facta in hoc vtilia esse, q̄ p ea, quis excusetur a peccato. & noua culpa, quam contraheret transgressione precepti, si ea non faceret, non. n. est præcepti transgressor, qui actui bono in genere suo, quem lex præcipit, apponit aliquam malam circunstantiam, vel illū fecerit existens in mortali crimine extra charitatem, nam quędam ꝓcepta sunt, quæ sine charitate, & in his charitas necessaria est ad obseruationem ꝓcepti. At sunt alia præcepta de actib. exteriorib, q̄ non exigunt necessario charitatem ad eorū obseruationem & hæc seruantur etiā absque charitate, aut saltē eorum trangressor non est, quia actū præceptū extra charitatē fecerit. scribit sane eleganter S.Th.in 1.2.q.110. non cadere sub præcepto legis humanæ, nec diuinæ modū virtutis quantū ad hoc, vt aliquis ex habitu radicato operetur, quamuis bene cadat ipse actus virtutis. nec. n. fm eum ab homine, nec a Deo punitur tanquā ꝓcepti trāgressor, qui debitum parentibus honorē impendit, quāuis id fecerit absque habitu pietatis, nā licet lex ꝓcipiēs actū virtutis intendat sibi subditos ad virtutē inducere tū de actu virtutis non de fine ꝓceptū facit, finis siquidē legis ꝓcipientis nō cōtinet, nec est sub ipso legis ꝓcepto, q̄ idē Th. ens sim explicat 1.2.q.96.ar.3.ad 2.& 2.2 q.44.arti.1.4.& 8.ex quib. locis palam hoc adnotauit Caie. Paluan 3.sent.d.37.q.1.col.3.& ibi Io. Maior.q.15. & est cōis opin. fm Almain in 4.d.16.q.1.cui additipulatur altera diui Th.d.in eadem 1.2.q.100.arti.10. ita.n. scribit, actus charitatis dupliciter considerari pōt, vno mō fm q̄ est quidam actus per se, & hoc mō cadit sub præcepto legis, quod de hoc specialiter, i. diliges dominum Deum tuum, & diliges proximum tuum. alio mō pōt considerari actum charitatis, fm quod est modus aliarum virtutum, hoc est eo modo, quo actus aliarū virtutum ordinantur ad charitatē, q̄ est finis ꝓcepti, & tunc actus charitatis non cadit sub ꝓcepto. hæc Th. adijciēs exemplum idem de honorando parente. Non. n. in hoc ꝓcepto includitur q̄ honoret ex charitate, sed solū q̄ honoretur pater. denique multis alijs rōnib. & authoritatib. probatur cōis opinio, quā Panor. & alij itidē tenēt in d.c.quod quidem.de pœn. & remiss. Scotus in 2. sent. d.18. Almain in 2. tract. moraliū. c.8. & esse cōem asseuerat And. Vega eam sequutus in li. de fide iustificate. q. 13. col.2. hoc ipsum tenent & sequūtur alij doc. quorū statim in aliquot corollarijs mentionē faciemus, & hi, duos in ꝓximo §. citauimus ad effectus operū, q̄ extra charitatem facta sunt. idē S.Th. rursum tenet in 1.2.q. 109.ar.4. cuius sententiā sequitur & explicat Dominicus a Soto, li.1. de natu. & gratia. c.21. qui omnino legendus est. c.21. Et idem lib.1. de iustit. & iure. q.3. ar.10.

¶ Sunt tū qui existimēt, hāc conclusionē non esse in vniuersum accipiendā, & id verū est, nā minime procedit in his ꝓceptis eorū actuū, qb. potitis, semp venit ad gr̄am gratū facientem, vt ꝓceptū de martyrio, & de dilectione Dei sup omnia. q̄ constat ex rōne S. Th. in d. ar.10. & id latius a Theologis traditur in 2.sent.di.18.

Idē est in ꝓcepto de pœnitentiæ virtute, i. de contritione, nā ꝓceptū habemus de pœnitentia tanta, quanta sufficit ad reponendum peccatorē in gr̄a Dei, quod cōi omnium Thologorū sententia receptum est, & probat his rōnib. quibus cōstat, esse diuinæ legis speciale ꝓceptum de pœnitentia cordis, quas rationes cęteris diligētius exponunt Io.a Medina in codice de pœn. tract. 1. qō. 2. vers. ettio sit necessaria. & Melchior Canus in relect. pœn. 4. parte. quo fit, vt hoc præceptum de pœnitentia cordis minime possit impleri extra charit. tē. quod in specie probant Iacob. Almain in d.c.8. & Andr. a Vega in d.q.13. & deducitur ab his, quæ Thom. scribit in d.ar.10. vnde potest expendi conclusio glos. in d.ca. qđ quidā. cuius in §. præced. intellectum tractauimus. inquit enim gl. quod licet nō possit quis vere de vno peccato

cato mortali pœnitentiã agere, absque eo, q & de alijs pœniteat.c.sunt plures.de pœ.d.3.not.And.in 4.in trac. de pœn.q.3.c.quia iam ostensum est.Card.a Turre.Cre ma.in c.1.consolatio.§.sed quod et.de pœn.d.3.vbi Gra tian.de hac q̃stione disputat.tamen hęc pœnitentia cor dis habebit effectum,cum de alijs peccatis peccator pœ nituerit.hic.n.illius gl.sensus ad cordis pœnitentiam re fert,& plane nõ illo gl.non placet,quia nõ satisfacit pec cator p̃cepto de pœnitentia cordis,eo quidem casu, quo pœnitere tenetur, nisi id fecerit,quod sit sufficiens ad re ponendum eum in amicitia Dei,a qua exclusus est per aliud pẽcm,de quo non pœnitet, nec pœnituit. igit etiã recedente illa fictione tenebitur ad obseruationẽ p̃cepti pœnitere,vt præcepto,& eius diffinito tempori satisfa ciat,qua ratione constat, peccatorem illum præcepto de pœnitentia non satisfecisse,ne tunc,nec recedente fi ctione,atque iõ culpa omissionis præcepti iuste notari.

Præter hæc opinanẽ quidam prænotatam communẽ sn̄iam non esse admittendam quo ad præcepta de sacris percipiendis,nã hęc p̃cepta in hunc modum sunt intel ligenda,vt quodlibet p̃ceptum de sacris vnicum sit, nẽ pe de suscipiendo sacro debitẽ,& absque mortali pec cato,qui quidem sensus non patitur, quod dicamus in sacris duplex esse præceptũ,vnum de eo suscipiendo, al terũ de non recipiẽdo sacro in mortali culpa.nam iux ta hunc dicendi modum,qui perciperet sacr̃m in mor tali,peccaret ꝑ p̃ceptum 4m, seruaret tamen primum. idcirco hi Doct.priorem sequuntur sensum,& ita intel ligunt cõem conclusionem. sic sane Durandus censet in 2.sent.d.28.q.3.& 4.& Almain in d.c.8.ad fi quorum sn̄iam defendi posse opinatur And.a Vega in d.q.13.& eam facile admittent,qui aduersus cõem conclusionẽ, quam in principio huius.§.constituimus.in vniuersum tenent,sed nihilominus quo ad istum effectum ne pec cator in pẽcõ suscipiens sacr̃m,nouum peccatum. omi 2 sionis contra p̃ceptum de eo suscipiendo cõmittat, ve rior,& receptior vr̃ ea sententia,qua solet distingui,præ ceptum impleri etiam extra charitatem ab eo, qui est in mortali peccato,tametsi verum sit, eum mortaliter peccare ob irreuerentiã maximam,quam cõmittit con tra diuinum sacr̃m,& preter obicem ponere gr̃ę, & ef fectui sacr̃i.in his etenim duobus nulla est apud Theo logos controuersia.sic & opin.Durandi fallam esse cen set Domi.a Soto li.1.de nat.& grat.c.22.sed gñaliter co nantur alij probare,nullũ per actum peccati satisfacere p̃cepto Dei,vel eccl̃iæ, quæ quidem opin. si vera est, manifeste conuincit, verum esse quod aduersus cõem mõ diximus,s.in sacris illud esse considerandum, q ne mo ea recipiẽs extra charitatẽ præceptis Dei, vel eccle siæ satisfaciat,cum extra charitatẽ in peccato mortali ir reuerẽter,& maxima cum iniuria diuina ad sumantur, & ex eo solo culpa mortalis a recipiente contrahat. sic Andr.in 4.sent.in tract.de sacro confessionis.c.4. du bium.qui in effectu tenet opinionem,quam proxime deduximus ex Durando, & Almaino.nos tñ & in hoc casu,sicut in præcedenti cõem sn̄iam probamus, & te nere profitemur. denique amplius quidam asseuerare non formidarunt,existentem in mortali,& extra chari tatem nõ posse implere p̃ceptum alicuius Dei, vel ec cl̃iæ.& hi non tm cõtendũt sub p̃cepto alicuius actus contineri ipsum actũ virtutis,sed & finem ipsius p̃cepti & legislatoris,quod diximus esse cõtrariũ opinio.S Th. & aliorum,qui eum sequuti sunt,& tamẽ hanc opinio nẽ aduersus cõem defendunt Dionysius Cisterciensis in 1.sent.d.17.q.1.& Greg.a Rimentis in 2.di.18.q.1.& 2.quorum opinio ab eis & in hoc sensu adsumitur,vt in hac specie præcepta impleri non possint, etiam ad vitã dam nouam culpam ex transgressione imminentẽ, & tamen adeo abena est a veritate,vt nec ꝓbabilis censeri valeat.Ex communi tamen sententia plura deduci po terunt, equibus aliquot exponere decreui.

Primum infertur ratio huius conclusionis, quã in §. p̃cedenti nu.13.vers.Tertio, proposuimus. nã si fictus confessor non habens eam attritionẽ,q̃ ex vi sacramen ti fiat contritio,& sic cum imperfecta peccatorũ dispo sitione,q̃ sufficiens ad veram attritionem non est huius conscius status eum sacerdotis ipsum accusans detexe rit,& absolutionem acceperit,p̃cepto de recipiendo sa cramento pœnitẽtiæ,cuius effectui obicẽ ponit,quia ex tra charitatẽ est,nihilominus in hoc sensu satisfacit, vt euadat nouã ex transgressione p̃cepti culpã. hinc deni que authores,qui hanc conclusionem defendunt,quos ibi citauimus,plane cõcedunt,primã huius paragraphi asser tionem etiam in p̃ceptis de sacramentis obtinere.

Secundo cõstat ex his,satisfactionẽ sacrale à sacerdo te iniunctam,& extra charitatẽ postmodum exequuto ni trãditã, etiã si nec accedente charitate satisfactionis effectũ sortiatur,qđ in §.præcedenti explicuimus,hunc tñ effectum habere tẽpore ipso,quo fit, vt sacerdotis p̃ cepto,& obligationi pœnitẽtiã implendi sub noua cul pę reatu peccator satisfacit.Hoc ꝓbat ex eo, q licet to neat quis,opera pœnalia facere q̃ sacerdos ei iniunxerit in satisfactione pœnæ tẽporalis,vel ex acceptione ipsi' pœnitentis, vel aliunde,sub pœna noui reatus, nõ tñ to nẽ ea opera exercere,& exequi in gr̃a & charitate,imo liberat ab hac noua culpa,si hæc bona opera fecerit extra charitatẽ,tametsi adhuc maneat peccator obligatus ad satisfactionẽ vel in hoc sęculo vel alio subeũdã,atq; ita cõstat ex 1.huius §.cõmemorauimus,nu.8.ex quo subinde colligit,nõ eẽ necessariũ q̃ iterũ ab ecclesia ta tisfactio sacralis iniungat,nec ea repetẽda erit ad effectũ implendi p̃ceptũ eccl̃iæ,vel sacerdotis confessarij, sicuti not.gl in §.vlti.de pœn.d.3.in verb.vtilis est.

Tertio infertur,clericum extra charitatem dicentẽ horarias preces,ad quas tenetur ratione beneficij eccle siastici,vel ordinis sacri,p̃cepto ecclesię satisfacere ita q̃ dem,quod nec teneatur eas iterum exoluere.nec sit pœ nę præcepti obligatus.hæc etenim corolaria conclusio 3 satis apparet vera ex notatis superius in initio huius §.qa oratio existẽtis in pẽcõ mortali tibi & alijs ad multa est vtilis,sicuti in §.p̃cedenti respondimus. Sed & hanc il lationem in specie veram esse censent Abb.in c.quod q dam de pœn.& remiss.Cholm.in §.sanct.tit.quaniter ho ræ canonicę sint dicendæ,in verb.debent.Io. Medina in codice de pœn.tract.6.c.de horis canonicis reiterandis. & Martinus Azpilcueta in c.inter verba.11.q.3.nu.287. & id sane vr̃ admittendum præter alias rõnes, & ea qui dem,ne tot scrupulis occasio detur,quamuis contrariũ in clerico publice cõcubinario teneat Abulẽsis in trac. de concubinarijs.conclu.9.& in oĩbus denique existen tibus extra charitatẽ mortali ei ipsa affectis sensim idẽ insinuent Hadr.in 4.sent.trac.de restitutione.c.pro cla riori,versi.pro responsione.Io.Briart.quodli.2.propoti tione 1.& seq.post eiusdem Hadri.quodlib.illud tñ abs que vlla controuersia certũ est,maioris valoris esse ora tionem illius,qui est in gratia,& charitate, quam eius, qui extra charitatem constitutus mortalis culpæ reatu afflictur.

Quarto hinc apparet veritas illius q̃stionis,an sit ne necessario cõfitẽda,& sacerdoti reuelanda fœrcũltãtia festi ab eo,qui mortale crimẽ cõmisit in die festo,quasi sit nouum peccatum,quod eo tempore mortalẽ culpã contraxerit, & quidem ꝑ præceptum de obseruatione festorũ,vtum siquidem est quibuslibet,obligari Christia num ad diligendum Deum super omnia diebus festis,& sic ad abstinendum a mortali culpa, & peccato illo qui dem peculiari præcepto.item eorum sn̄ia solet persua deri ex eo,quod extra charitatem nõ possint impleri ꝑ cepta

cepta diuina,vel eccl̃iæ,nec eorum aliquod.igitur præ ceptũ de obseruatione festorum violat̃ p̃cipue,si quis eo tempore pẽcm mortale commiserit.quib.præterea suffra gari vr̃ tex.in c.16.Leuitici.Sabbatũ requietionis est, af fligetis animas vestras,ab oĩb.peccatis vestris, mũdabi ni.& rursus c.23.affligens aĩas vestras,omne opus serui le nõ facietis in die hac,oĩs aĩa, q̃ afflicta non fuerit in die hac,peribit,de populo suo,vt ꝓpitiet vobis dominꝰ.

Quarto his accedit S.Th.sn̄ia in 2.2.q.122.ar.4.ad.3. vbi expressim inquit,eum facere contra præceptum de 4
festis obseruandis,qui eo tempore pẽcm mortale com miserit.quib.& alijs rationibus hanc opinionẽ asserunt Alex.de Ales 3.part.q.32. membro.5. arti.2. Nicolaus Lyra Exodi c.20.Florent.3.par.tit.17.c.17.§.5. Ang.in summa in verb.feriæ.& in verb.interrogationes p̃cept. 3.& in verb.p̃ceptum.§.5.Io.Maior,in 4.sent.d.17.q.4 Hadr.in 4.sent.tract.de cõfessione.q.4.vers.venio nũc. Nider in præcepto.3.Scotus,& Gabriel in 3.sent.d.37. Ambro.Cathar.lib.5.contra.5.contra Caietanum.

Contraria sn̄ia nihilominus verior est,& constat hac argumentatione,p̃ceptum de colendis festis non est ar ctius Christianis,quã Iudæis p̃ceptum de sabbato colen do,imõ laxius,siquidem multa opera nobis licet diebus festis,q̃ Iudęis minimè licita erant die sabbati, vt deco ctio ciborum,& similia, sicuti diuus Thomas fatet in 2.2.q.122.ar.4.ad 4.& tñ Iudæis sol' exterior cultus, & ges imperabat externa,vt docet idem Th. inibi in cor pore q̃nis,igit apud Christianos præceptũ de colẽdis festis dieb.ad exteriorẽ cultũ pertinet nõ ad interiorẽ.

Sic sanè hanc opinionem veram esse defendere cõ tur Sylvest.in verb.confessio.1.q.10. Caiet.in 1.2.q.7. ar.1.& 2.q.122.ar.4.& in summa in verb.dies festos. & in opusculo.27.q.c.10.Almain in 4.sen.d.17.q.1.vers. nec solum peccata. Domin.Soto li.2.de iustitia & iure. q.4.ar.4.rursus Sylvest.in verb.circunstantia. q.3.& in ver.dominica.q.vl.& post alios diligenter admodum Martinus Azpilcueta in c.cõsideret.in prin.nu.22.quo rum opinio verior profecto est,atque ideo admittẽda.

Ad primum respondeo,p̃ceptum de colendis festis qua ex parte sensum habet mysticũ,& continet ab om ni pẽcõ abstinentiã,& mentis in Deo quietẽ, generale esse,atque cum præcepto illo conuenire,declina a ma lo,& fac bonum,at ea ex parte,qua p̃ceptum illud est speciale,iuxta litteralem sensum est accipiendũ,ac pro hibet tm exteriores operationes seruiles, non ea,rõne q̃ sint peccata,sed q̃ sint opera seruilia exteriora,vt ex plicat Tho. in d.q.122.ar.4. vis autem specialis præce pti secundum cõem sententiam Theologorum est con sideranda ad hoc,vt necessario sit circunstantia illius cõ 5
fitenda.igitur festi circunstantia non est confitenda, cũ speciali p̃cepto p̃cm in diebus festis prohibitũ non sit.

Ad secundum satis responsum extat ex his,q̃ in prin. huius §. explicuimus, receptissimam opinionẽ secuti.

Ad tertium cũ viro doctissimo Melchiore Cano, in relec.de pœn.4.part.ad finem,respondemus, primum, q̃ lex illa vetus abolita est,nec nos obligat,nisi ea parte, qua legis naturę præcepta continebat.deinde q̃ lex illa de certo quodam die loquebatur, q̃ festum propitia tionis erat vbi sacerdos semel in anno peculiariter pro peccatis populi orationem fundebat ad Deũ,atque ho stias offerebat,vt quod nũc ecclesia facit semel in anno obligans ad pœnitentiæ sacramẽtũ, tũc in veteri illo po pulo pręsignaretur. Necerat lex,quæ singulis festis,& sabbatis hanc animi afflictionem præscriberet,siquidẽ & nũc in lege euãgelica nõ obligamur speciali p̃cepto necdiuino,nec humano ad agendũ diebus festis pœniten tiã,p̃ceptũ.n.de colẽdo deo,quo festis diebus adstringi mur,opera religionis, sed præscribit,pœnitẽtia vero nõ est opus religionis,sed vindicatiuæ iustitiæ Thomę

sensum in 3.part.q.85.ar.3.ad 4.& ar.4.& in 4.sen.d.14. q.1.ar.5.& di.15.q.4.ar.7.ad 1.

Ad quartum nempe ad S.Thomæ authoritatẽ cõstat ex eo responsio,q̃ is author,vt inibi explicat Caie.vel loquatur de p̃cepto sabbati colẽdi iuxta mysticum sen sum,aut plane tractet de p̃cepto isto quantũ ad eius fi nẽ, qui non cadit sub spẽ vi p̃cepti, quemadmodũ ex eodem S.Tho.paulo ante latius deduximus, quib.tãdẽ fit,posteriorẽ huiꝰ illationis partẽ omnino tenẽdã fore.

Quarta conclusio principalis.¶Põt quis alteri ex con gruo a Dei liberalitate impetrare bona tẽporalia, augmentũ gratię,& q̃que primam gratiam. Hæc est pro positio Hadria.in quodlib.8.ar.2.S.Tho.in 4.sent.di.45 q.2.ar.1.ad 1.& 1.2.q.114.ar.6.ad 1.& in 3.sent. di.19. q.1.ar.2.ad primã.& de bonis temporalib.constat,quia Sodomitis summis peccatoribus pepercisset dominus, si vel decem iusti potuissent inter eos inueniri.quod di uus Ambr.li.de Patriarcha Abraham.c.6.adnotauit di cens.Hinc discamus quãtus amicus sit patriæ vir iustus. De prima vero gratia censendũ est,eã non posse impe trari per vnum alteri,qui omni bono motu careat, nec ad eã dispositius sit per opera ad eã recipiendã efficacia imo contraria assertio in hoc sensu esset erronea. At si quis optime sit iniustus per bona opera ad id efficacia, nempe sufficientia ad dispositionẽ recipiendæ primæ gr̃ę,ob alterius orationẽ,& suffragia ex ui impetratio nis a liberalitate diuina consequetur maiorẽ gr̃am pri mam,quam ipse alioqui absque hac intercessione con sequeretur.Sic etenim intelligendi sunt S.Tho.& Had. dum tenent,posse quẽ alteri ex congruo impetrare a li beralitate diuina primã gratiã,quemadmodũ disputat Io.a Medina in codice de pœni.trac.6.vers.fed de ora tione pro altero asseuerans posse quem alteri impetra re ex congruo gr̃am ultra gratiam correspõdentẽ pro prijs alterius operibus.tametsi tutius sit,q̃ nullus pos sit alteri a diuina liberalitate ex congruo aliquam gra tiam impetrare,licet bene illustratione cordis, nam & Paulus inqt,2.ad Corinthios c.5.oẽs stabimus ante tri bunal Christi,& reportabit,vnusquisque 4m ea,q̃ in ꝓ prio corpore gessit.pertinent & ad hoc plura alia testi monia,q̃ a Theologis q̃stionem istam tractantib.ad ducuntur.¶Tandem fieri nequit ut quis alteri, etiã ex congruo primã gr̃am mereatur,nisi merendo illi pro prijs actũ, quo in Deũ cõuertatur,rursus nec augmẽtũ gr̃æ,nisi merendo illi, ut per proprios actus proficiat in gr̃a.Ex his,q̃ Dõmi.Sotus tradit in 4.d.45.q.2.ar.1.)

¶Cæterum & pter superius adnotata,illud hoc in lo co necessario est memoria repetendũ, quod eleganter 5
disserit Scotus in quodlibeto.20.nẽpe,cuiuslibet ope ris boni,& meritorij triplicem esse ualorem,specialissi mum quidem,specialem,& generalissimũ, ut interim his dictionib.utamur.est.n.ualor specialissimus quo ad ipsum operantem,& is,qui operanti cõpetit, & appli catur specialis,qui cõpetit ei,pro quo quis orat, teiunat aliudue opus simile operatur,generalissimus aũt,qui to tius ecclesię est,& omnibus Christi fidelibus propter illam sanctorum communionem conuenit, & adnec titur.hanc distinctionem ut utilem admodum ad perci piendum ualorem suffragiorum ecclesiæ sequunt fre quentissimo omniũ consensu theologi post Scotum, præsertim ipse Hadr.quod li.8.ar.3. Gabriel.in canone Missę.lec.26. Doct.in 4.sent.d.45.Io.a Medina in d.tra. 6.c.de multiplici ualore orationis.Martinus Azpilcue ta in cap.quando.de consec.dist.not.ab.20.nu.81.(Do mic.Sot.in 4.dist.13.q.2.ar.1.& lib.9.de iust.& iur.q.2. artic.2.) hęc distinctio colligitur ex veterum autho rum sententijs,sicuti constat ex his locis,qui ab his do ctoribus citantur,ut hinc plane colligendũ sit quodcũ que opus Christiani, utile quidẽ esse omnibus Christi

6 fidem profitentibus, quo ad tertiam valoris partem.

¶ Est etiam & in hac q. cõsiderandum, esse opera, q̃ dam valorem habentia ex operato, & sic ex institutio
*ne Christi, & hęc operanti suum effectũ abiq; operantis meritis, alia vero sint opera, quorum valor ab ipsius operantis meritis, & fiam pendet. & priora quidem operanturin eum, qui obicem non posuerit eorũ effectui, his operibus Missa tribuitur ſm Thomam communiter receptum in 4. sent. d. 45. q. 2. ar. 1. ad 3. q. Gabriel. in canone missæ lectione 57. qui tenet, missam nõ tm qua ex parte est sacrm ex opere operato effectũ habere, sed etiam qua ex parte sacrificium est, & hoc pp institutio nem Christi, huic opinioni Caie. refragat in opusculis. q. 2. de celebrat. missæ. vbi existimat, sacrificium missæ ex opere operato nullum habere effectũ particulare in quocũq; homine. pro cuius opinione tradit distinctio diui Thomæ in 3. par. q. 79. ar. 5. qui elegãter distinguit missam in sacrm, & sacrificiũ, & inquit eam habere rõnẽ sacri in quantũ offert, atque idcirco ſm eandem esse ẽtum sacri habet missa in eo, qui sumit, effectum autẽ sacrificij in eo, qui offert, vel in his, pro quib. offertur. Hęc Th. qui palam sensit, ad Missam, qua ex parte sacrificium est, attendi offertẽtẽ ipsum, vel eũ, pro quo offert, & in ipẽ, eum habere rõne sacrificij vim satisfaciendi, in qua magis attenditur offerentis affectus, quam quantitas oblationis. rursus idem Th. 1. part. q. 82. ar. 6. innuit, missam quo ad orationes, & alia pter sacrm, valorẽ habere a deuotione, & affectu sacerdotis orantis, & eorũ quorũ nomine orat. vnde fatetur Caiet. & denique omnes post diuum Th. in d. ar. 6. missam quo ad sacrificiũ, valorem etiam adsumere a deuotione totius ecclesiæ, cuius nomine celebratur. item & a deuotione affectu- que ipsius sacerdotis. ita quidem apparet, missam vt sacramẽtũ est, valorem & proprium effectum habere ex opere operato, eodem mõ si fiat a malo sacerdote, quo si fieret a bono. tex. ibi. in c. intra catholicam. 1. q. 1. & tñ quo ad sacrificium pp deuotionẽ, & affectũ offerentis, maioris valoris est missa optimi sacerdotis, quã pra ui. hic sane infertur, missam qua ex parte sacrificium est, maioris valoris esse vno tempore, quam alio, quãdo videlicet est maior tanctitas, & charitas in ecclesia, a cuius deuotione valorem ipsa adsumit, quod in specie pbat Gabriel in canone missę, lect. 26. col. 6

Nihilominus, & si fateamur hæc, q̃ mõ ex diuo Thoma, & Gabr. adnotauimus, vera esse, & a Theologis cõmuniter recepta, cõtendimus cõem secuti, missam, qua ex parte, sacrificium est, habere effectũ ex opere operato. est etenim ipsa oblatio cum consecratione, simul & eucharistiæ sumptione sacrificiũ a Deo ipso institutum. idcirco sicut sacra ex opere operato pp diuinã institutionẽ suũ effectũ habent, & ita & hoc missę sacrificiũ a Christo instit. tutũ ex ipso opere operato suũ effectum habebit, etiã si nullus mortalium esset in gra, qd est impossibile, quem admodũ explicat Gabriel in d. l. 26. col. 5. qui statim subdit missam alio in sensu effectũ habere ex opere operato, non equidem pp institutionem Christi, sed pp oblationem huius sacrificij nomine totius ecclesię Catholicæ factam a sacerdote, qui minister totius ecclesiæ est, in hoc sacrificio offerẽdo. qua rõne, cũ ecclesia, q̃ offert, sit semp dilecta Christi, vt eius spõsa, effectus huius sacrificij operi operato tribuendus est ea ex parte, qua ecclesiæ totius nomine offert, tqdẽ valor ille nusquã deficiat, nec ad ipsum offerentẽ referendus sit. ego vero, hunc effectum, & valorẽ tribuendum esse opinor operi operãti. licet verum sit, eũ pcedere ab ecclesia catholica, cuius nomine offertur hoc sacrificiũ. nã & ipse Gabriel fatet hũc valorẽ tunc maiorẽ esse, cũ in ecclesia, q̃ pcius ministrũ offert sacrificiũ maiorẽ habet charitatẽ. ergo operi operanti valor hic est adscribendus. deinde valor operis operãtis in hoc sacrificio cõsi derat ex parte ipsius sacerdotis offerẽtis, qa offert ipse li cet noie alterius, vt Thomas explicat. igit & effectus huius sacrificij procedens ab ecclesia, q̃ vere offert p ministeriũ sacerdotis, operi operãti erit tribuẽdus. sicut & eleemosinæ, orationes, ieiunia, & alia opera meritoria valorẽ habent operis operantis ex parte illius, qui ea heri iusserit, & mandauerit, quod statim probabit, Sed & cõis opinio, quæ dictat, missam qua ex parte sacrificiũ est, valorem habere ex opere operato, ex eo apparet, q̃ missa, quatenus sacrificiũ est, a Christo fuit instituta in remissionẽ peccatorũ, & ab ipso valorẽ habet ad hunc effectũ, ut satisfactoria sit ad remissionẽ pęnę tẽporalis & meritoria. ad vero cõstat Lucę. c. 22. & Matth. ca. 26. Hic est calix sanguinis mei, qui p vobis, & pro multis effundet in remissionẽ peccatorũ. pro vobis inquã sacramentibus, & sic sacrm est, qd ipsi tm cui confertur, prodest. Pro multis, i. alijs, quorum nomine, & pro quibus fiet hæc hostiæ oblatio. Et hac rõne sacrificium est in memoriã passionis dominicæ. & ab ea valorẽ accipit, sicuti eleganter explicat S. Th. 3. part. q. 79. ar. 7.

Nec pro Caie. cõuincunt S. Th. verba, quia is, etsi distinxerit missam in sacrm, & sacrificiũ, nõ negat sacrificiũ missę pter valorẽ operis operãtis nõ habere effectũ operis operati. Nec itẽ vrget, q̃ sequeret, hũc valorẽ esse infinitũ. id etenim fatemur, mõ certũ sit quo ad applicationẽ esse finitũ, authore Th. in 3. par. q. 79. ar. 5.

¶ De sacramentis ecclesiæ dubiũ nõ est, q̃ valorẽ & effectũ habeant ex opere operato, pp Christi institutio
7 nem. De oratione dominica, & horis canon. ab ecclesia institutis idẽ quidã respondent, nempe eas habere valorẽ, & effectũ ex opere operato. ita qdẽ est Gabr. in Can. Missæ. lec. 57. col. 2. Gerson in 3. par. Alphab. 71. & Io. a Med. in trac. de oratione, c. de valore oratio nis pro seipso fusæ. ver. Sed queres. quorũ opin. est omnino intelligẽda in eo sensu, quo Gab. in lec. 26. operis operati valorẽ cõsi derauit, nõ equidẽ ex Christi institutione, sed ex totius eccles. cuius noie oratio fit, deuotione, & applicatione. Nã et si orationes canon. q̃ ex instituto ecclesiæ dicunt, valorẽ ẽt habeant ab orantis affectu, vt S. Th. de sacrificio Missę tradit in d. q. 82. ar. 7. qa tñ fiunt, & dicuntur horæ cano. a clericis nomine ecclesiæ catholicæ, vt eius ministris, seclusa valore rõne ipsius recitantis, itidẽ valorẽ habent rõne fidelium, ecclesiæ, cuius mandato dicuntur, atque in hunc sensum verũ est, q̃ istę orationes effectũ habeãt ex opere operato ẽt si minister sit in pctõ mortali. At si operis operati valorẽ aliter consideremus. s. ex Christi institutione, non poterit defendi Gabrielis opinio. quo fit, vt iuxta propriam significationẽ, sensum, quo valor operis operati accipiendus est, remoto quocũq; humano affectu, dicẽdũ sit has horas canonicas ab eccla institutas, & q̃ noie totius eccle dicunt, non habere valorẽ, & effectũ ex opere operato, sed ex ipsi' eccle, & ministrorũ affectu, & deuotione, quẽadmodũ deducit ex his, q̃ mõ expoluim'.

8 ¶ Illud vero ptermittendũ nõ est, orationes, suffragia, & sacrificia quo ad valorẽ operis operantis esse rursus dupler consideranda. primũ. n. ut dicunt, & fiunt p prio noie, sc. do, ut fiunt, & dicunt noie totius eccle, vel alicuius priuati orationes, aut sacrificia delegãtis, & alteri cõmittẽtis. etenim suffragia primo mõ considerata, qua loré accipiũt, effectũ cõsequuntur ab affectu, & statu ipsius met, q orat, seruant, alindue suffragiũ, & opus exeq̃t Nã si sit extra charitatẽ, & mortali affectus culpa, nec sibi, nec alteri p̃ sunt quo ad satisfactionẽ, nec aliã utilitatẽ afferunt pter eas, quas cõmemorauimus in §. pcedenti, nu. 11. q̃ si secundo mõ suffragia contiderentur, valorem accipiunt, & habent non tantum ab ipso minis
trante, sed etiã ab ipsa ecclesia catholica, vel ab ipso, cu

ius delegatione & commissione fiunt. idcirco licet, q vt instrumentum alterius operaẽ extra charitatẽ sit, valorem tamen habebunt suffragia ex parte eius, qui ea, commisit ministerio alterius, si ipse charitatem habeat, nec sit culpa mortali affectus. sic sanẽ S. Thomas communiter receptus eleganter explicat in 4. sent. d. 45. q. 2. ar. 1. ad 3. q. vnde plura, quo euidentior sit huius distinctionis utilitas, inferenda sunt.

Primum omnium suffragiorũ potissimi valoris esse missæ sacrificiũ, cũ id valorẽ habeat ex opere operato, & opere operante cã totius ecclesiæ, cuius nomine fit, & itẽ ipsiusmet ministri, vel eius, qui ministeriũ delegauerit, totius etenim ecclesię affectus, & charitas, præter ipsum opus operatum, maxime operatur quo ad suffragiorum ualorem.

Secundo constat, missam, qua ex parte sacrificiũ est, & alia suffragia maioris esse ualoris si fiant a bono ministro, quam a malo, auget siquidem ualorem ipsius ministri charitas, & deuotio, authore Thoma in 3. part. q. 82. ar. 6. cuius opinio recepta omnino est.

Tertio hinc apparet, missam, ut est sacrificiũ, & cætera ecclesiæ suffragia, maioris ualoris esse, si fiãt ex cõmissione, & ordinatione illius, q est in gra, & charitate hãt, quã eius, qui extra charitatẽ est, liquidẽ suffragiorũ ualorẽ auget charitas illius, qui ea fieri constituit, & cuius nomine fiunt ſm Tho. & cõem in d. d. 45. art. 2. ad 3. q. sic qd diuus Gregorius scribit in 1. parte pastoralis. c. 11. cum is, qui displicet ad intercedendum mittit, irati animus ad deteriora prouocatur. cuius Gratianus meminit in princ. 49. di. intelligendũ est quo ad valorẽ orationis ab ipso orante procedentẽ. nã hic valor nullus est, quoties sit oratio nomine, & cõmissione alterius ab eo, qui nõ est in charitate, valorem tm habet ab eo, qui orationẽ, & suffragia alteri cõmisit, si is charitatem habeat.

Quarto subinde manifestũ est, meliora esse, & denique gratiora suffragia facta a pluribus, aut plurium cõmissione, quam ab vno, vel vnius instituto, quia horum charitas valorem orationis auget, cũ maior sit in pluribus, quã in vno. Hoc satis probatũ est ex præcedentibus, si, q̃ mõ adnotauimus, ad amussim fuerint cõsiderata.

Quinto inde colligitur, orationẽ dominicã, & horas canonicas ab ecclesia institutas, meliores, & gratiores esse Deo, cæteris parib. q̃ reliquæ sint orationes, cuius illationis rõ est, quia hæ orationes fiunt nomine totius ecclesię, siquidẽ ministerio orãtis a tota eccla fiũt, atq; tõ valorẽ accipiunt a totius eccelesię charitate. Clerici etenim, & religiosi ex ecclesiæ instituto canonicas horas dicẽtes, vt ministri ecclesiæ preces istas ad Deũ ipsũ emittunt. Nec de his, nec de sacrificio missæ dubitãdũ est, iuxta cõem oĩum traditionem. Sed de aliis, qui ex ecclesiæ lege non tenẽtur ad horas canonicas, eas tamẽ recitant, pleriq; dubitare poterunt, an vt ministri ecclesiæ munere isto funganf. Et tñ egregius Doctor Martinus Azpilcueta in c. quando. de consecratio. d. 1. notab. 20. nu. 66. existimat has horas canonicas a quocunq; dictas ecclesiæ nomine dictas cẽseri, cum sint ab ipsa eccla pcipue in hoc institutæ, vt noie totius eccle dicant. Quę quidẽ opia, & benigna mihi vr, oportet igit hac in controuersia ppẽdere an suffragia fiant nomine totius eccle, eius instituto, & ab aliquo vt eccle ministro, vt ide cõstituam' gratiora, & meliora, cẽ, q̃ si priuatim fiant.

Sexto, si præmittamus qd omnino præmittendũ est, valorem suffragiorum ecclesiæ, quo ad satisfaciendum per applicationem finitũ esse, & cuiuslibet suffragij tres esse finitos valores, quos ẽ in hoc §. mentione fecimus,
9 illud erit statim constituendum. Suffragium factũ pro pluribus non tm prodesse cuilibet ex illis, quantum si pro eo tantum fuisset exhibitũ. Nam si vnicuique operis consideremus quo ad debitũ ex iustitia primũ, illud profecto finitũ est, & cuilibet operi constitutũ. idcirco certũ hoc pmiũ, & finitũ inter plures diuisum, non ptinebit ad quemlibet ea ex parte, qua pertinuisset, si inter pauciores diuideret, aut deniq; si vni tm applicatũ fuisset. quod euidenti demonstratione percipiẽ. At si consideremus valorem operis quo ad impetrandũ a diuina libertate, nulla est certitudo qui diuina maiestas plurib. vel vni tribuet. Hæc igitur illatio verior est, & frequentiori calculo probata, eã etenim collegimus ex Scoto in d. quodl. 20. diuo Tho. in 4. sent. distt. 45. q. 2. ar. 1. ad 2. q. Innocen. in c. pe. ne prælat. vices suas. Imol. in cap. fig. de pręben. Pręp. in c. sacrof. 22. dist. Cai. in opusc. q. 2. de celebrat. miss. Io. And. & Abb. in c. fraternitatẽ. de sepul. Car. a Turre Crema. in c. non mediocriter. de consecr. dist. 5. Hadr. qdl. 8. ar. 3. Io. a Medina in tract. de oratione. c. de valore. orationis pro multis fusæ. Mar. Azpilcueta in d. c. qñ de consecr. dist. 1. notab. 20. nu. 77. Dom. Soto li. 9. de iust. & iur q. 1. ar. 1. (& in 4. dist. 13. q. 2. ar. 1. eãdem legito dist. 45. q. 2 ar. 4.) quib. non obstat authoritas Hiero. in d. c. non mediocriter. vbi inquit. Cum psalmus vel missa pro cunctis a Sab. dr, non minus quã si pro vnoquoq; diceretur, accipiẽ. Nã illud tm ex hoc deducitur, missam dictam pro multis, eundem valorẽ habere, ac si pro vno dicta fuisset, nec inde sequitur, quod ille tãtus valor vnicuique ex illis multis insolidum applicet.

10 Septimo est obseruandũ, missę valorẽ ex opere operantis procedere ab ipsa ecclesia catholica, cuius institutione celebrantur, & ab ipsomet celebrante. Idcirco missa maioris valoris est, si fuerit a sacerdote charitatem habente celebrata, quam ab eo, qui extra charitatem sit, quia licet valor procedens ab ecclesia, quæ plures fideles charitatem habentes continet, nusquam deficiat, ẽt si malus sacerdos ministret, ille tamen valor, qui a charitate ministri deducitur, planẽ omnino desideratur, quoties minister mortali culpa est affectus, quod satis colligitur ex Tho. in d. q. 82. artic. 6. & Gabriele in Canone missę lect. 26. columna 5. & 6.

Octauo hinc infertur, reliquorum suffragiorũ, quæ priuato nomine, non equidẽ totius ecclesię catholicę fiunt, valorẽ procedere ab ipso ministrante, & ab eo, cuius delegatione, & cõmissione ministrant. vnde si minister sit extra charitatẽ, dimidia valoris pars deficit, ficut ex diuerso si minister sit in gratia, is verò cuius cõmissione ministerium fit, culpa mortali impeditus à charitate sit alienus, ẽt deficiet dimidia valoris pars. q̃ si vterque sit extra charitatẽ, nulli' valoris erit suffragiũ istud, ẽt si p̃ iustis ministret, quoad effectũ satisfaciẽdi iuxta opinionẽ, quã ex Diuo Tho. superius pbauimus, §. præcedẽ. nu. 7. & cõstat ilthęc octaua illatio ex notatis p S. Thomã cõiter recepeum in 4. sent. dist. 45. q. 2. arti. 1. ad 3. q. Hæc denique de suffragiorum valore, & effectu.

11 His oĩbus adijciendũ est viuorũ suffragia, si fiant p̃ defunctis exiltẽtib. in purgatorio, eis, qdẽ ita p̃desse, vt ex lege iustitię satisfaciãt p̃ tpali pœna quã in eo loco defunctorũ aĩę pati debẽt in satisfactionẽ, quæ non fuerat plenẽ in hoc sæculo corporis labore consummata, qd̃ p̃baf Machab. 2. c. 12. vbi oblatũ fuit sacrificiũ pro mortuis. Sancta, inqt, & salubris est cogitatio p̃ defunctis exorare, vt à pctis soluant, à pctis, inquã, à pœna tẽporali, ſm quã p̃ pctis aĩæ patiunt in purgatorio, ſm Aug. lib. de curr. pro mortuis agend. c. 1. eundẽ pulchrẽ de ciuitate Dei, li. 21. c. 13. c. aĩæ defunctorũ. 13. q. 2. [Et ibi Durand. q. 1. S. Bonauent. art. 2. q. 1. S. Tho. in additi. ad 3. par. q. 71. art. 3. & 2. Petrus Sot. in Instit. sacerd. lect. 3. de purgatorio. Granatensis in institutionibus. c. 16. §. 4. vers. 33. Vbi Card. à Turre Crema. S. Tho. in 4. sent. dist. 45. q. 2. art. 2. ad 2. q. & est verè catholica cõclusio, q̃ aduersus hæreticos p̃baf multis authoritatib. quas de suffragijs, & purgatorio tradidere Rossitis, Iohannes Eccꝛ

Alfonsus a Castro, Io. Bunderius in compendio, & alij catholici, qui nra ætate contra pestilentissima Lutheri dogmata scripsere, item de indulgentiis ecclesiæ, q̃ rone suffragij, & eius vi prosint existentib. in purgatorio tenuerunt omnes cõiter, præsertim S. Tho. & alij in 4. sent. d. 45. Card. Abb. & Doc. in c. quod autem. de pæn. & remiss. Fel. in tract. de indul. col. 7. Sylue. in verb. indulgentia. q. 7. Caie. optime in tract. de thesau. indul. q 5.

EX §. SEQVENTI, SVMMARIVM.

1 *Suffragiorum communio dupliciter consideratur.*
2 *Excommunicatio maior, qua suffragiorum communione quempiam privet?*
3 *Peccatum mortale, an privet suffragiorum ecclesiæ communione.*
4 *An possit quis pro excommunicato maiori excommunicatione orare? & quid pro mortali peccatore.*
5 *Excommunicatus sacramenta ecclesiæ vel conferens, vel suscipiens, peccat mortaliter.*
6 *Sacramentum ordinis susceptum, vel collatum ab excommunicato, quem effectum habeat?*
7 *Sacramentum pœnitentiæ ab excommunicato susceptum. vel ministratum, an teneat, vel sit iterandum.*
8 *Excommunicatus, an sit sacramenti pœnitentiæ minister in articulo mortis?*
9 *Excommunicatus maiori excommunicatione celebrans irregularis est, & inde de celebrante coram excommunicato, & de excommunicato, qui auctoritatem præbet celebranti.*

§. SEXTVS.

ACTENVS, lector oprime, de suffragiorũ ecclesiæ valore breuiter quidẽ egimus, vt hinc appareat, quid referat excommunicatum suffragijs ecclesiæ priuatũ esse, ac destitutũ. q̃ modo apertius constabit, si q̃ antea diximus specialibus, quibusdã propositionib. exponamus. Etenim valor suffragiorum dupliciter consideratur, quo ad eorum participationem. vno quidem modo virtute charitatis, q̃ omnes fideles conectit, vt sint vnum corpus in Christo Iesu, cuius est propria illa sanctorum cõmunio, de qua in symbolo mentio fit. ca. loquitur. 24. q. 1. & ad Ephes. c. 4. inquit Paulus, vnũ corpus, & vnus spiritus. & vna spes vocationis nostræ, vnus dñs, vna fides vnũ baptisma, vnus Deus. tex. optimus in c. firmiter. §. vl. de summa Trin. Hæc igit charitas facit oia bona & suffragia esse cõia. Alio mõ suffragia quo ad eorũ valorẽ, & eius cõionẽ considerant, ex animo, intentione, & applicatione faciẽtis, & operantis. Hac diuisi S. Th. in 4 sent. d. 45. 2. q̃. ar. 4. ad 1. & ad 2. q̃ alij cõiosum consensu sequuntur repetit idem S. Tho in d. 28. q. 2. ar. 1. ad 1. q. & Hadr. quodli. 8. ar. 3. post Pa. in d. 84 in q. 1. quib. ita constitutus, sequentia proponimus.

1

Prima propositio. ¶ Excõmunicatio maior nõ priuat excõmunicatũ vlla suffragiorum ecclesiæ cõione, quæ a charitate procedit, cum illa priuatus fuerit per mortale crimẽ, cuius cã fuit excõicatione affectus. sic fane sanct. Th. cõmuniter receptus explicat in d. q. 2. ar. 1. d. 18. & Gabriel post alios in canone missæ. lect. 26. col. 7. vn constat, iniuste excõicatũ minime hac cõione priuari, qd satis manifestũ est. Iã nec excõicatũ minori excõicatione, cũ ea non inferat pp pẽtiã mortale, qd hac cõmunione priuat. Tãdẽ illud certissimũ est, huius cõmunionis priuationem mortali pẽtõ, non excõmunicatio ni tribuendam fore. liquidem qui inique est excommunicatus, ratione huius excommunicationis nequaquam ista communione destituitur. Cum iuste excõmunicatio non tollat charitatem, qua manente, manet vnionis vinculum, & communio, si vero quis iuste fuerit excommunicatus, peccatum mortale, cuius causa lata in eum fuit excommunicatio, priuauit eũ charitate, quæ huius communionis radix est.

His accedit q̃ missæ sacrificium non habeat effectum quo ad operationẽ operis operati, nisi in his, qui p fidẽ & charitatẽ vniunt. ẽm Th. in 3. parte. q. 79. art. 7. ad 1. quãobrem quo ad hanc communionẽ nulla est differentia, nec quidquam refert, sit peccator mortali culpa affectus, excommunicatus, vel non.

Secũda propositio. Excommunicatio maior priuat quem illa suffragiorum ecclesiæ communione. q̃ ab applicatione, & intentione, totius ecclesiæ radicẽ hnt. Probat hæc conclusio ex eo q̃ ecclesia minime vult communia suffragia applicare, nec orare pro his, qui extra eã sunt, sed tm pro mẽbris eius ab ea nondũ abscisis, & segregatis, quemadmodũ concordi eõium inia satis est expeditũ, idcirco hæc secunda propositio paĩ infert, & notatur a S. Thoma. & his, quos in proxima assertione citauimus. & Sylues. in verb. excommunicatio. 1. col. 2.

Tertia conclu. Excommunicatus maiori excxmunicatione, minime comprehendit sub orationib. & suffragijs ab eccla gñaliter pro eius mẽbris exhibitis. qd constat ex proxime dictis, & est oĩam cõis conclusio, quidquid in ãriũ senserit Hostiensis in c. cũ voluntate. de sen. excom. col. 2. & Sũma confessor. li. 3. 33. quæst. 159.

2

Quarto conclusio. Peccator etiã mortalis criminis reus sub generalibus ecclesiæ suffragijs pro mẽbris eius institutis comprehenditur, quia per fidẽ ecclesiæ membrum est, notandum publica authoritate ab ecclesiæ cõmunione separatum. Hæc apparet ex applicatione ecclesiæ, quæ pro membris eius orat. Esse autem peccatores ecclesiæ membra iam superius probauimus in huius relectionis prin. nu. 6. idcirco receptũ est qd in hac conclusione proponimus. liquidem prædicti authores fatẽtur, communionem suffragiorum ecclesiæ ab eius intẽtione, & applicatione procedentẽ, mẽbris ecclesiæ quibuscũq; cõuenire tsi hæc eccl̃æ suffragia nõ ita vtilia sint exĩstentib. extra charitatem, sicuti his sunt, qui charitate exĩstentib. extra charitatem, sicuti his sunt, qui charitate habent. quod apparet ex adnotatis in §. 4 præce. & nihilominus adhuc plurimum vtilitatis hæc suffragiorum communio affert peccatorib. primum etenim ad defendendũ eos a tentatione dæmonis, qui hostis accerrimus est. Et ad protectionẽ Dei, qua diuina maiestas speciali cura filios ecclesiæ custodit, ad impetrandam a Deo illustrationem cordis. vt citius, ac facilius a peccatis abstineant, ad bona temporalia denique ad alia multa, quæ colligi poterunt ex his authoribus, quorum mentionem fecimus in §. 2. nu. 1. quibus quidem vtilitatibus excommunicatus maiori excommunicatione omnino priuat, authore Th. in 3. sent. d. 18. q. 2. ar. 1. ad 2. q. vt hinc plane fit compertum, quod non semel iã in principio huius relectionis admonuimus, qualtũ quo ad interiores pœnas, & interiora damna excommunicatio differat a mortali pctõ qd & Holti. ac Io. And. adnotarũt Ioĩa quo rũdã. de iudẽ. & Ca. elegiter Itra. 17. q. c. 13 Ex quolibet obiter obseruare, ecclesiã catholicã quandoque pro excommunicatis, Hæreticis, Saracenis, & infidelib. orare, non equidem vt pro membris ecclesiæ, orationib. ad ecclesiæ membra coadiuuanda institutis, sed vt exteris, & ab vnione ecclesiæ alienis, quibusdam orationib. in id ordinatis, q̃ dignetur diuina maiestas eos reducere ad ecclesiæ vnitatẽ, & pœnitẽtiã, quemadmodũ notant S. Th. in 4. sen. di. 18. q. 2. ar. 1. ad 1. q. Card. a Turre Cremata in c. si quis episcopus, 11. q. 3. Sylues. in verb. excommunicatio. 1. col. 2. & in verb. oratio. q. 4 sic denique orat ecclesia in die veneris sanctã pro Hæreticis, Paganis, Iudæis, & infidelibus, non vt membris ecclesiæ,

3

ecclesiæ, sed alijs ad hoc orationibus institutis

4

Quinta conclusio. Non potest quis vt ecclesiæ minister orare pro excommunicatis maiori excommunicatione, his orationib. quę pro mẽbris ecclesiæ fieri solent. Hanc assertionẽ S. Th. & alij paulo ante nominatim citati expresim exponunt, & ea communis est. idẽ in specie notat Gabriel in d. lect. 26. col. 7. not. doct. in c. cum voluntate. de sent. excom. & in c. a nobis. in 2. eod. titu.

Sexta cõclusio. Poterit quilibet Christianus priuatis orationib. pro excommunicato etiam maiori excõmunicatione priuatim orare. Nec. n. tunc nõe ecclesiæ pro excõicato, vt p mẽbro eccl̃æ orat. atq; ita S. Th. cõi omniũ cõsensu receptus asseuerat in 4. se. d. 18. q. 2. ar. 1. ad 1. q. Sylu. in verb. excõmunicatio. 1. q. 1. & est communis opinio, ex qua sunt omnino explicanda quę Abb. & alij adnotarunt in d. c. a nobis.

Septima conclusio. Põt sacerdos in missę celebratione dum secrete orat in priori parte ante consecrationẽ Hostiæ p excõicato speciali oratione orare. Huius conclusionis ratio ea est, q̃ tunc sacerdos orat vt priuatus, non vt minister ecclesiæ, qua ratione ita visum est Sylu. in verb. exc. 1. col. 2. quem sequitur Martinus Azpilcueta in c. quando. de consecratio. dist. 1. notab. 19. nu. 71. quo in loco latius hac de re tract.

Octaua conclusio. Quilibet Christianus vel vt minister ecclesiæ, vel vt priuatus, orare potest p peccatorib. nondũ vita functis. huius assertionis veritas ex eo constat, q̃ ecclesia minime intendit ab eius gñalib. suffragijs excludere existentes in mortali peccato, modo per excõicationẽ nõ fuerint hi ab vnione fidelium segregati, sicuti modo adnotauimus, posse aũt orari pro peccatore viuo, non tm pro eo, qui iam mortali crimine decessit, probat Tho. in 2. 2. q. 83. ar. 7. c. pro obeuntib. 13. q. 2. ca. placuit. 13. q. 5. gl. in c. ex parte. in 1. de sepultur. Idem S. Th. in 4. sent. dist. 45. q. 2. ar. 2. Car. a Turre Crem. in ca. tempus. 13. q. 2. & hęc est omnium communis sententia.

Ex præmissis apparet, quonam modo intelligendum sit qd Gabriel asseuerat in cano. missę lect. 26. col. 7. scribens sacerdotem ecclesiæ ministrum non posse speciali oratione pro excommunicato in missa orare. Etenim non põt sacerdos vt minister ecclesiæ nec speciali, nec generali oratione pro excommunicato orare, vt pro membro ecclesiæ, poterit tamen in ea parte missæ, qua sibi licet priuatis orationib. vti, pro excõicato orare, & erit ista hæc oratio priuata, non equidem publica.

Nona conclusio. Poterit qs vt ecclesiæ minister, vel vt persona publica, secrete tamen orare, aut sacrificium applicare illi excommunicato, qui mortalis criminis iam pœnituit, & diligenter absolutionem impetrare curauerit, licet nondum sit absolutus. Hoc colligitur ex Hostiensi communiter recepto, in d. ca. cum voluntate de sentent. excommunicat. notat Martinus Azpilcueta in capitul. quando. de consecrat. distin. 1. notabil. 19. numero. 68. Nam & hunc etiam generalia ecclesiæ suffragia vtilia sunt, nec is ab eis excludi tur secundum Cardinã. a Turre Cremata, in capitul. si quis episcopus. 11. quæst. 3. post Richardum in 4. sentent. distin. 18. & Florent. 3. par. tit. 24. cap. 77.

Nono & principaliter ab ipsius definitionis vero sensu apparet, esse alium excõmunicationis effectũ, quo satis probatur, & efficit, excommunicatum maiori excommunicatione priuatũ esse passiua & actiua sacramẽtorũ participatione. tex. optimus in c. ii celebrat. de cleric. excommunic. ministr. capitul. cum illorum. de sentent. excommu. & in capitul. Apostolicę. de cleric. excomm. ministr. qb. in locis hoc ipsum communiter receptũ est in hunc finem, q̃ male faciat, & illicite percipiat excommunicat⁹ sacramẽta ecclesiæ peccat etenim & mortaliter ꝓpter grauem iniuriam, quam infert sacramẽtis

5

6

ecclesiæ, ea percipiens in eo statu, quo iuste ab ecclesiæ communione est segregatus, Idcirco qui ita cẽsura hac affectus percipit sacra. graue sacrilegium cõmittit in ipsum Deum, & ecclesiã. q̃ probatur ea ratione, q̃ dictat, sacra, non esse percipienda, nec danda ab eo, qui se existimat mortalis culpæ reum esse. tex. celebris de recipiẽte. in c. illud 95. distin. quo in loco Innoc. tractans de sacramento extremæ unctionis inquit. non, pœnitentibus istud fundi nõ põt, quia genus est sacri. tex. item ad idẽ. in c. per Esaiam. 1. q. 1. uerli. Hoc pęne. ibi oĩa sacra pro sunt digne sumentib. igiẽ indigne ea accipientib. nocẽt. facit & ad hæc rõ elegans, sacra instituta sunt a Christo Iesu, ut per iliam gẽm primam, uel eius augmentum cõsequamur, is ergo, qui credit se esse in eo statu, qui gratiæ consequendæ repugnat, scire debet, se in vanum sacramentum accipere igitur irreuerentię crimen ergasacrum committit omne liquidem illud, quod ad irreuerentiam rerum sacrarum pertinet, ad iniuriam Dei fit, & iõ sacrilegium est, ẽm sanct. Th. 2. 2. q. 99. ar. 1. dedante constat in d. c. per Esaiam. versic. Hoc pene. ibi dẽ, omnia sacra indigne tractantib. obsunt prosunt tamen per eos digne sumentibus. Et in spẽ de Eucharistia nemo vlquam dubitauit, cum Apostolus scripserit 1. ad Corin. c. 12. probet aut em seipsum hõ priusquam de pane illo edat. ac deinde de illo, qui indigne sumpserit, inquit, iudicium sibi manducat, & bibit. de sacro baptismi, probatur in c. firmissime. 1. q. 1. & c. omnis, capiagunt de consecrat. dist. 4. docet sanct. Th. 3. parte, q. 68 ar. 6. ad hoc etiam conducit tex. de confirmationis sacramento, in c. vt ieiun. de consecratio. d. 5. & pleraque alia, quæ de præmittenda confessione ante sacramentorum susceptionem ex theologis tradit Mart. Azpilcueta in princ. de pœ. d. 5. in vltima parte glo. nu. 33. & sequentibus. Qui in c. 1. §. sacerdos. nu. 12. de pœni. dist. 6. ex eo tex. adnotauit, mortale crimen committere, qui culpa mortali affectus ecclesiæ sacramentum alteri ministrat, modo id faciat, vt ecclesiæ minister, & actus is ad consecrationis ordinem pertinet, quod Sanct. Tho. docet in 3. parte, q. 64. arti. 6. quod si ita certum est, sacramenta illicite dari, & assumi ab existenti in mortali peccato, idem erit in eo, qui præter mortalem culpam, cuius causa a communione ecclesiæ segregatus est, extra fidelium consortium segregatus, minime censetur mẽbrum esse ecclesię.

Cæterum etiam si excommunicatus grauissime peccet sacramenta ecclesiæ contrectans vel ministrando uel suscipiendo, constitutissimum est, ipsa sacramenta vere conferri, & adsumi, quod manifeste probabit, si cõsideramus, sacramentum baptismi vel datum, vel acceptum ab eo, qui extra charitatem est, verum esse sacramentum. c. tunc valere. de consecratio. d. 4. sic & si quis excommunicatus confirmationis sacramentum accipiat, vere confirmatus est, nec erit confirmatio iteranda quod item verissimum est & de Eucharistiæ sacramento, siquidem dubio procul excommunicatus consecrat & verum recipit sacramentum. argument. eorum, quæ notantur in c. de homine de celeb. missar. c. inter catholicam. 1. q. 1. Nam & matrimonium contractum ab excommunicatio, verum esse matrimonium & sacramentum, probauimus in Epitome in 4. decret. 2. part. c. 6. in princ. vbi etiam asseueraumus religionis professionẽ factam ab excommunicato validam omnino esse.

De ordine sacramento illud cõstanter asseueramus vere dari ab excommunicato, & excommunicato quo ad characterem, licet non quo ad executionẽ, ab illa. n. donec sublequatur dispensatio, suspensus est ipse ordinatus, siue ignorans, siue sciens ipsum, vel ordinis collatorem excommunicatũ esse, ordines susceperit. Hoc probatur quo ad primã eius assertionis partem in c. ꝑter hoc

§.verum.32.d.tex.in c.1.in verb.irritas.vbi gl.& in c.2. de schismati.c.cum illorum.de sent.excom. c.1.& vlt. de eo,qui furtiue ord.recipit.c.1.& 2.de ordi. ab epis. qui renunciauit episco.quib.in locis itidem constat secunda conclusionis pars nempe,ita ordinatos non posse ministrare in ordinibus susceptis, nec eorum executionem habere,& hæc est omnium concors sententia, q̃ non pōt iure negari,quippe manifeste in p̃citatis locis constet.de dispensatione autē est adnotandum quo ad tertiam partem conclusionis,eam regulariter a Roma. Pontifice impetrandam fore in hoc casu, præsertim si detur in recipiente ordines certa scientia,c.1.de ordin. episcop.qui renunci.epilcop.vbi idē apparet,si sit ignorantia crassa,aut supina,& c.cum illorum.de sent.excōmunic.parte.1.q̃ si ignorantia probabilis effectus, quis vel excōmunicatus, vel ab excommunicato susceperit ordines,ab episcopo proprio,qui in eo actu minimē delinquerit,dispensationem obtinebit.tex.in c.vlt.de ord. ab episcop.qui renunci.epilcop.notāt Doc. præsertim Henric.in d.c.1.de schismat.& in d.c.cum illorum. vbi cæteri doct.idem communiter adnotarunt, excipientes religiosos,i.eos,qui post ordinē ita susceptum religionem profiteantur,etenim his etiā scienter ordinationi,& ordinum susceptioni operā dantibus,dispensatio concedi poterit ab eorum p̃latis,& idem,si post religionis ingressum ita fuerint ad ordines promoti.quæ q̃dem exceptio deducitur ex d.c.cum illorū.2. parte.& c.2.de apostat.Inno.tū in c.1.de schismat. scribit collationem ordinum factā ab excommunicato,vel excommunicato,probabili tamen ignorantia excōmunicationis,ita ratā,vt absque vlla dispensatione eius sit executio permissa,ac possit ita ordinē accipiens absq; irregularitatis pœna in susceptis ministrare,& ad alios ordines promoueri.huic sententiæ accesserunt Panor.in c.veritatis.de.dolo & contu.nu.46.Collectari. in d.c.vlt. de ordi.ab epis.qui renunci.epis.idē tenet Huguitio relatus à gl.in c.ab excōmunicatis.9.q.1 .Repetit idē,Pan. & ibi Felin.colum.penul. in cap. ad probandum de re iud.idque verius esse censet Alfonsus a Castr.li.2. de potesta L.præsalis.c.13.Nihilominus contrariā sniam verio rē esse censemus,semper etenim dispensatio necessaria est,siue adsit probabilis ignorantia,hue præcesserit sniā ſm gl.in d.c.ab excōmunicato.& in c.si quis a simoniacis.1.q.1.gl.in d.c.1.de ordin.ab epis.qui renuncia.episcop.& in ca.1.de schisma. vbi Host.post alios ibi,& in d.c.cum illorū.de sent.excō.hanc opinionem probat,q̃ cōis est ſm Abb.in d.c.veritatis.de dol.& contu.nu.46. & hæc est tutior opinio ſm eundem & Anani.nu.12.in d.c.1. de schismat.Selua de benefic.2.parte.q.12.col.3. idem fatetur Abb.in d.c.veritatis. præsertim.n. absq; cura quis executione ordinis sacri suspenditur, & irregularis fit,tametsi absque eius culpa non puniat pœnis iure alioqui statutis aduersus eos,qui prohibitū actū fecerint.gl.in c.illud. & in c.Apostolicæ.de cleric.excommunica.minist.& ibi Card.q.in c.4.2.q.5.Hæc vero, q̃ diximus,adeo vera sunt vt cum excommunicato scienter ordines recipiente,nullus p̃ter Papā dispenset, etiā si excommunicatio eiusmodi sit,quod ab ea episcopus absoluere valeat,secundum Ioan. And. Hostie. Anto. Abb.& Felin.in d.c.cum illorum.tex.& ibi Abb.in c.vl. de eo,qui furt.ordinem recipit Panormi.in c.1. eodem tit.4.notab. Ang.in verb.irregularitas.§.21. Syluest.in eod.verb.verbic.1.quæritur.Io.Bernard. in practica criminal..c.12.Nec quispiam in contrarium vrget argumentatio Roma.Pontificis in d.c.cum illorum.dū asserunt.non posse dispensare cum excōmunicato recipiente ordines cum,qui non possit ab excommunicatione absoluere,quasi senserit a contrario, posse eum dispensare,qui possit absoluere.Nam illhęc collectio deficit, quia iure satis probatur,nō posse cum irregulari dispensare eum,qui potest a peccato,quo contracta fuit irregularitas,absoluere,siquidem sacerdos, vel alius homicida absolvitur ab homicidij peccato , per quem cūque sacerdotem.c.Deus qui de pœnit.& remiss. & tamen irregularitatem ex homicidio contractā solus papa tollit.c.1.de re iudi.in 6.qd fit,vt illud sit satis receptū,posse sacerdotē ordinariū absoluere a peccato , cuius rōne contracta fuerit irregularitas,licet ab ipsa irregularitate minime possit pœnitentem eximere,quod expressim notant Caiet.in summa , in verbo , irregularis.Card.in Clem.dudum.de sepul.q.8.Martinus Azpilcueta,in c.1. §.caueat.de pœn.d.6.nu.26.licet contrarium in hoc ipsemet Card.senserit in Clem.1.de priuileg.q.37.& Calderi.cons.19.tit.de regularib.quibus potissimū suffragatur tex.in extra.1.de priuileg.inter cōes.col.4.verti. obseruent.q̃ tamen, quidquid ibi dixerit gl. erit intelligenda quo ad absolutionem ab irregularitate, non quo ad ablolutionem a peccato, cuius causa contracta fuit irregularitas,nam ab eo poterit is absoluere,qui ab alijs peccatis poterat absolutionem ministrare. Et ne quis existimet,illā constitutionē esse intelligendā adhuc de absolutione a peccato,in his tū,qui confessiones audiūt & absoluunt sibi iure ordinario non subditos,ex priuilegio quidem,obseruandū erit iā hanc dubitationē p̃eas concessiones,quas bullas vocant,sublatam esse,p̃terum quia per eas dat potestas absoluendi à peccatis multis, quorum cā irregularitas contrahit.licet non cōpetat ex is facultas dispensandi in irregularitatē Tametsi absq; harum literarū priuilegijs quod prius cōem opinionē secuti probauimus,tenendum fore censeam, ex his colligitur euidenter,quo ad effectum istum,de quo in hoc versi.de ordinis sacramento,egimus,magis operari maiorem excommunicationem , quam peccatū mortale.

7 Superest de facto pœnitentiæ hic agere,an absolutio p̃stita excommunicato sit iteranda, & teneatur? quam q̃stionem iam olim tractarunt viri equidem doctissimi & p̃ ceteris Martinus Azpilcueta meus olim , & nunc obseruandissimus p̃ceptor in c.vi.nu.38.& in c.1.§.cautus.nu.23.de pœn.d.5.cuius assertiones.vt appositę materiæ subseruiā,breuiter admodu paucis additis exponā.

Prima conclusio. Sacrilegium est , vel sacramentalē absolutionem excommunicato scienter exhibere , vel ipsum excommunicatum eam recipere.Hoc probatur ex his,q̃ paulo ante tradidimus,vbi ostendimus, excōmunicatū maiori excommunicatione priuatum esse sacramētorum perceptione.& hæc est cōmunis opinio.

Secunda conclusio.Excommunicatus maiori excōmunicatione affectus,eius tamen iuste quidē ignarus, si a peccatis,absolutionis sacro fuerit absolutus, non tenetur ad iterandam eam confessionē.Huius conclusionis probatio deducitur a c.Apostolicę.de cleric.excom. ministr.& eam veram esse censet Caie.in summa,in verbo Absolutionis impedimentum. verti.virū.& in verb. confessionis iteratio.& in opusculis,q.1.de quæst.cōfessionem sequitur Martinus Azpilcueta in d.c.vit.nu.45 hanc,& p̃cedentē conclusionem latius probans,tametsi Ang.in verb.confessio.5.§.10. & in verb. interrogationes.in fi.existimet, posse iuste sacerdotem pœnitentem quem ab excōicatione soluere nē pōt , prius a peccatis absoluere,& demum illū ad superiorem pro habenda excommunicationis absolutione dimittere.hic & Ang. opinionem reprobat Syluest.in ver.confessio.1.§.4.

Tertia conclusio.Excommunicatus maiori excommunicatione,qui scit,ac fatetur se excommunicatū putans iusto quodā iuris, vel facti errore, sitēta eius qualitate, se posse prius à peccatis,quam ab excommunicatione absolui,non tenetur confessionem iterare, si fuerit à peccatis tantū absolutus. Eadem ter ē authoritate probatur

batur hæc conclusio,qua p̃cedens,eamq; Caiet. & Martini expressim tenent.quibus Palud.in 4. sent.d.22.q.3. & Syluest.in verb.confessio.1.§.4.probare velint,cōfessionē iterandā esse in hac specie non obstante probabili & iusta excōmunicationis ignorantia,idque ea ratione fulcire cōnātur,quod incapax sit excōmunicatus sacramentalis ablolutionis. q̃ quidē rō falsa est in eo ſsensu, quo ipsi accipiunt,siquidē sacra quo ad eorū vim excō municatis cōferuntur,sicuti paulo ante probauimus, licet q̃q; nō operent̄ propriū effectū p̃p obicem illis appositū.Et tū data iusta ignorantia , & probabili,nullus obex sacro absolutionis quo ad effectum opponitur ab ipso excommunicato,qui vere pœniteat,& bona fide,vt Caie.censet,sacrm pœnitentiæ accipere curat.Et sanē si Paluda.opinio vera est,quam & Hadria. alleuerat in 4. sent.in trac.de matrimo.q.1 Ioribens, Rom. Pontifi.p excommunicationem latā in aliquem,eum efficere materiā ineptam,& incapacem sacrorū,profecto minime poterit iure probari secunda conclusio,quam hac in q̃stione proponimus.vere tamen hæc Paluda.& Hadriani assertio nequaquā admittenda est per multa quidē, & per ea,q̃ modo de sacramento ordinis adnotauimus.

Quarta conclusio.Excōmunicatus, qui scit vel scire debet,se non posse prius a peccatis,quā ab excōmunicatione absolui,absolutionē tamen a peccatis petens præmissa confessione sacrali,& eā accipiens,tenet eandem confessionem iterare.Huius assertionis authores citare possumus Sylue,Paluda.& Hadrian.qui ea rōne vtunt̄, q̃ excommunicatus sit sacrorū incapax,& p̃sertim huius eandē conclusionē admittunt,ac veram esse contendunt Martinus Azpilcueta in d.c.vlt.de pœn.d.5.nu.48. & Io.a Medina,de pœn.trac.2.c.de confessione ab excōmunicato facta.Aliā tamen rōnē in eius probationem inducentes,hac sane argumētatione.etenim aut hic pœnitens nō confitet hoc p̃cūm,quo peccat volens absolutionē sacralē excōmunicatus accipere,vel ignorātia ita supina,vt planē a p̃cō non excuset,& confessio integra non est,atque ideō omnino iteranda. Aut confitet culpā istā,a qua minime discedit, nec discedere proponit , vt pater,quia p̃cō statim operā dat,& tunc obicem ponit sacro extremperfectissima contritione. & ideō se indignū efficit absolutione sacrali,nec absolutio tenet , & tenet ea ex causa confessionem iterare.Quemadmodū Io.Gerson argumentatur in 2.par.fol.191.c. quæritur. col 2.

Cęterum Caiet.in d.verb. absolutionis impedimenta.2.riū sniam probare nitens,existimans , absolutionem sacralē valitā esse in hoc casu,& si illicite detur,& accipiatur,nec eo tempore proprium effectū in pœnitente, & confessorem habeat,atque hac ratione deducit, confessionē non esse iterandam.Ad cuius opinionis probationē illud est maxime obseruandū.qd uere Io.a Medina,& Martinus Azpilcueta fatent eorum sniam minime posse probari ea rōne,q̃ excommunicatus sit incapax huius sacri.unde oportet aduersus Caie.disputantibus,omittere Paludan.Sylue.& Hadria.rōnem,quia ea falsa est,ideirco deuenendum est ad eam rōnem , qua contenditur,absolutionem sacralē inualidam, & nullā esse p̃p defectum contritionis,vel attritionis,q̃ virtute Sacri possit fieri contritio,qua de re nos latius egimus superius in §.4.nu.13.& plane ubi excommunicatus non confitetur,manifestat sacerdoti statum eius & p̃cūm,qd vel ex scientia iuris,uel ex supina ignorantia contraxit volens absolui a peccatis priusquam ab excommunicatione,dubio procul confessio integra non est,& hac rōne sacralis absolutio minime confertur, eritque iteranda confessio.Quod si excōmunicatus mandet̄ sacerdoti excommunicationem,& culpam illam,qua afficitur scientia iuris,uel ignorantia supina, volens priusta peccatis,quā ab excommunicatione absolui,& nihilominus absoluatur dicendum erit absolutionē sacralem esse,non obstante obice, qui eius effectui opponitur est, atque ob id minime iterandam esse confessionem,si sequamur opinionem,quam ex diuo Th.in do.nu.13.adduximus.At si ſriam ex Hadr.Medina,& alijs probauerimus,satis itidem probari debet & hæc quarta conclusio contra Caie.cuius tandem opinio,vt inibi diximus, frequentiori Theologorum iudicio probatur.

Quinta cōclusio. Absolutio sacralis p̃stita a sacerdote maiori excōicatione ligato eo casu, quo necessario vitādus non est,valet & tenet.nec est oīno iteranda Hęc cōclusio probatur argumentatione a diuisione deducta. Nā hęc ablolutio vel est nulla ex eo , q̃ eam suscipiens obicem peccati,absolutionis sacro opponat,vel quia sacerdos nullam potestatem habet absolutionē istā sacralē ministrandi,nullum autem horū in hoc casu impedimentū p̃stat, igit̄ ablolutio sacralis est,& valet. Non primū,siquidē nullā habet culpam suscipiens sacrm ab eo excōicato,quē vitare minime tenetur,vt constat ergo nequaquā mortaliter peccat,& ideo obicem mortalis peccati non ponit sacro pœnitentię. Nec itē vitium quidquam impedit ea iurisdictio,q̃ ad absolutionem ē necessaria adhuc manet pœnes excommunicatum ex ecclesiæ catholicæ promissione interim,q̃ eum non esse vitandum lege lata aduersus publicam vtilitatem statuit,quāobrem conclusionem istam video probari ab Hadr.in 4.sen.tract.de confess.dubio 9.Cai.in verb. Absolutionis impedimenta.Medina in tra.2.de pœnitētia. c.de confessione confessori excommunicato scienter facta Martino Azpilcueta in c.1.§.laboret.de pœn. dist. 6.nu.10.& sequen.Oportet tamen hic memoria repetere,q̃ nos supra tetigimus §.2. num.7. ubi expendimus, quando excommunicatus vitandus sit.Etenim ex ibi dictis aliquot in proposita controuersia deducuntur.

Primū,posse licite absolutionis,& pœnitentię sacrm suscipi a sacerdote proprio, alioqui p̃latem habente, etiam si is excōicatus,generali tamen excommunicatione cuius scientiam pœnitens habet, modo nōdum fuerit denunciatus,& subinde constat,non esse hac confessionē iterandā . qd ex concilio Basilienli fatentur oēs.

Secūm,confessionē sacralem,factā secuta absolutione sacerdoti proprio ēt,nominatim excōicato,cuius excōmunicationis ipse pœnitens ignarus non est modo non dum fuerit sacerdos denunciatus,validam,& licitam esse,nec eam repetendam fore.Hanc illationē exponimus ā Had.& Io.a Medina,secuti Caie.& Martinū in p̃citatis locis,ea sane ratione quod constitutio, Ad euitanda scandala.etiam sit admittenda in excommunicato nominatim,sicuti & nos probauimus in d.§.2.nu.7. quæ quidem sententia vtilis admodum est.

Sexta conclusio.Confessio scienter facta sacerdoti ēt proprio excōicato tā,quem vitare tenemur,inualida q̃dem est, & omnino iteranda, grauissimoque cum pecato fit.hæc est omnium concors sententia,quę manifeste probatur,quo ad priorem partem ex eo , q̃ sacerdos excommunicatus,qui ab ecclesia non admittit̄, & quē vitare tenemur,non habet iurisdictionem,quę cum ordinis potestate necessaria est ad exhibendam absolutionem sacramentalem , quemadmodum statim probabitur,ideirco absolutio ab eo p̃stita, qui minister huius sacramenti non est,dubio procul erit nulla censenda,& inualida,atq; ex ea causa confessio est repetenda.vltim. pars conclusionis constat, quia tenet quis excommunicatū vitare sub reatu mortalis culpę,in diuinis,& sacramentis,qd iam admonuimus,& apparet in c. sacris.de his,q̃ vi,metusue cauſ.iunt . qui autem scienter sacramentū pœnitentię recipere tentat ab excommunicato, quem vitare tenetur mortaliter peccat hanc communionē communicans peccat,obicemq; ponit sacramento,igi-

tur ea

tur ea confessio cum peccato mortali sit hinc patet, q̃ si quis sacerdoti excommunicato, & denunciato confitea tur scienter peccata propria integre, etli sacerdos proprius sit, non consequit absolutionẽ sacramentalem, & mortaliter peccat, primum quidem ꝓp defectum iurisdictionis apud ipsum sacerdotem. secundum propterea quod obicẽ mortalis culpæ sacramento ipsi opponat.

3 ¶ Sexto, per hanc constitutionẽ tpe interdicti permissa sunt missarum solennia, non solum quæ propria sunt illius diei, quo celebrantur iuxta ritum & institutionem ecclesiæ, & hic officia diuina ipsius sancti, cuius eo die festiuitatem ecclesia colit, sed & alia quæcunq; diuina officia, missarum item solẽnia diuæ virginis Mariæ, sancti Iacobi, aut alterius cuiusque diui, atq; ita vidum est Io. Andr. Dom. & alijs hic Cald. de ecclesia. interdict. mẽbro 6. col. 7. & Syl. in uerb. interdictum. 5. q. 1. col. 2. aduersus Io. Monach. qui opinatur, tm̃ permitti per hanc constitutionem missarum solennia, ꝓpria eius diei, non aũt alterius, quod falsum est, ut constat ex hac constitutione, quæ permittit diuina officia secundum hanc formã tempore interdicti celebrari sicut, prius celebrarẽ.

¶ Septimo, animaduertere oportet, hanc permissionẽ locum obtinere in interdicto in locum aliquẽ decreto, quasi secus sit quoties interdictũ pronunciatũ fuerit in personã. Is etenim, q interdictus est, nequaquã poterit iuxta formam huiꝰ tex. diuinis officijs operam dare nec itidẽ in his dieb. solennib. quorũ mentio fit in § sequenti, quemadmodũ communi omnium sniã obtentũ est.

¶ Octauo hæc ipsa constitutio ita est interpretãda, vt
4 ad officia diuina minime admittantur laici interdicti, nec itẽ illi, qui sunt incolę populi interdicti, licet ipsi interdicti non sint, & idẽ erit de quibuscunque laicis nõ interdictis, nam hi excludendi sunt ab auditione diuinorum officiorum in loco interdicto, sicuti not. gl. hic, uerb. interdictis, quam Anch. q. 2. & cæteri Doct. cõiter sequuntur, quorum opinioni admodum suffragatur tex. in c. licet. de priuileg. isto li. in principio. ex quo cessat argumentatio, quæ a sensu contrario poterat ex huius capituli litera deduci aduersus communem, quam probare videntur Cal. & quorquot de hac materia scripserunt. tametsi Freder. in consi. 70. minime concedat, in hac specie irregularem esse eum, qui laicis non interdictis, etiam incolis loci interdicti admissis, diuina officia celebrauerit.

¶ Nono, ad huius decisionis veram cognitionem inquirendum erit, an clerici omnes admittendi sint ad officia diuina, quę ẽx formam huius §. tempore interdicti celebrari possunt, & quidam opinantur, non esse admittendos clericos extraneos, sed tantum illos, qui sunt illius ecclesiæ, in qua officia diuina dicenda sunt, quod ex prælim notant Arch. hic ab hoc tex. adsumens probationem ex eo, q canonicos, & clericos earundem ecclesiarũ admittat. q̃ quidẽ ratio debilis est, cum hæc constitutio, dum mentionem facit canonicorum, & clericorum, de quotidianis distributionib. tractet, q̃ nõ debentur clericis exteris, atque ideo iure verius est, tempore interdicti ad officia diuina secundum huius constitutionis institutionem admittendos esse clericos quoscunq; etiam exteros ab eo loco, qui interdictus sit, sicuti censent Io. And. Anch. hic 3. q. Cald. de eccl. interdicto mẽbr. 6. col. 3. Flor. 3. par. tit. 26. c. 4. Ang. in uerb interdictũ 6. § 3. & Sylu. in uerbo. interdictum. 5. quæst. 1. quorum opinio communis est licet dubitauerint Dom. & Franhic, & Freder. consi. 92. quæ quidem dubitatio potuit tolli ea rõne, quod hic paragraphus permittat diuinorum officiorum celebrationem tempore interdicti ianuis clausis, excõmunicatus & interdictis exclusis, sub missa voce absque pulsatione campanarum, sicut prius eo tempore, quo locus nõ erat interdictus, celebrari poterant, & tunc dubio procul quilibet clericus, etiam ex terus admittendus erat.

¶ Decimo ex his, quæ in huius paragraphi interpretatione solent adnotari, opinor ipse clericum coniugatũ cum vnica & virgine non esse admittendum ad officia diuina, q̃ seruata forma hic statuta permittunt. Ad hãc vero sententiam inducor ea ratione, qua traditũ extat, clericos, & religiosos ad hæc officia diuina fore admittẽdos, non laicos. Clerici aũt coniugati, etiã si cũ vnica & virgine contraxerint matrimonium, priuilegium obtinent clericorũ in duob. tm̃, nempe quo ad canonem, & forũ. in cæteris vero laici censendi sunt, iuxta communem resolutionem Doct. in c. vinea. de cleric. coniug. isto li. gitur non habent hoc priuilegium, vt cum clericis tempore interdicti ad officia diuina admitti possint.

5 ¶ Vndecimo, erit nihilominus cõsiderandum, ꝑ oret

interdicti ad officia diuina admittendum esse laicum, quē ante interdicti decretum clericus ecclesiæ seruiens familiarem habebat, vt libri missarum solēnib. ministraret, mō hic familiaris non sit interdictus in tpē, ne generaliter, quod ita explicant Cald. de eccl. interd. mēbro 6 anc. q. 4. col. 3. & Fran. hic, quo fit, vt tex. in c. licet de priuileg. ifto lib. §. 1. intelligendus sit de familiaribus nō interdictis, cū interdicti temp sint a diuinis excludēdi.

¶ Duodecimo pōt & in controuersū incidere, an sint infantes excludendi ab his diuinis officijs, q̄ tpe interdicti fereata huius §. forma celebrāda sunt. & Syl. in ver interdictū. 2. q. 17. existimat pueros nōdū doli capaces qui proprie interdicti minime censent, & populo interdicto, non posse audire diuina officia i loco interdicto, cū eis hoc concessum non sit, atq; hoc ipsum verū esse ipse censet de pueris, qui post septenniū, etsi nō sint doli capaces, percipiunt tñ, & intelligunt aliqua ex parte, cognitionē habent diuinorum officiorū, cognoscentes equidem missarum solennia pertinere ad cultum diuinum, & ad Christianę religionis professionem. at in infantib nequaquam hoc religionis probarem. hi siquidē nihil sentiunt, nec percipiunt, q̄ officia diuina dicant, vel cessent, nec eos tangit diuinorum officiorum prohibitio. Sepelirī aut non possunt isti infantes in ecclesia tpe interdicti, quia sepulturæ prohibitio aliam rōnem habet, quæ non deducitur ab aliqua cognitione prohibitionis eius actus, sed tñ ex eo, quod ecclesia tempore interdicti nullum corpus admittat, quippe dicta lit. officia uero diuina prohibentur ne quis ea audiat, aut celebret, q̄ ratio aliquā eius actus cognitionē permittit. Non me latet, fernandā esse huius constōnis formā, ita ita tamen q̄ superstitiose non accipiantur eius verba.

¶ Decimoterti o, intelligēda est prohibitio cymbalorū & cāpanarū, q̄ hic fit, quo ad horas canonicas dicendas, quo ad missarū solennia celebranda, non tñ quo ad alia. Nā & tpe interdicti pulsari possunt cāpanæ in signū p-
dicationis dominici verbi, & vt Christiani cōcinib. tacris adsint, item & ad salutationem angelicā, cuius meminit gl. in verb. zabazalia. in clem. 1. de Iudæ. & inibi Abb. atque ita hunc decimumtertium intellectum in specie omnes Doct. probarunt, præsertim Io. And. Dom. & Franc. hic, Cald. de eccles. interdict. fol. 11. colum. 1. Gonsalus a Villadiego de irregular. c. de interdict. quib. etiam placuit, non posse tpe interdicti pulsari cymbalū in signum eleuationis Eucharistiæ.

6 ¶ Decimoquarto non inutiliter hoc in loco tractabit fitne irregularitas ḡsta ex eo, q̄ in celebrandis officijs diuinis non fuerint omnia seruata, quorū in hoc §. mentio fit. etenim Cald. optimis quibusdam rōnib. in tract. de eccles. interd. membr. 7. col. 7. opinatur, celebrantem missarum solennia tpe interdicti, non seruatis exactissime his, quæ in hac constitutione continentur, irregularem esse, in quo ipse nec dubito, nec video posse iustis ex causis dubitari. nam celebrās tpe interdicto ante ittā cōstōnē, esset dubio procul irregularis, saltem si celebraret, non seruatis iis, q̄ in hoc §. seruanda exponuntur. & tō per hanc constōnem hæc diuinorum officiorum celebratio permissa non est. Igitur euidenter constat, ita celebrantem irregularem esse. idem dicendum erit de eo, qui officia diuina certo ordini ecclesiastico conuenientia minime seruata forma ista peregerit.

De illo aūt qui alijs celebrantib. campanas pulsauerit vel ecclesiarū ianuas aperuerit, irregularem esse. quia in crimine cooperet, not. Cald. in d. mēbro 6. col. 7. Flor. 3. 3. par. tit. 16. c. 3. col. 1. Io. And. hic, Gonsa Villadiego de irregula. c. de interd. ex c. h cōcubinar. de sen. exc. qua rō ne & ipse Gonsal. col. pe. opinat. irregularē esse cū, qui cū excōicatus sit, alteri excōicatio, vel interdicto celebranti coadiutor extitit simplex in celebrationis missæ. sed & eadem rōne idē dicendū foret, si ipse coadiutor, ac simplex minister non esset excōicatus, cū rō assumatur ex eo q̄ in crimine alteri cooperetur. qd falsum est. nā qui ministrat simpliciter celebranti tpe interdicti non seruata forma huius §. irregularis non est ut idē Gonsal. in d. c. de interdict. col. pe. tenet post Domi. in c. is, cui. §. vl. sup. isto tit. qb. ea rō suffragat, q̄ tm is sit irregularis, qui tpe interdicti, suspensionis, aut excōicationis actū egerit certo quenientē ordini ecclesiastico, vt paulō antē temere adnotauimus, sed ministrare simplr sacerdoti celebranti nō tm conuenit clericis, sed & laicis, nec is actus peculiaris est alicuius certi ordinis, cū & à laicis hoc ministeriū exhiberi possit. vñ mihi aduersus Cald. Flor. & alios potius placet, non esse irregulare pulsante cāpanas tpe interdicti ad officia diuina, nec itē aperiētē ianuas, cum hi actus peculiares certi ordinis ecclesiastici non sint, imo possint p laicos agi, & quotidie agantur. Quāobrē mime ḡhitur ex his irregularitas, licuti in genere passim idē Cald. fatet, & nos probauimus hac in parte. §. 2. n. 3. q̄ si quis authoritate publica, vel priuata usus, vt pulsauerit cāpanas aut ecclesiarum ianuas aperuerit, vt authoritatem ipse præbeat tempore interdicti diuinorum officiorum celebrationi, profecto erit irregularis ſm Innoc. & Ab. in c tanta. de excess. prælat. quorum communis est, ut fatetur eam sequutus Gonsa Villadiego in d. c. de interdicto col. 6. tex. optimus in c. illud de cleric. excom. ministra. cuius & nos mentionem fecimus parte prima huius operis, §. 6. ad fi.

7 Decimoquinto, non est omittenda frequens illa controuersia, quia solet disputari, sitne locus huic paragrapho, & eius permissioni tpe cessationis a diuinis quā qōnem ifa plerisq; tractatā breuiter hic exponam, vt vulgari satisfaciā contentioni, & sane q̄ tpe cessationis a diuinis possit ianuis clausis interdictis, & excōicatis clausis interdictis, & excōicatis exclusis absq; cāpanarū pulsatiōe diuina officia celebrari iuxta formā huius constō nis, poterit multis rōnib. cōprobari præsertim sequētib.

Prima, quia interdictū gēnrale, cessatio a diuinis pari iure censentur quo ad diuinorum officiorū celebrationē. clem. 1. isto tit. sed in interdicto gēnrali obtinet huius §. permissio. igitur & ea seruari debet tpe cessationis a diuinis. arg. l. illud. ff. ad legē Aquil. l. vl. ad fi. ff. mādat. c. translato. de const. c. si postquam. de elect. in 6.

Secdo ad idē argumento ab eadē rōne, q̄ expressim hoc c. §. quia uero, continetur. Nam ille Romanū Pōtificem induxit, ut hac p̄missa forma tpe interdicti diuina celebrarentur officia, hancque celebrationem veteri iure utitā permitteret. Eadem vero rō omnino in cessatione a diuinis obtinet, qd satis manifestū est. Ergo & tpe cessationis a diuinis huius §. decisio seruari debet. tiquidem a rōne expressa in aliqua constitutione optime procedit argumentatio ad casum omissum. gl. in cl. 1. uerb. eligatur. de electio. notant Bar. & alij in l. Gallus. §. & quid si tm. 2. col. ff. de liberis & posth. etiam in materia correctoria, vt ipsimet adnotarunt, & Francus in c. 1. de temp. ordinat. isto hb. limita. 6. Fortu. in in d. §. & quid si tantum. super gl. emancipatus. tradunt Euerard. in loco a ratione cessante. Io. Crottus. 9. q. Bar. & Rip. n. 57. in l. si constante. ff. solut. matrimonio. Dec. in c. translatio de constit. 2. lect. & in l. si quis id quod. ff. de iurisd. omn. iudic. & in l. factum. §. in pœnalibus ff. de reg. iur. Andr. Alc. de verb. signif. hb. 2. col. 40.

Tertio, eandem sententiam mirum in modum confirmat ea ratio, q̄ dictat constōnē, vtcunque correctoriam extendenda fore, si sit ita, & spirituali saluti fauorabilis, quemadmodum visum est Host. Ioan. Andr. & Abb. & Præpos. in c. ex tenore. qui filij sint legit. gl. in c. iciant cuncti. de electione. isto libro, in verbo, alios, cuius & nos meminimus in Epitome ad 4. Decretalium,

lium. 2. par. c. 6. nu. 12. not. Dom. & Francus in c. 1. limit. quarta de tempore ordin. isto libro. Hęc autem constitutio fauorabilis est animæ, & spirituali saluti, ergo erit extendenda ab interdicto ad cessationem.

Quarto his accedit, q̄ maius vinculū habet interdictum, quam cessatio a diuinis, vt apparet ex illa quæstione, quam superius tractauimus de celebrante tpe cessationis a diuinis, an sit irregularis. sed tex. hic promittit sub certa forma celebrari diuina officia tpe interdicti, igitur fortiori ratione permittendum idem erit tempore cessationis a diuinis, cū ea minus vinculū induxerit.

Quinto ab authoritate doctissimorum virorū probari vī hęc opinio. Eā etenim verā esse censent Io. in summa confessor. li. 3. ti. 33. q. 221. Arch. in c. si canonici. de offi. ord. isto lib. cuius ista sensim, & tacite admittere videnē cæteri Doc. ibi, Gonsa Villadiego de irregular. c. de interdicto. col. 3. Palud. in 4. sent. dist. 18. q. 3. art. 3. principali. vers. sed uerius.

¶ Contraria ista plerisq; verior vī aliquot rōnib. quarum potissimas hic in parte subijciā, nec. n. cōuenit multa ad hanc disputationē adducere, q̄ solēt quacunq; in controuersa qōne vtrinque proponi, ad maioré potius verborum cumulū, quàm ipsius definitionis vtilitatē.

Primum. n. vrget pro hac opinione ipsa dictionis significatio, q̄ planē vī inducere penitus cessationē a diuinis officijs eā, inquā, q̄ distinguat a prohibitione illa, quæ per interdictum decernitur. quasi interdictum prohibeat officiorum diuinorum celebrationem pœnis quibusdam statutis aduersus ea celebrantes, cessatio vero inducat oīno suspensionem diuinorū officiorum ab interdicto distinctā, & q̄ præcipue ad factum, nō ad iuris effectus referenda sit. alioqui nulla iusta rōne inducta foret nominū diuersitas, si idem per interdictū, & cessationē significaret, & teneret diuersis noīnib. fuisset nūcupata. l. Papinian' exuli. ff. de min. l. si idē. C. de cod.

Secdo, ad hæc accedit, quod Io. And. scribit in c. dilectis. de appel. ubi col. 1. illū tex. intelligens in cessatione a diuinis adnotauit, non esse permissum eo tpe, q̄ episcopus celebret indistincte, sed certa forma, nempe ianuis clausis, interdictis, & excōicatis exclusis. c. vl. de priuileg. isto lib. c. quod nonnullis. eo. tit. & volu. Igitur si episcopis iure speciali secundum Ioan. And. tpe cessatiōis hoc pmissum extat, reliqs clericis id negat, atq; ita nō poterit tpe cessatiōis a diuinis tex. hic obtinere.

Tertio eandem opinionem probat tex. elegans in d. c. si canonici. §. si a ūt. supra de offi. ord. inibi etenim rūdef, eū, cuius culpa cessatio indicta fuerit, teneri canonicis & clericis ad qd eorum interīt ex eo, q̄ oīno cessantes a celebratione diuinorum officiorū quotidianas distributiones amiserint, aut tane nō acquisuerint, iuxta c. vnicū, de clericis non resīdēt. isto li. q̄ si canonici, & clerici tpe cessationis a diuinis posset diuina officia celebrare, seruata forma huius §. profecto nulli dubium poterit contingere, quin & distributiones quotidianas acquirant, sicuti & in hoc paragrapho resolutum extat.

Quarto constat, olim ante ittā constitutionē tpe cessationis a diuinis penitus interdictā esse, & fuisse diuinorū officiorū celebrationē. c. non est uobis. de sponsa. ſm cōem eius interpretationē. & tñ nulli hinc veteri iuri derogatum est, cū hęc constō de interdicto tractet, nō de cessatione a diuinis. Fit ergo manifestum, adhuc manere vetera iura illæsa, & idcirco non posse tpe cessationis a diuinis officia diuina celebrari, et ianuis clausis, interdictis & excōicatis exclusis ex quib. mihi satis euidenter apparet, hanc vltimam opinionem iure uerioré esse. Cui parum obesse q̄ priori loco in ḡrū adducta fuere, cū cessatio a diuinis rōnē distinctā habeat ab interdicto propter omnimodam, quam inducit suspēsionem organorum ecclesiasticorum, & q̄ ita iure ipso Pōtificio manifestum est in hac specie discrimen inter cessationem & interdictum, authoritate tex. in d. c. si canonici. §. si autem. de offic. ord. isto lib.

Vtcunque tamen sit tpe cessationis a diuinis poterūt ea sacramenta ministrari, quę tempore interdicti poterant Christi fidelib. ante constitutionē istam dari imo & sacramentum pœnitentiæ ministrari poterit tpe cessationis a diuinis, non tm existentib. in minoris periculo, sed & his, qui prospera vtuntur ualetudine, vt tandā admittenda sit responsio huius c. in §. qa vero. & tempore cessationis a diuinis. Etenim licet hęc constō de interdicto tractet, nihilominus partim eadem obtinebit in cessatione a diuinis, in his saltem promissionib, quæ non pertinent ad ordinariam diuinorum officiorū celebrationem. Nam præter rōnem considerandū est, hāc decisionem, dum permittit pœnitentiæ sacramentum ministrari non tantum infirmis, sed sanis, esse iuris extē sionem ueteris, quod adhuc cessationis tempore seruandum est, secundum vulgo receptam sententiam.

Hinc patet, tpe cessationis a diuinis, locum esse decisioni expressim statutæ in c. qd in te. de penit. & remissione. & tñ dubium erit, an & eodem mō sit admittendum, quod indultum episcopis est, & quibusdam religiosis, in c. quod nonnull s. & in c. 3. de priu. §. quod si tē plarij. & c. in his. & c. vt priuilegia. eodem tit. & c. vl. eiusdem rubricæ, isto lib. si quidem Io. And. in d. c. dilectis. de appel. inſirmat, has omnes permissiones locum habere, & tempore cessationis a diuinis cum & tempore interdicti fuerint iure veteri olim statutę, & indultę, quo tamen iure omnino diuina cessabant officia ob interdictum, nec vlla sub forma poterant celebrari. Posset sane qs ex hoc argumentari, tempore cessationis a diuinis recipiendam fore huius §. formam, & permissionem, q̄ iure communi statuta est, cum & eo tempore admittant ea priuilegia, quib. licitū est iure veteri tempore interdicti, diuina officia celebrare aliquot in casib. ianuis clausis, interdictis, & excōicatis exclusis. hęc etenim priuilegia sunt aduersus ius cōe tpe interdicti concessa, & eadem ad tempus cessationis a diuinis extendūtur, vt Io. And. sentit, igitur & huius constitutionis ordinarium indultum iuris communis vim habens, & li ad interdictum in specie referatur, extendendū foret ad cessationem a diuinis, atq; iō admittenda prior opinio. nisi quis ex aduerso rūderit, non posse rationem istam ex æquo probari, quia dicta priuilegia non extinguunt penitus uim & effectū cessationis a diuinis, quemadmodū extingueret huius constitutionis indulgentia, si ea foret admittenda, & maxime hæc extenso esset contraria iuri Pontificio propter tex. in d. cap. si canonici. §. si autem.

Nec tamen erit in præsentiarum omittendum, quod habens priuilegium speciale extra iuris constitutionē, audiendi diuina officia tempore interdicti, non poterit ea audire tempore cessationis a diuinis, etiam seruata huius capitis forma. Nam licet iure communi æquipolleat cessatio a diuinis interdicto, quo ad ea, quæ modo dicta fuere, non tamen idem erit de iure speciali, quemadmodum deduxere hanc rationem passim iuris vtriusque Docto. ex gloss. & in clem. vnica. de baptismo. Anch. præfertim in c. statutum in 2. de hæretic. isto libro. Alexand. in additionibus ad Bar. in l. in potestate. ff. de his, qui sunt sui, vel alieni iuris. tradit late Fel. in cap. in præsentia. de probatio. nu. 21. & 22.

Denique etiam si iure verior esset opinio eorum, qui censent tpe cessationis a diuinis obseruandā fore huius paragraphi formā, nihilominus ḡsta sententia potior est. propterea, quod fuerit consuetudine recepta. Etenim iam diu obtentum est penitus cessandum esse ab omnibus diuinis tempore cessationis, nec ea posse celebrari iuxta formam huius §. quæ quidē consuetudo non animo

dum longi temporis vſum exigit, cum ob id diuerſas hac in controuerſia opiniones, tum ex eo, quod per eã ad ius commune vetus, & Pontificium redeamus argumento gl. celebris in c. ſtatutum. de prębend. illo lib. I uerb. numerandum cuius nos obiter meminimus in l. 3. Variarum reſol. c. 9. nu. 4. poſt alios, quorum meminit lat. And. Tira q. de primogenijs, q. 23. nu. 6. tex. op. in c. ab exordio. 35. diſt. tradunt Ias. in l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pactis col. 3. Fel. in c. cum acceſſiſſent. de conſtit. vbi Dec. col. 3.

EX §. SEQVENTI SVMMARIVM.

1 *Euharistiæ feſtiuitas vſque in octauam diem interdicti eccleſiaſticum ſuſpendit.*
2 *Feſtũ conceptionis virginis Mariæ idẽ priuilegiũ habet.*
3 *Ceſſatio à diuinis an admittat huius §. ſuſpenſionem?*
4 *Aduentus regis habet & hoc priuilegium, quod interdictum ſuſpendatur.*
5 *Officia diuina quæ ſint permiſſa tempore interdicti in his feſtiuitatib.*
6 *Sepultura eccleſiaſtica, an poſſit in his feſtis dari, & quid de ſacramentis?*

§. QVINTVS.

VBSEQVITVR ſtatim inſignis huius conſtitutionis reſponſio ad interdicti eccleſiaſtici ceſſuram omnino neceſſaria, cuius examinatio exigit, q breuiter exponam' cõtextũ ipſius literæ ad faciliorem cognitionem.

In feſtiuitatib. vero natalis domini, palmæ ac pẽtecoſtes, & aſſumptionis virginis gloriosę campanę pulſatę, & ianuis apertis, alta voce diuina officia ſolenniter celebrentur, excõicatis prorſus exclusis, ſed interdictis admiſſis, quib. ob reuerentiã dictarũ ſolennitatũ, & ut ip ſi ad humilitatis gratiã, & recõciliationis affectu facilius inclinent pfatis dieb. participationem permittimus diuinorũ, ſic tñ quod illi, pp quorum exceſſum interdictum huiuſmodi eſt prolatum, alteri nullatenus appropinquent. Hactenus huius paragraphi litera, ſequẽtes intellectus ad eius elucidationem admittere videtur. 3

1 ¶Primũ equidem conſtituendum eſt, idem eſſe permiſſum in die, quo feſtiuitas eucharistiæ, & corpus Chriſti ſolet ſolenniter celebrari, qđ in honorem tanti ſacramẽti Martinus 5. conceſſit, & Eugenius 4. ad octauam vſq; diem extendit. licuit not. Ang. in verb. interdictum. 6. q. 16. & Sylu. in verb. interdictũ. 5. q. 2. poſt. 3. par. ti. 23. c. 4. cui priuilegio, & conceſſioni accedunt multa, quæ de hac ſolennitate ſtatuta, decreta fuere per Rho. pont. in cle. 1. de reliq. & veneran. ſanct. ubi gl. in verbo, reuelatum, prædixit hanc Martini, & Eugenij conceſſionem.

Secundò, hanc eandem conſtitutionem extendendã 2
fore ad feſtũ, & octauũ conceptionis immaculatæ virginis Marię ex priuilegio Leonis decimi alleuerat author compendij priuilegiorum ordinis mendacium in verb. conceptio. §. 12. & verb. interdictum. 2. §. 7. eaque conceſſio, vt ipſe refert tñ apud Hiſpanos obtinet. cui priuilegio accedunt multa, quæ de immaculata conceptione virginis Mariæ doctiſſimi, ac ſanctiſſimi viri ſemper defendentes, eã conceptam fuiſſe abſque labe originis peccati. quæ opinio probata fuit in conſi. Baſil. Ieſabone 36. & multis adductis authoritatib. defendit ab Ambro. elegãs carmẽ li. 1. parthenices Marianæ apud Bap. Mãtu. eandem opinionẽ tenent Scotus & cæteri Theologi ibidem in 2. ſent. diſt. 3. ab. col. 2 & Ant. in c. vlt. de ferijs. idem Amb. Cathar. lib. 4. aduerſus Calc. [lit. petr' Galatinus lib. 7. c. 3. & ſequentib ſ]licet gl. in c. in verbo natiuitas. de conſec. diſt. 3. & ibi Card. 3 Turre. Crema. Archid. in c. firmiſſime. de conſec. diſt. 4. Io. And. in ca. vlt. de ferijs. Specul. eo. tit. de ferijs. Caiet. in pecul. ar. de hac controuerſia libello, idem in 3. par. q. 37. ar. 2. cõtrariam ſententiam tenere, ac probare conantur. Qua in re illud conſtitutiſſimũ, maxima cũ veneratione ex eccleſiæ inſtituto feſtiuitatem illam quolibet anno celebrari & celebrandum eſſe. quod conſtat in conſtõne extrauaganti Sixti. 4. quæ incipit graue nimis de reliquijs, & veneratione ſanct. inter cões, quo in loco excõicatiõi & alijs pœnis ſubijciunt aſſerentes eos mortaliter peccare, aut hæreticos eſſe, qui conceptionem virginis immaculatæ vt feſtum diem celebrauerint, vel dixerint, virginẽ Mariã abſque labe originalis culpæ conceptã fuiſſe, rurſus & eadẽ conſtõne ſub eiſdẽ pœnis Rom. Pont. prohibet, dãnari per quenquam, vt hæreticam opinionem illorum, qui exiſtimant, virginem Mariam non fuiſſe in eius cõceptione præſeruatã ab originali culpa, aut huius ſnię authores mortaliter peccare, cum ab eccleſia catholica nondum ſit hæc controuerſia deciſa. Hoc ipsũ authoritate Synodi Tridẽtinæ ꝓbat his equidẽ verbis ſeſſione 5. declarat tñ hæc ipſa ſancta ſynodus, non eſſe ſuæ intẽtionis comprehendere in hoc decreto, vbi de peccato originali agitur, beatam & immaculatam virginem Mariam Dei genitricẽ, ſed obſeruandas eſſe conſtitutiones felicis recordationis Sixti Papæ 4. ſub pœnis in eiuſdem conſtitutionib. contentis, quas innouat. Hactenus Tridentina Synodus, quæ voluit, quæſtionem adhuc manere ſub controuerſia, abſque certa eccleſiæ definitione.

Ad hæc tñ ſcribit egregius Doctor. Martinus Azpilcueta in c. qñ. de conſec. diſt. 1. notab. 19. nu. 86. hoc priuilegium datum fuiſſe feſto conceptionis, quo ad illius capitis indulgentiã, non in vniuerſum, ſed tñ in his eccleſijs, in quib. ipſo die conceptionis horę canonicæ, & officia diuina dicuntur ſecundum ordinem, & ritum inſtitutum a protonotario de Nogarolis, teſtaturque vir doctiſſimus ſe priuilegium ipſum legiſſe.

Tertio, hæc conſtõ hac in parte intelligenda eſt in interdicto gñali. Nã in eccleſia ſpecialr interdicta minime eſt admittẽda, imõ in eccleſia non poterũt publice, nec ſecrete diuina officia celebrari etiam in his feſtiuitatibus. Quod probatur ex his, quæ diximus in §. adijcimus. ſupra proximo nu. 1.

¶Quartò ab his, quæ in ꝑcedentib. tractauimus, qui buſuã videbitur, tnon eſſe locũ huic conſtitutioni quo ad huius §. decitionẽ tpe ceſſationis a diuinis, quarũ ſententia profectò admodũ probabilis eſt, & poterit in diſputatione facillime defendi. ipſe tñ contrariam potius admitterẽ ex multis. ſed ꝑcipue, q ceſſatiõi a diuinis nõ oĩno derogetur, ẽt li in his feſtiuitatib diuina officia celebrent, ſiquidẽ hæc celebratio tẽporalia eſt ad hos dies feſtos reſtricta, quãobrẽ manet ipſius ceſſationis vis his dieb. tranſactis. deinde eadẽ rõ prorſus in ceſſatione a diuinis, ſicut in interdicto ꝓcedit. Atq; ꝑter illa, nulla eſt iuris Pontificij conſtõ, quæ hanc benignam huius c. interpretat, excludat, idcirco fortaſſis hæc ſnia potior eſt. 4

¶Quinto eſt obſeruandũ, q & in aduẽtu regis ĩ aliquã ciuitatẽ, q̃ interdicta ſit, eadẽ hæc cõſtõ admittẽda eſt, vt diuina officia celebrentẽ publice iuxta formã huius §. quẽad modũ tradit Io. Staph. de literis gratiæ, & iuſtitiæ. tol. 157. col. 1. qđ tñ ſe non alia rõne, probat, q̃ ꝑ deſerẽdũ ſit dignitati regiæ. c. ſolitæ. de maio. & obed. & forſitan hoc ipsũ obtinebit tñ quo ad diẽ aduẽtus, vl alterũ ſtatim ſequẽtẽ, nõ quo ad totũ ipsũ tẽpus, quo Rex in aliqua vrbe mãſerit. eſſet. n. id admodũ graue, & ĩ dispendium cenſurę eccleſiaſticæ.

¶Sexto ad itelligẽdũ ihuiꝰ §. inueſtigãdũ ẽ qnã horæ canonicæ poſſit ĩ his dieb. celebrari publicer & gl. ĩ verb. aſſũptio, ſcribit ſcripſẽdũ eſſ diuinũ officiũ à veſperis diei ꝑcedẽtis feſtiuitate, & finiẽdũ ipſo die feſtiuitatis veſpris ĩ pactis ita, vt cõpletoriũ ianuis clauſis, nõ publice dicat hãc gl. ſequunt Io. And. & anc. hic, Cal. ĩ tra. de eccl. interd. 5

interd. 6. mẽbro. §. viſo de effectu. col. 8. Flor. 3. par. tit. 26. c. 4. argu. tex. in c. 2. de feſtis. quo probatur in celebrãdis feſtiuitatib. ab eccleſia inſtitutis, diem eſſe computãdũ a veſperis in veſperas, quod Doct. ibi cõiter adnotarunt. idẽ deducitur ex tex. in cle. 1. ad fi. in verb. ĩ primis aut feſtis. de reliq. & vener. ſanct. Fel. in c. conſuluit. col. 3. verſic. in priuilegijs de off. deleg. Paulo, & Ias. in l. more. ff. de ferijs. Fel. in c. eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſtit. col. 28. ue. 5 con. luſionis declaratio. vbi gl. de cõſe. diſt. 3. glo. Ant. & Abb. in c. 1. de ferijs. Leuitici c. 23. not. Ite nnd. Tira. Ittra. de utroq; retra. § 1. gl. 11. n. 13. 5 riũ tñ in hac q. q̃ tractamus, renẽt Archid. Dom. & Franc' hic Freder. conſ. 11. col. 3. Sylu. in verb. interdictũ. 5. q. 2. Gonſal. à Villadiego de irregularit. c. de interdicto. col. 5. Ang. in verb. interdictum. 6. q. 18. probantes ẽt cõpletoriũ harũ feſtiuitatũ poſt ſeſtas veſperas poſſe dici publice, quemadmodũ & alia diuina officia illius dici, cum adhæreat completoriũ iſtud feſtis veſperis, q̃ opinionẽ cõſuetudo ꝓbauit, & eſſe verioré nos opinamur.

¶Septimo hic tex. ita intelligendus eſt, vt his diebus non tñ miſſarũ ſolẽnia ipſius feſtiuitatis, ſed & miſſę peculiares, ac votiuæ dici, ac celebrari publice poſſint. qđ in precedenti §. adnotauimus. nu. 3. atq; in ſpẽ huius §. idem tenuerũt Cald. le ecc. interd. 6. mẽbro, fo. 12. col. 4. Sylueſt. in verb. interdictum 3. q. 2. Flor. 3. par. tit. 26. c. 4. colu. quorum opinio ſatis probari poteſt. nec reſtringenda iſta hæc eſt conſtitutio, cum fauorem inducat maximum ad diuini cultus religionem.

¶Oĉtauo q̃ritur fortaſſe tunc, an liceat in his feſtiuitatib. mortuos ſepelire intra eccleſiã? & gl. in Clẽ. 1. de ſepul. in prin. tenet q̃ hoc minime, liceat, cũ tñ omittanẽ officia diuina, & eorũ publica celebratio, ſepultura uero mortuorum non pertinet ad officia diuina, probat hoc ipsum tex. elegans in c. cũ & plantare. §. qđ ſi tẽplarij. de priuileg. vbi eo, tẽpore, quo in eccleſijs interdictis permiſſa eſt diuinorũ officiorum celebratio propter ali quod priuilegium, non ex hoc cenſetur permiſſa mortuorum eccleſiaſtica ſepultura. ſic denique præciatã gloſ. ſequuntur Card. Imol. Abb. Ioan. Vanchelius, & Bonif. col. ibidem. Io. And. Dom. & Franc. hic, Freder. in d. conſ. 111. col. 5. Gonſal. a Villadiego de irregularit. c. de interd. col. 5. ſcribens poſt Imol. in d. Cle. 1. idem eſſe quo ad officium defunctorum, vt hoc his dieb. dici nõ poſſit, ẽt ĩ corpus extra eccleſiã tpe ſtatur. in quo Fred. in d. conſ. 111. & Sylo. in verb. interdictum. 5. q. 2 ſcium tenent, licet prædicta opinio quo ad ſepulturam, q̃ eius eſt, probaretur, cum, & officium defunctorũ pertineat ad diuinorum officiorum celebrationem. Quam inſtam ipſe veriorem eſſe cenſeo. Imo & poſſe intra eccleſiam his diebus corpora defunctorum ſepelire, aduerſus magis recentã vulgo opinionem probant Cald. de eccleſ. interdict. 6. membr. verſi. item q̃ritur. Anch. hic Ang. in verb. interdictum. 6. q. 25. Flor. 3. par. t. 26. c. 4. earum, q̃ ſepultura ſere ad officium diuinum pertineat, quia funus ipſum ad eccleſiam defertur cum officio diuino. c. quia diuina. 23 q. 2. & hęc quidem opinio benignior eſt, iureque defendi, & æquitate poterit.

Illud tamen eſt apud omnes in confeſſo, in his feſtiuitatibus, omnia licere, quæ ad officium pertineant diuinum, & eius celebrationem, ea verò, quæ pertinent ad ſacramenta, minime permitti, niſi ea forma, qua permittuntur alioqui tempore interdicti, vnde plura poſſent deduci ad huius rñi interpretationẽ, quorum aliquot exponam.

¶Nono hinc conſtat, poſſe in his dieb. hic connumeratis benedici abbates, virgines, aquam, veſtes, & alia eccleſiaſtica ornamenta, quod cõi omnium ſententia probatum eſt, præſertim ab Anch. Freder. Cald. Sylueſt. & alijs, atque ab Ang. in verb. interdictum. 6. q. 16.

¶Decimo, ſin eoſdem non poterunt in his feſtiuitatib. lacta euchariſtiæ & extremę vnctiõis miniſtrari, prius quidem his, qui nullo mortis periculo afficiuntur poſterius nec his, qui mortis ar. & agone grauantur. qđ probatur ex his, quæ & nos adnotauimus in hac ſecunda parte §. 2. num. 7.

¶Vndecimo conſtat pre interdicti poſſe publice nuptias benedici ex cõceſſione huius cõſtõis in his diebus, qb. ſpeciali priuilegio licet diuina officia celebrare apertis ianuis, & ſolenniter. mõ alia ex eã non faciant ꝓhibitæ nuptiarũ benedictiones. Eſt etenim benedictio nuptiarum diuinum officiũ, ſicuti Cald. & alij cõiter tradidere, Sylu. poſt Hoſt. in verb. interdictũ. 5. q. 2. [Freder. conſ. 111. Anch. Francus, & alij huius conſtõi interpretes. ſic locũ obtinebit hæc opinio in die Aſsũptionis ſacratiſſimæ virginis Marię, & in euchariſtiæ feſto, nã in alijs dieb. hic expreſſis interdictæ ſunt pupiarũ bñdictiones iuxta notata ĩ c. capellan'. de ferijs. & in epitome ad 4. li. decretaliũ, ſecũ ſupra. c. octauo. §. 11.

¶Duodecimo inde apparet, in his ſolẽnib. feſtis, quorũ hic mẽtio fit, ẽt ipſis clericis non licere euchariſtiæ ſacrũ accipere, niſi ſimul miſſarũ celebratione ipſi euchariſtę ſacrificiũ cõſecrãtes obtulerint, q̃d notãt Io. And. Dom. Fran. & Doc. hic. Cald. de eccl. interd. 6. mẽbro. tñ. n. clericis licet, diuina officia celebrare, vt cõi omnium iudicio diffinitum eſt.

¶Decimoterciò ipſe infero, ẽt in his feſtiuitatib. nõ licere fontes baptiſmales bñdicere ꝓterquã in ipſo nocte feſto reſurrectionis. nec. n. tpe interdicti licet fontem bñdicere, cũ hęc bñdictio non ſit neceſſaria ad baptiſmi ſacrũ, qđ notat Palud. in 4 ſent. diſt. 7. q. 3. qua rõne reliquis dieb. quib. ſolennis eſt fontium bñdictio inſtituta, fontes ſacri baptiſmatis benedicentur eo modo, & forma tempore interdicti, quo cætera diuina officia celebrari poſſunt. Nec obeſt quod de chriſmate decimum eſt in ca. quoniam. vbi ti. ſupra, ſiquis illud eſt neceſſarium omnino ad confirmationis ſacramentum.

¶Poſtremò vltima huius capitis pars non erit prætermittenda, liquidem Areti. in c. i. col. 6. de reſcri. Felin. c. nonnulli. col. 7. eo. ti. verſi. 2. tailit. & Lud. Gozadi. in conſ. 14. nu. 12. ex ea adnotarunt, priorem legem, reſcriptum aut priuilegium habens ſimplicem futuræ conceſſionis, aut conſtitutionis derogationem, tolli ꝑ ſequens, in quo hæc fuerit concepta clauſula, Non obſtantibus quibuſcunque priuilegijs, & conſtitutionib. atque reſcriptis, quauis forma, & expreſsione verborũ conceptis. Quam opinionem ipſe latius examinauit in 2. part. rub. de teſtamen. num. 19.

Tandem his explicitis, finem huic relectionis conſtituimus, lectorẽ benevolũ admonentes, nos ſemper ſeduló in hiſce tractatibus operam dediſſe, vt breui quodam examine quæ præ cæteris ſelegimus, adnotarent.

IVRIS PRVDENTIAE STVDIOSO LECTORI.

Quæ fuerat quondam varijs abſcondita libris,
Et dubijs multis obruta materia:
Ordine quæ nullo rudis, & ſine lumine iacebat,
Atque nouis paſſim latibus implicita:
Hanc tibi dat Didacus dubijs & lite carentem,
Et claram arte: quis hoc ante peregit opus?

Iac. Boſſæus.

Relectionis finis.

AD MAGNIFICENTISSIMVM, AC IVRIS VTRIVSQVE CONSVLTISSIMVM

D. Martinum à Vesasco, Caroli Cæsaris Hispaniarum Regis, in eius summo Senatu Consiliarium, Didaci Couarruuias à Leyua Toletani, Archiepisc. Sancti Dominici designat. in Commentarios Regulæ, Possessor. Præfatio.

FATEOR sanè, vir multis nominibus ornatissime, nihil mihi fœlicius in has scribendi aleæ ctingere potuisse, q. te grauissimorum & denique eruditissimorũ authoriũ censorẽ acerrimũ, meorum tandem studiorum, quæ hactenùs publica fecerim, vindicẽ habuissem. Liceret. n. mihi hoc à te beneficium impetrare, pro tuo insigni candore, quo à primis adolescẽtiæ annis ita tibi omnes iuris vtriusque professores deuinxisti, vt nemo sibi ipsi placere valeat, qui nõ sit tuæ egregi expertus eruditionẽ. Ipse verò singulari quodã iure id obtinere vtique, q. domus illa toto percelebris orbe, illustre sanctissimi Salua toris collegiũ te alumnũ habuerit, & me indignũ quãuis, annis decẽ in idẽ sodalitiũ, ac literariũ sui sceperit contubernium. Quam equidem nactus occasionem, cùm Pinciæ iter Tridentum ipse para res, minimè erubui, tuum toto tunc orbe celebratissimum iudicium, etsi intempestiuè, fœliciter tamen interpellare, quo Epitomen, quam in quartum Decretalium edere constitueram, vel probares, vel refelleres, aut meipsum eorum admoneres, quæ forent eo in opusculo castiganda. Hanc verò summè à me optatam operam scio equidem haud recusares, nisi te, de summa rerum agere conatus Carolus Cesar, Hispaniarum Rex inuictissimus, ad Tridentinam Synodũ ire iussisset. Apud quam adeò prudentiæ solertiæq; animo, Cæsaris, imò totius Christianæ Reipublicæ negotia peragere aggressus es, vt planè testatissimum feceris, maximam de te, ac de tua indole omnes meritò expectationem semper habuisse. Ea verò Synodo, multis, proh dolor, de causis intermissa, Rex ipse, quo vndique Hispanorum regimini, & publicæ vtilitati te deditissimum haberet, Regio, supremoq; Prætorio conscriptum ex Italia in Hispanorum iure optimo tibi patriam dilectissimam redire iussit. Hunc autem fœlicissimum tuis omnibus reditum, ita ipse animo gratissimum habui, vt mihi amici omnes hac de causa gratulari minimè cessauerint: illud alacri iudicio cogitãtes, te meorum omnium perum patronum, censoremq;, à me quidem optatissimum, futurum. Id equidem vt statim agere constituas breues hosce Commentarios in regulam, Possessor. tuo nomini primùm à me dicatos suscipias obsecro. Hos etenim cum olim Salmanticæ titulum de Regulis iuris, interpretarer edere decreueram, quo in tractatu de Præscriptionibus quæstiones quasdam iuxta propriam sententiam definirem non sanè ab aliorum authorum iudicio distinctam, sed breuiori, minúsq; fallor compendio à iuris naturalis, diuini, & humani legibus deductam. Nec me fallit posse tot doctissimorum vtrorum hoc in tractatu diligentissimas lucubrationes fore quidem, Vt hæ, quæ modo à nobis eduntur, manes existimentur: quippe quæ rẽ àmultis tãdiu toties examinatã, repetant iterum. Ipse tamen eo animo Relectionem istam in ordinem redegi, vt quædam facilius possent intelligi, quæ totrationum, & authorum conflictu omnibus quidem obuia, ægerrimè tandem percipiebantur, aliquot autem, quæ meo iudicio non satis ad iuris formam ab alijs tradita fuere nocipiebantur, aliquot autem, quæ meo iudicio non satis ad iuris formam ab alijs tradita fuere nocerent, & secundum eam veram interpretationem assequerentur. Denique tuum nasum opinionem & secundum eam veram interpretationem assequerentur. Denique tuum nastram

DIDACI COVARRVVIAS
A LEYVA TOLETANI
RELECTIO REGVLAE
Possessor Malæ Fidei, De Regulis Iuris Libro Sexto.

PRIMA RELECTIONIS PARS.

SVMMARIVM.

1 *Præscribere non aliud est, quam excipere, atque ideo verbale nomen præscriptio, exceptionem significat.*
2 *Præscriptio non tantum de dilatoria, sed & de peremptoria exceptione dicitur.*
3 *Exceptio & præscriptio quatenus differant.*
4 *Exceptionis definitio late examinatur, & quo pacto differat à defensione.*
5 *An exceptio solutionis sit vera & propriè exceptio.*
6 *An hic loquendi vsus apud nos frequentissimus, præscribo domum, præscripsi fundum, Latinitati congruat?*

Primę partis relectionis initium.

PRAESCRIBERE idem plerumque significat quod excipere. l. q agniti. 6 ff. de excep. l. 3. ff. de quarica. Nã is reus, inquit Iurisconsultus, accusatori ideo præscribit, quod dicat se ab alio accusatum, & absolutum. Quintilia. lib. 7. c. 6. cum ex præscriptione lis pendeat de ipsa re queri non est necesse, ignominioso patri filius præscribit, de eo solo iudicatio est, an liceat. Vnde forsan hęc significatio ex eo, deducta est, quod sicut actionibus proponendis certa forma, ita etiam exceptionibus præscriberetur, id est, statueretur, vt docet Alciat. h. q. dispu. c. vlt. nam præscribere, idem est, quod legem ponere, ac constituere. Cicero li. 3. offic. atque si etiam hoc natura præscribit, vt homo homini, quicunque sit ob eam causam quod is homo sit, consultum velit, necesse est ꝑ in eãdem naturam omnium vtilitatem esse communem. [vel præscriptionis nomen à Græco fermone fuit adsumptum, quo παραγραφὴ exceptio dicitur, & παραγράφεσθαι excipere.] Hinc & verbale nomen præscriptio nihil aliud est, quam exceptio, qua quis aduersarij intẽtionem generaliter alioqui veram in eo casu de quo agitur, non procedere allegat, le eundem Alciat. in l. si quis. C. de pactis. & in repet. l. vlt. de quinque pedum præscriptione. C. li. reguedo, qui cẽ fert præscriptionem ab exceptione differre, quod exceptio generale nomen sit conuenies cuicunque defensioni, quæ aduersus actionem vel intentionem, objicitur, præscriptio vero sit exceptio, quæ etsi intentio vera fuerit, nihilominus agentem repellit, vt mora toria præscriptio. l. 2. C. de precibus Imperat. offer. quo in loco gl. exponit dilatoriam exceptionem. Sic & in l. ita demum. C. de procuratoribus. dicitur præscriptio militię, qua miles officio procuratoris fungi prohibetur optimus textus in l. secunda, & in l. si maritus. ff. penultimo ff. de adulter. vbi præterpriio appellatur exceptio, quæ ante litis contestationem obiicienda est ad repellendum accusantem. sicuti & in l. qui agnitis. dicitur præscriptio exceptio litis finitæ, quasi ea repellat agentem statim in initio litis contestationem cap. 1. de exceptio. li. 6. eodem sensu in l. præscriptione. C. si contra ius vel vtilit. pub. dicitur exceptio mendacij aduersus principis rescriptum præscriptio, tex. optimus in l. præscriptionem fori. C. de exceptio. [sic & Iustinianus in nouella 8. παραγραφὴν dixit fori exceptionem.] nec tantum intelligas præscriptionem dici exceptionem dilatoriam, nam & exceptio peremtoria, præscriptio rectè dicitur. d. l. 2. C. de precib. Imperat. offer. l. Titia cum testamento. §. Caius. & l. cum pater. §. pater qui filio. ff. de legat. 2. l. peremptorias. C. sentent. rescind. non posse. lege præscriptionem. C. de exceptio. Hinc & Fortunatianus Rethor inquit, præscriptionem a trãslatione differre, ex eo quod præscriptio actionem extinguat, translatio vero differat, eidem subscribit Alciat. in d. c. vlt. Sed & Quintilianus li. 3. c. 8. non dixit præscriptionem translationem esse, sed videri manifestam esse translationẽ in præscriptionibus, tametsi ex eo appareat translationem speciem forte præscriptionis. Neque ignoro, ingt, multa transferri, cum in omnibus fere cautis, in quibus cecidisse quis formula dicitur, hæ sunt quæstiones, an huic, an cum hoc, an hac lege, an apud hunc, an hoc tẽpore liceat agere, & si qua sunt talia. Hæc Quintilianus Qui planè intimat translationem esse, quam vulgo dilatoriam exceptionem dicimus, & hanc præscriptionem etiam appellari. quemadmodum & ex Iurisconsulorũ locis paulo ante præcitatis manifestissimum fit. Præscriptio tandem exceptio est, non tantum dilatoria, sed & peremptoria, quod modo adnotauimus, & probatur quia in hac specie, quam tractamus, præscriptio nihil aliud est, quam exceptio, quæ ex vlu temporis, & ex vlucaptione insurgit, & oritur. l. emptor. C. de præscriptionibus longi temporis. l. 3. ff. de diuersis & temporalibus ꝓscription. bus. dum dicitur longæ possessionis præscriptio. & in l. in vitium. ff. eod. tit. dicitur exceptio longæ possessionis. Quasi domino actione reiuendicationis, vel personali vtenti initio præscribatur à reo, qui si tempore legitimo se possedisse probat, mox absoluitur.

Etenim nemo negare poterit præscriptionem illã, q̃ exlongi temporis possessione deducitur, peremptoriã exceptionem esse. Quo fit vt præscriptio exceptionẽ dilatoriam, & peremptoriam significet. Atque ideo patres quosdam maximè controuersum est, an sit discrimen aliquod inter exceptionem, & præscriptionem. Nam nullam esse differentiam inter hæc duo tenuerũt Faber & Areti. in princ. Instit. de exceptionib. Iuniores maximè Decius in rub. de exceptionibus. colum. 1. Et probatur in rub. C. de exceptionib. seu ꝓscriptionib. Et in Pandectarum lib. tit. de exceptionibus, & ꝓscriptionibus. Nã sicut exceptio dilatoria, vel peremptoria est, ita & ꝓscriptio ad vtranque refertur, quemadmodũ ex his, quæ modo tradidimus, id potissimè

3

habebitur, si examinauerimus quid vere sit exceptio. Et Panor. in rub. de exceptionib. inquit, exceptio est actionis, vel intentionis exclusio. Siquidem exceptio aliquando actionem excludit, vt si quis contra me actionem habeat ex empto, ego vero non nego emptionis contractum, sed actioni ex empto actori cõpetenti objicio exceptionem doli, exceptionẽ metus, aliã ve similẽ ad actionis exclusionem. Intentionẽ vero exceptio excludit quoties actor agit sine actione petens a me, quã dicit me illi vendidisse, at ipse excipio, venditionẽ ipsam negãs, quippe qui vere nõ vendiderim. Vñ cum actor egerit sine actione, exceptio aduersus eũ ꝓpolita intentionẽ excludit. vtitur ad definitionis cõprobationẽ Panor. authoritate Iurisconsulti in l. 2. ff. de exceptionib. dum inquit, Exceptio actioni cuiusq; rei opponi solet ad excludendum id, qd̃ in intentionẽ deductũ est. Verũ ꝫ Panor. illud in primis adducit ꝙ actio, & exceptio correlatiua sint, vt pr̃ & filius, marit⁹, & vxor. l. siquidẽ. C. de exceptionib. notat expressim Bal. in l. in rebus. C. de iure dotium. ad fi. igit̃ etsi exceptio sit actionis exclusio, intẽtionis tñ esse recte nõ potest cũ actio deficit, cui opponatur, & quã exceptio præmittit. Dein de ad hęc & aduersus Panorm, est gl. insignis in ca. 1. de litis contesta. in 6. q̃ differentiã cõstituit inter exceptionem & defensionem scribens exceptionem propriè dici actionis exclusionem, defensionem aũt esse intentionis repulsam. quam opinionẽ sequuntur inibi Domin. & Franc. Felin. in rubrica de exceptionib. col. 1. Ang. in princ. Initi. de exceptionib. col. 3. Greg. Natã. in clemẽ. Iæpe. de verborum significat. col. 95. eamq; dicit cõem esse Soc. rub. de exceptionibus. Quæ quidẽ sententia in hunc sanè sensum est accipienda, vt q̃libet exceptio ꝓprie defensio dici valeat, non tñ q̃libet defensio dici exceptio possit, sed tñ ea, q̃ actioni opponit̃, sicuti Deci. adnotauit in d. rub. de exceptionib. col. 3. probatur q; in l. si quis. C. de exceptionib. l. 1. C. de iuris & facti ignorãt. c. significauerunt. de exceptionib. Sensit eadẽ gl. in d. c. ũdum subdit, Huiusmodi enim defensiones non proprie dicuntur exceptiones. Quasi velit exceptiones proprie dici posse defensiones, non autem econtrario quaslibet defensiones exceptiones dici.

Tandem ex antiquioribus. Azo in summa. C. de exceptionib. huius est sententiæ, vt existimet exceptionẽ ꝓprię actionis exclusionem esse non quidem intentionis idemque. Doc. frequẽtiori calculo probarunt, atque ita esse hanc cõem opinionem constat, & eam defendit cõmunem esse alleuerans Deci. in d. rub. de exceptio. col. 2. non oberit tex. in dict. l. 2. imo huic sententiæ patrocinabitur. Eius etenim sensus est, ꝙ exceptio opponitur actioni ad excludendum id, quod per eam actionẽ actor intendit, non tamen ex hoc probat tex. exceptionem dici cum quid opponitur ad exclusionem intentionis absque actione in iudicium deductæ. Hinc sanè plura poterunt inferri, quæ hic explicabimus.

PRIMUM apparet interpretatio statutorum, q̃ exceptiones excludunt. Nã ea tm exceptio excluta censetur, q̃ actioni alioqui competenti opponitur, non q̃ intẽtio tñ agentis sine actione objciatur, ea etenim admittẽda erit, nisi ex verbis legis, aut mente legislatoris aliud possit constare, & plumi, ſm Bal. in l. peremptorias. C. sentent. rescind. non poss. nu. 38. eundem in l. iancimus col. 3. C. de donationib. & Feli. in d. rub. de exceptionib. 4

Secundo, deducitur solutionis obiectionẽ, q̃ agenti ex mutuo, vel aliunde ad pecuniam opponitur, nõ esse vere exceptionem, sed defensionem quidem, q̃ intentionis agentis sine actione objciatur. gl. singularis in d. c. 1. de lus con. verba defensionis. q̃ probatur ex eo quod soluto actionẽ ipso iure omnino extinguat. Inst. quib. mod. tollit. oblig. in princ. tametsi Soc. in rub. ff. de exquo ad solutionis obiectionem, velit Panor. sententiã veram esse, vt tandem solutionis exceptio intentionẽ excludat. Cum ex prænotatis constet, eam non esse propriam exceptionem.

¶ Tertio, infertur exclusionem actionis simul & intentionis propriè exceptionem dici, exclusionem vero intentionis tantum, nõ esse veram exceptionem. quod Deci. in d. rub. de excep. expressim asserit.

Quarto, planè deducitur, negationem simplicẽ petitionis ab actore propositæ nõ esse, nec propriè posse dici exceptionẽ ſm Bal. in d. l. peremptorias. col. 5. Soc. in d. rub. de excep. Bal. Fel. & Dec. in rub. de excep. quo in loco Deci. testatur hanc opinionem communem esse.

Quinto, hinc apparet, declinationẽ iurisdictiõis nõ esse propriè exceptionem, quia aduersus actionem ea minimè proponatur. gl. in verb. exceptiones in ca. qñ ꝫ. de probationib. quã inibi sequitur Panor. scribens, ab statuto loquente de exceptionibus minimè comprehẽdi declinatoriam exceptionem. cum ea verè exceptio non sit. Sed huic corollario manifestissimè refragatur tex. in l. ꝓscriptionae. C. si ꝫ ius vel vtilita. public. & in l. vlt. C. de exceptionib. vnde verius est, ꝙ exceptio sit generale nomen, peremptoriam, & dilatoriam etiam ad iudicis iurisdictionem pertinentem coplectẽs, quod latè discutiunt Ang. Are. in princ. Inſti. de excep. Soc. in l. 2. col. 2. ff. eo. tit. Dec. in d. c. qñ ꝫ. nu. 16. & seq. ubi glos. opinionẽ verã esse censet, quoties ex mente legis aliud possit colligi. Cuius rei varia cõtingere poterũt exẽpla

Sexto colligit ex his exceptionẽ, & ꝓscriptionẽ minimũ differre. Nã quemadmodũ exceptio ad peremptoriã, & dilatoriã, ẽt fori referr, & ꝓscriptio has omnes cõtinet, & significat sicuti probatum hactenus extat.

Septimo, inde palam est, ꝓscriptionem nõ tñ dici exceptionem, q̃ ex longę possessionis cursu procedat, sed & omnem aliam, q̃ aliunde actionem possit excludere.

Octauo, ut qd̃ mõ adnotauimus de solutionis exceptione rectius forsan intelligatur, oĩbus exactè ꝓbatis, inferendũ esse opinor, ad verę exceptionis rõnem non esse ꝓcisè necessarium, actionem mõ actori cõpetere, ꝙ exceptionem tñ excludendã, sed satis esse ꝙ actio actori iure, & uere cõpeteret, nisi ex eo, ꝙ deductũ est in exceptionem sublata foret ita quidem ut non si tunc necessarium actionem ipso iure non esse sublatam, sed opę exceptionis eam posse submoueri. Nam etsi actio ipso iure sublata fuerit per id, quod excipiens allegat, modo ea prius competierit agenti, uereque in hac specie nomen exceptionis actum, & proprium esse apparet, distinctũ profecto ab exclusione solius intentionis.

Etenim quoties qs agit proponens ea, q̃ si uera sint, actionem habet, reus uero ꝓpolita negat, tunc excluditur intentio, nec propriè reo excipit, liquidem actor planè ꝓbãs obtinebit, nec ulla exceptione conuincit, solumque tractatur in iudicio an sit uerũ quod actor in propriam intentionem deduxit, nec de alicuius exceptionis ulla reo oppositę disputandũ erit, atque tunc actore non probante simpliciter reus omnino absolutur.

At hi quis agat actione, q̃ etsi vera fuerit, ab eoque ꝓbata, excluditur tñ exceptione procedendi ab eo, quod actionem ipsam iam olim uerum. & competentem extinxit de exceptionis iure agendũ est. ubi oq; actor obtinebit. & iõ uere in hoc casu exceptionis nomen cõuenit, & proprię esse censet. Quo fit ut exceptio solutiõis uere & ꝓprię sit exceptio qa etsi uera sit intentio actoris mutuũ probãtis solutione quidem excludit, reuq; absolut. Sic & in ꝓscriptione. cum etsi actor probauerit quod intendit nempe rẽ petitã eius fuisse. & ad eius dominiũ pertinuisse tm longi temporis possessione a reo probata, ipse possessor absoluitur. In summa de intentionis exclusione tract. af, quoties iud. calis disputatio nertitur

tur sup eo, an actor vera in eius petitione iudici enarraverit, de exceptione autem agitur, cũ & si vera sint q̃ ab actore proposita fuere, tamẽ de his, quæ ex aduerso per reum obiiciuntur disputatio est, & controuersia iudicialis, non de his, quæ ab actore fuere deducta. Sic fanè non refert an actio extincta fuerit ipso iure vel non, mõ discutienda sint ea, quę in exceptione per reum fuerint allegata. quod sentit Dec. in rub. de except. nu. 4.

Nec tñ difficile ea dictu receptum esse, vt ipsius tm intentionis exclusio exceptio dicatur, saltem ex lata dictionis significatione. Sic etiã obtinuit exceptiones a p̃scriptionib. distingui, q̃quidẽ p̃scriptiones solũ ad eas exceptiones referunt, q̃ ex possessione lõgi tẽporis oriũtur.

Vltimo, illud non est prætermittendum non satis placere Latinæ linguæ censoribus vsum loquendi apud Pontificias cõstitutiones, & iuris vtriusq; interpretes frequẽtissimum, tcum rem præscribi dicimus, dicendum q; esset rẽ vsucapi. Nã p̃scribere hoc in tractatu nihil aliud est, q̃ excipere, idq; verbũ datuo iũgit, quẽadmodũ & veteres Iurisc̃onsulti loquuti sunt adhuc ætate iustiniani.

6 Nusquam etenim dixere fundum, agrum, aliam ve rẽ p̃scribi, sed vsucapi, nec apud Latinæ linguę syncerosauthores vsquam verbum, præscribo, iuxta hunc loquẽdi modum reperitur f̃m Alcia. in d.l. quinque pedum. C. si. regundo. in princ. Oldendorpiũ lib. Variarum lectionum, tit. de p̃scrip. col. 3. Eguinari. in §. q̃ autem. Instit. de vsucap. Cora. in l. si tututes. 4. ff. de seruit. nu. 9. & Iacob. Spiegel. in Lexico Iuris ciuilis, dictione, vsucapio. Nã q̃ in l. si non conuitij. C. de iniurijs. dictum est, præscriptam esse actionem, exponendum erit, i. actionẽ tẽporis exceptione fultã fuisse. Sic & Iurisconsultus in Lei a quo. ff. de vsucapio. dũ dicit, ideoque longi temporis p̃scriptio nõ durabit, quia possessionem locator nõ retinuerit, non appellat ipsam vsucapionẽ p̃scriptionem, sed ipsam longi temporis exceptionem. Quasi exceptio, q̃ rõne lõgi tẽporis p ipsum vsum cõticit, interruptione quadã possessionis minimè duret, nec p̃sectionẽ accipiat. Eodem fere sensu intelligendus est tex. in l. b duo patroni. § Iulianus. ff. de iureiu. cuius intellectum trademus 3. huius Relectionis parte, in prin. Igit hoc p̃sudio significationẽ vocis, de qua hic in Relectione acturi sumus, breuiter p̃notauimus, vtcunq; eã iuxta receptũ a Iuris vtriusq; interpretib. vsum, ab exceptione distinguẽtes. Mõ in eo Paragrapho, q̃ statĩ sequt definitionẽ vsucapiõis tradem" deijcet" iustitia tractabim".

SVMMARIVM.

1 *Definitio Iurisc. nobilis, qua de vsucapione traditur, defenditur. Et vbi an res corpor. definatur per effectus.*
2 *Vsucapio an rebus etiam immobilibus conueniat iuxta ius Cæsarei responsi?*
3 *Præscriptionis & vsucapionis, discrimen consideratur.*
4 *Definitio præscriptionis expenditur, veraque traditur ad materiæ cognitionem.*
5 *Vsucapionis iustitia ex summa æquitate & vetustudine deducitur.*

§. VNICVS.

1 DEFINITIONEM p̃scriptionis tractãtes, varijs vtuntur eiusdẽ descriptionib. Sed & eorum quidã eã mutuantur a Iurisconsulto, in l. 2. ff. de vsucapio. dum is inquit. Vsucapio est acquisitio dominij p cõtinuationẽ temporis lege definiti. ¶ Aduersus, quã definitionem illud adducitur, q̃ in ea effectus vsucapionis describatur. at nihil definiri debet p effectũ, cũ causã a causa differat, f̃m Bar. in l. 2. ff. de appella. Qui definitionẽ appellationis a quibusdã traditã hac rõne improbat, q̃ appellationẽ p effectus definierint, dicentes, appellatio nẽ esse, prioris sententiæ rescissionẽ. Etenim ill hæc definitio falsa omnino ẽ, cũ ẽt si ex appellatione sequat̃ q̃sque prioris sententiæ, a qua prouocatũ est, reuocatio, nõ tñ ipsa appellatio est illa quidẽ reuocatio sententiæ. q̃d satis patet, & vt diximus, quia causatũ a cã differt. l. licet §. ea obligatio. ff. de procura. l. & an eadẽ. ff. de exceptio rei iudi. Igitur non recte Iurisconsultus definiuit vsucapionẽ, dũ eã per effectum cognoscendum esse tradidit. siquidem ab vsucapione procedat dominij acquisitio.

Cęterum ad huius definitionis defensionem adnotã dũ est ex Dec. in rub. de probat. 3. col. definitionem alicuius rei non recte per effectus concipi, q̃n hi effectus remoti sunt a re ipsa, nec inseparabiliter ei adhærent, nec necessario ex ea sequuntur, quem admodum in exemplo appellationis ex Bar. diximus. nã tunc incongrua omnino est definitio per effectus, qui rẽ ipsam minimè demonstrãt essentiali quadã demõstratione, quæ necessaria est ad congruã, & perfectã definitionẽ. Vñ definiri quid non debet per accidentales proprietates, sed p essentiales. At effectus, qui adhęrent rei inseparabiliter, semper & necessario, proprietates quædã essentiales cẽsentur eiusdem rei, non accidentales, & ió per hos effectus cõgrue res sæpissime definitur. tex. opti. in l. bona aũt. § bonorũ igitur. ff. de bonor. possess. quo in loco Iurisconsultus dixit bonorũ possessionẽ esse ius retinẽdi. Est quidẽ ius retinendi effectus procedens a bonorum possessione, sed ita ei adhærens semper ac necessario, vt vt proprietas essentialis potius ipsius, quam accidentalis esse videatur. Sic Bar. cui cæteri frequẽtiori suffragio accessere, in l. 1. ff. de acquirenda possess. scribit possessionẽ esse ius intistendi rei non prohibitæ possideri. Nec. n. Bart. definiuit ipsius possessionis acquisitionẽ, nec itẽ ipsius retẽtionẽ, aut cõtinuationẽ, sed ipsam quidẽ possessionẽ, quatenus ea ius est, & effectus habet deductos ab apprehensione, & retentione, qui denique effectus possessioni, prout ea ius est, adeo adhærent, quod proprietates eius sint essentiales.

Eadem rõne procedit quod de actione Iustinianus tradit scribẽs qd. Actio est iuris prosequẽdi in iudicio q̃ sibi debetur. nã etiã si actionis effectus in hac definitione contineatur, is tamen eam perfectam efficit, quippe qui adeo actioni cohæreat, vt eius proprietas substãtialis sit. Vnde deducẽ vsucapionis definitionẽ a Iurisc̃onsulto traditã, nõ ex hoc iure improbari, q̃ vsucapionis effectus, i. acquisitio dominij, eidem adscriptus fuerit.

Est etenim acquisitio dominij adeo p̃pria vsucapionis, q̃ eius substãtialis proprietas hæc sit, quoties dominium acquiritur per tempus a lege definitum, atq; ideo potius ad proprietatem, quam ad effectum pertinet.

Præterea iuxta quorundã interpretationẽ Iurisconsultus in d. l. 3. definiuit ipsum actũ vsucapionis potius quàm ius ex vsucapione procedẽs. ita quidem, authore Iurisconsulto vsucapionis actus est acquisitio dominij per continuationẽ tpis lege definiti. is ergo vsucapit, q̃ est in continua rei possessione. Hinc denique dr interrupta vsucapio, i. ipse actus vsucapionis interrumpitur, quod satis est ad effugiendã obiectionem, quã Iurisconsulti definitioni opposuimus. Præsertim q̃ sẽm Imolam ibi, & Alcia. in rubr. de præscript. nu. 17. inibi definitur a iurisconsulto dictio effectum significans, nẽpe vsucapio, quæ est acquisitio per vsum, i. possessionem, & sic quatenus vsucapio ius est, non qua ex parte factũ continet. Nã & Cicero in Topicis, vsucapionẽ ius esse quoddam incorporeum existimat. Vnde vltima hęc responsio eadem est cum prima. Hinc primũ patet, p̃scriptiones aduersus actiones personales non cõprehendi sub ea definitione, quam ex d. l. 3. explicuimus.

Secũdo infertur iuxta pmissam definitionẽ aliter distingui vsucapionẽ a p̃scriptione, quàm vulgus Doct. & interpretũ distinxerit. Est. n. vsucapio ipsa acquisitio dominij per vsum, & sic possessionẽ. Præscriptio autem vere est exceptio, quę oritur ab ipsa vsucapione, ab ipsa, in quam, dominij acquisitione, ac tandem a longa possessione, vel ab ea, quæ legibus definita sit.

Tertio patet Iurisc̃onsulti definitionem pertinere ad eam acquisitionẽ dominij, q̃ per vsum, & possessionem lege definitam fit, non ad actiones personales, quarum quidẽ p̃scriptiões, vel potius exceptiones, q̃ eis ex tẽpore opponunt̃, iure p̃dectarũ nõ dicunt̃ vsucapiões, nec de eis tractat titulus ille singularis. ff. de vsucapionibus.

Quartò hinc deducitur vsucapionẽ generaliter s̃m p̃priã dictionis significationem accipi, & iure accipiendam esse, vt & rerum immobilium acquisitionẽ comprehendat, nec id quidem ante Iustiniani tempora solũ quod omnes fatentur, sed & ipsius Iustiniani ætate vsu receptissimum fuit, q̃ probatur Inst. de vsucapionibus. in principio, quo in loco vsucapio non sẽmel ad res immobiles refertur. idem constat ex l. vnica. C. de vsucap. transformanda. vbi vsucapionem rerum quidẽ Italicarum immobilium trãsformandã esse cẽset Imperator in longi temporis, decem vel viginti annorũ itẽm vsucapionem. Nec inibi vsucapio immobilium transformat in vsucapionem mobilium, sed temporis angustiæ, quæ olim sufficiebant ex lege duodecim Tabularũ, excludũ tur, longioraque spatia requiruntur ad adquirendas res per temporis vsum, & possessionẽ. Eadem significatio constat & apud Ciceronem in Topicis. Tametsi q̃nque apud Iustinianũ vsucapio, & longi temporis p̃scriptio veluti diuersa, nominentur in §. itẽm nobis. & in §. ex his. instituper quas p̃sonas nobis acquirat. q̃ quidem loca ipse ita interpretanda fore censeo, vt longi temporis p̃scriptio ad exceptionem a longi temporis possessione ortã referatur, & ita distinguatur ab vsucapione, quæ in reb. mobilibus & immobilibus in vniuersum acquisitionẽ dominij significat. ex Pãdectis plures authoritates. vt p̃dixi, adduci possunt, quib. appareat vsucapionẽ ad immobilia referri, sed p̃sertim id constat in l. nõ solum. §. si dominus. & §. si mihi. l. furtũ. iuncta l. quare. & item. l. si solũ. ff. de vsuc. l. qui fundũ possidebat. §. seruus & §. qui bona fi. ff. p̃ emptore. & alibi sæpissimè.

Quinto patẽfit a iuris vtriusque Doctorib. propria quidem authoritate, contemptis Iurisc̃onsultorũ, & ad hunc ipsius Iustiniani resp̃sis, cõmentũ esse, q̃ vsucapio
3 a p̃scriptione in hoc differat, tvt vsucapio mobilibus, p̃scriptio rebus immobilibus conueniat. Hæc etenim est cõis ofium interpretum doctrina, aliena p̃fecto ab ipsis Iurisconsulto & denique a Iustiniano, qui minime voluit dictionis significationẽ p̃priã, & verã mutare, sed tm tẽporis angustias tollere, ne domini reb. p̃priis ita celeri cursu tẽporis, & possessione breui iniquè priuarent. sexto hinc procedit intellectus eius, quod Accursius scripsit in d. l. 3. ff. de vsuca. dicẽs vsucapionẽ q̃nq; large adsumi, nempe cũ ad res immobiles refert. Nã si verã significationem vsucapionis rectè expendamus, propriè vsucapio ad mobiles & immobiles res erit referenda.

Septimo ex his aperitur sensus ad ea, q̃ Panormit. & Felinus tradidere in rubrica de præscriptionibus, dum censet vsucapionem genericè sumptam, etiam ad immobilia referri. Etenim id verum est in hunc fanè modum, vt vsucapio nõ tantum de mobilibus, sed & de immobilibus prędicetur, tametsi postmodũ in vsucapionem immobiliũ, & vsucapionem mobilium distinguatur. differunt siquidem hæ vsucapiones tanquam species diuersæ sub eodem contentę genere.

Octauo libet ex his perpendere Bar. sententiam in l. seruitures. in 2. ff. de seruitu. & Imolę, in d. l. 3. quibus & alij accessere, existimantes vsucapionem commune verbum esse mobilibus, & immobilibus rebus, saltem iure Pandectarum. Nam non solum eo tẽpore, sed & ætate Iustiniani, ac modo quidem apud Latinæ linguę Cẽsores hæc dictio vsucapio, acquisitionẽ dominij per vsum & possessionẽ rerum mobilium, vel immobiliũ, significat. Postremo ex his, q̃ hic & proximo §. adnotauimus constat quid p̃scriptio, quid vsucapio sit apud Iurisconsultos, iurisque Cæsarei constitutiones. uerũ quia summi Pontifices, & Canonũ, ac Decretorũ iuris canonici cõditores, deinde iuris vtriusque interpretes p̃scriptionem f̃m aliã significationẽ accepere, non equidẽ vt tm exceptionem significet, uel usucapionem triennalẽ, aut longi temporis, sed eo plane sensu, vt & ad actiones reales, & personales, atque oĩa, q̃ tempore acquiruntur, referenda sit, oportet hac in specie de eius definitione tractare. Illud tñ p̃fari libet hac in parte nõ esse agendũ de definitione p̃scriptionis quatenus ea dictio exceptionẽ quãlibet significat, sed quatenus in specie illa iuri ex rõne tẽporis, aut lõge possessionis q̃sito accommodatur.

Et Panormitanus post alios in rub. de p̃scrip. inquit, ¶ Præscriptio est ius quoddã ex tempore congruens, legũ
4 authoritate vim capiens, negligentibus pœnã inferens, & finem litibus imponens, quã definitionem coẽm esse testatur Bal. de p̃scriptionib. in p̃cipio, 1. col. aliqua exponens ad eius p̃positionem. Hæc vero definitio mihi nõ placet, quippe q̃ nimis lõga sit, & deinde p̃mittat p̃scriptionem esse institutam in pœnã negligentiã, cũ plerunque etiam aduersus ignorantem, & inficium p̃cedat, ac vim propriam habeat licuti inferius disputabitur. Deinde definitio, vt ea congrua sit, breuiter & compẽdio quodam debet rei subiectæ ẽssentialia explicare, f̃m Arist. li. 6. Topicorũ. Bar. in l. 1. ff. de testam. Card. in c. perpendimus. de sent. excõmunicat. Ad illã hæc Panorm. definitio nec breuis est, nec explicat rei subiectam per essentialia, sed per effectus longe ab ipsamet re distantes. ac remotos, quemadmodũ ex ea constat. Quamobrem ex pluribus definitionibus, q̃ in hoc tractatu traduntur ad huius rei cognitionem, ipse potius probarem definitionem gl. in Summa 10. q. 3. Nec. n. hic vsucapionẽ definimus, cuius Iurisconsulti meminere, siue ea sit triennalis, siue longi temporis, sed tm p̃scriptionem. Est. n. inquit gl. Præscriptio, exceptio ex tẽpore legib. definitio subiectantiam capiens. Nam etsi glo. omiserit verbum illud legibus definito, & præterea addiderit, & actioni in rem, vel personali objicitur, ego hãc vltimam partem à definitione tollendam esse censui, quia ad definiti essentiam, & subiectantiam nõ pertineãt Addidi illa verba, legibus definito, ex eo, q̃ tempus sufficiens non sit, nisi & id habeat ea, q̃ iure sunt ei accessoria, & requisita, vt legitima sit p̃scriptio. Eandem p̃dictæ gl. definitionem tradidit Goffredus in Sũma, tit. de p̃scriptionib. eamque defendit Alcias. in rub. de p̃scriptionibus. nu. 4. & in l. vt sunt. ff. de verb. signifi.

Diximus fanè in hac definitione p̃scriptionem exceptionem esse, quia id satis probauimus in p̃cedenti. §. exceptio aũt non tm ad hanc, quam tractamus, pertinet, sed omnes alias, quarum in iure passim mentio fit, atque ideo exceptio vt genus ponitur in hac definitione. Item diximus, extempore legib. definito, vt ex his verbis manifesta sit tota p̃scriptionis vis, siquidem tempus necessarium est ad p̃scriptionem, & ideò, quod intrinsecus, & proxi est subiectantia ex propria eius natura omnino requiritur, cum absque tempore nulla detur vsucapio nec denique præscriptio in ea significatione, qua Decretorum & Iuris Pontificij authores vtuntur. Sed tamen. tempus quãdoque, & regulariter sufficiens non est ad vsucapionem & p̃scriptionem imo a iure canonico & ciuili statutum est fore necessarium quandoque titulum, & fere semper bonã fidem, sicuti statim in 2. huius Relectionis part. tractabimus, vnde tempus a legibus definitum, id est cui extrinsecus accesserint.

ea quæ iure requirũtur,præscriptionẽ perfectã efficit. Nam & iure pontificio,ac Cęlarco tempori hac in spe cie accedunt titulus,bona fides,ipsorum que mensium & annorum numerus,vt ex tẽpore ita quidẽ instructo, ipta vsucapio,præscriptio ve procedat.Nõ oberit huic definitioni,quod non tñ exceptio,sed & actio realis qui dem ad vẽdicationẽ rei vsucapię ex tempore legitimo frequenter oriatur,quia qui rem aliquã vsucepit, eam poterit demũ actione realivẽdicare,& agere veluti dominus,non quidem ex præscriptione,sed ex iure dominij qđ p vsucapionẽ & longi temporis possessionẽ acquisi uit,q̃ mihi probatissimum est ex ipsorum Iurisconsultorũ locis,& in vltima huius Relectio. parte longius p̃ bauit.Hactenus de definitione,vt salte hinc videas,Lẽctor candide,quantum referat dictionũ proprias,& genuinas significationes absq; latinitatis vitio obseruare.

Cęterum vsucapionis iustitia ex plurib.constat, præ rim authoritate legis iustę,q̃ sufficiens est. Quod autẽ
5 lex sit iusta patet, Quia per principem iustẽ statuit id,quod est necessarium,vel vtile ad pacificũ subditorũ conuictum,& Reipublicæ quietem.c.erit autẽ lex.4.d. Sed vsucapio est huiusmodi,quippe q̃ necessaria,vel vti lis Reipublicæ sit,igitur lex vsucapionẽ instituens maxime innitit iustitiæ.Consequens,& maior argumẽtationis pars manifesta sunt.Minor probatur authoritate Iurisconsulti in l.1.ff.de vsucapionib.Bono publico, in quit Caius,introducta est vsucapio, ne.l. quarundã rerum diu.& fere semp incerta dominia essent,cũ sufficeret dominis ad inquirendas res suas statuti tẽporis spatiũ.Ex quo illud certũ est,quod cessante huiusmodi acquisitione per vsucapionẽ,incertus semper esset possessor,an res,quam forte ab alio emit,sua sit necne . Inde & curã illius abiciet,eamq; perire sinet, veritus ne qñ verus dominus eã sibi auferat,q̃ maximum inferret dãnũ Reipublicę,sicuti & Theophilus explicat in pric. Instit.de vsucap.Quin & ipsa vsucapio summopere ad minuendas lites pertinet.l.vlt.ff.pro suo.vsucapio rerũ inquit Neratius,etiam ex aliis causis cõcessa,interim p̃pter ea,q̃ nostra esse existimantes possideremus, cõstituta est,vt aliquis litiũ finis esset.Sic & iustitiã iuris ciuilis hac in re defendit Contra. de contractib.q 15.cõclu. 4.Marcus Cicero in oratione pro Cecinna,vsucapionẽ scribit esse finẽ sollicitudinis,ac periculi litiũ.idẽ Cicero li.1.de Offic.summe laudat Aratũ Sicyonũ q̃ is inquit esse fuerit arbitratus,revolum alienas a possessoribus post quinquaginta possessiones annorum auferri, propterea quod tã lõgo spatio multa hæreditatib.mu, ta emptionib.multa dotib.tenebant. Sed Pausanias in Corinthiacis de hoc ipso Arato scribit hęc verba ,domus,& p̃dia,q̃ diuẽdita fuerã emptorib.præter dissoluto,exulib.cũ reddidisset,dissidiorũ, & controuersiarũ causas concordia cõstituta sustulit.q̃ & Cicero ipse longius tradiderat.Igit hãc summã æquitatẽ cõuenientẽ q dẽ cõi vitæ societati,cuius conseruatio legũ olum,principum,ac rerũ publicarũ est finis,& cui lege naturę oẽs submittimur,& ie iuretenemur,admittere nullisimẽ iubemur.Quo fit,vt summi Ciristiam orbe p̃sules & põtifices,qb.potissima cura est,ne qd fiat aliarũ spũl salutis aduersum vsucapionẽ legitimo tempore perfectã iustã esse dominij acquisitionem passim statuerint.[Nã& Plato li.12.de legib.licet in reb.immobilib. nõ satis p̃bauerit vsucapionẽ eã tñ in mobilib. iustissimam esse & reipublicę optime init iustæ necessariam existimat.]

SVMMARIVM.

1 *Acquisitio possessionis quid sit.*
2 *Retentio possessionis explicatur.*
3 *Possessio definitio traditur.et qualiter possessio sit iuris*
4 *Possessio an re ille distinguatur in naturalem & ciuilẽ*
5 *Vsufructuarius, an habeat naturalem & numerosq.*
6 *Quasi possessio quid sit.*
7 *Quæ possessio sit necessaria,& sufficiens ad præscriptionẽ.*
8 *In præscribendis iuribus incorporalibus an sit necessaria scientia & patientia.*

Secundę partis relectionis initium.

Gressvs in huius relectionis parte prima satis breuiter de præscriptionis,& usucaponis cognitione,ex qua potissimũ deduximus partem fere præcipuã præscriptionis tempus esse ,cum ex eo semp constituatur,atque iõ tractaturus hac in parte de tempore possessionis,deinde titulo , deque bona fide ad perfectam præscriptionis uim iure Pontificio,& Cæsareo requisitis,illud in primis admonendũ esse censeo,possessionem fore semper necessariã ad vsucapionem,nam sine possessione præscriptio nõ procedit,quemadmodum regula iuris dictat,cui p̃notandum est tria esse maxime differentia'. Acquisitionem possessionis,eius retentionem, & ipsam possessionem,ut est in esse producta,ita etenim hæc considerat post alios Franc.a Ripa in rub.de cauf.poss. & p̃ col.3. ex Bar.& do.in l.1.ff.de acqui.poss.q̃ quidem obiter explicabimus,& veluti per transennã,ne ieiuna nimis sit hac ĩ spẽ possessionis ad vsucapionẽ necessarię resolutio.

1 Acquisitio possessionis est apprehensio rei uera uel ficta,cũ adminiculo animi uerbi,uel ficti & iuris.Apprehensio ponitur loco generis.Rei dr̃,ut comprehendat corporales res & incorporales,nam sicuti in corporalibus acquiritur possessio,ita in incorporeis quasi possessio acquirit, qđ notat in l.3.in princ.ff.de acquir.Posse. l.ti seruus.§.ti incorporales.ff.de acquirẽ.rerum dominio gl.in c.cũ ecclesia Sutrina.de cauf.poss.& propriet. Igit cũ tã p̃cisse detur apprehensio quasi possessionis in rebus incorporalib.oportuit ita acquisitionem possessionis definire, vt ea cõprehenderet quasi possessionis apprehensionẽ. Vera quidem apprehensio dr̃, quæ frequentissime apprehensio possessionis fit p̃ actũ verũ corporis sine fictione.l.1.ff.de ăcquirenda possessio. Ficta,quia q̃que possessio acquirit sine vera apprehensione per actum a lege,canone, vel cõsuetudine illi adæquatum,vt per constitutum.leg.quod meo.ff.de acqui. poss.c.2.de consue.l.quisquis.C.de donat . Cum animi adminiculo dictũ est ex eo q̃ ,ablq; animo non potest acquiri possessio.l.quemadmodum.ff.de acqui.poss.Ficti,quia solet sufficere animus fictus ad acquirendam possessionẽ,quãuis animus verus deficiat,vt in ea possessione,quã ciuilissimam Doctores appellant, q̃ acquirit lege Regia,ex l.45. Tauri, de qua nos aliqua adnotauimus lib.3.Variarũ resolutionum.c.5.nu.6.Itẽ diximus in definitione,Et iuris,quasi adminiculũ iuris necessariũ sit ad acquisitionẽ possessionis ex eo,qa ius retinetur, q̃ri possessio nõ pot l.qui vniuersas.§.1.ff.de acquir.posse.

Primo hinc deducitur,q̃ possessio,dum capitur pro acquisitione,est factum,nõ ius.l.1.§.adipiscimur. & §. ti vir.ff.de acqui.poss.li.1.§.ti Scæuola.ff.li quis testam. lib.esse iust.fuer.l.3.in princ.ff.de bono possess.

Secundo patet,nõ esse plane necessariam pedũ, nec manuũ positionem ad acquirendam possessionem,sed satis esse eam oculis,& effectu caperc,non.n.requiritur corporeus tactus ipsius rei.l. 1.§.ti iusserim.l.qđ meo.§. per venditorem.ff.de acq.poss.l. claudi.ff. de cõtrahen. emp.& hęc quidẽ illatio ablq; vlla fictione procedit,q̃ ipse explicat li.3.Variar.resolut.c.16.nu.10.& sequen.

Tertio inde cõstat,q̃ que possessionem acquiri ablque aliquo actu corporeo,etiam acquirentis oculorum motu, ut seruum.de.1.C.de acquir.poss.l.2.ff.pro solu.& per pro

per procuratorem.l.j.§.Item acquirimus.Aliquãdo quidem absque actu corporeo nec acquirentis,nec alterius eius nomine,sicuti apparet in possessione ciuilissima.

2 Retentio possessionis est legitima detentatio corporea,& mentalis,vel mentalis tñ,vera vel ficta gratia rem possidẽdi.In hac verò definitione dr̃ legitima,quia si ius resistat tali detẽtationi, possessio non retinetur etiã à pupillo,vt in re sacra notat Alex in l.pupillum.ff.de acquir. poss. Item is qui peregrẽ, ac longe proficiscitur nemine domi relicto perdit naturalem,cũ illa mentalis detentio non sit sufficiens,nec legitima ad retinendã naturalẽ possessionem.l.clam possidere.§.qui ad nundinas.ff. de acq. poss.Eodem mõ habés tunc per ingressum naturalẽ, et
4 si habeat animum possidendi rõne veri dñij, non habet ciuilẽ,quia ea penes alium sit , nec eam interim põt hre: non etenim est legitima detentio ad hunc effectum: siqdem duo non possunt eandẽ rẽ insolidũ possidere.Dictũ est præterea,Metalis tñ:ex eo q̃ ciuilis possessio solo aio retineatur.d.§.qui nundinas.Veræquia rẽr proprius animus requiritur.l.j.C.de acq.poss. Ficta : quia q̃nq; possessio retinetur per seruum,filium aut procuratorem: item & ciuilissima possessio ipsius fictionis causa. Gratia rem possidendi,diximus,quia detinens rem sine animo possidendi,non possidet:quippe qui nec habeat animum possidendi ciuiliter,nec naturaliter.l.3.§.in amittenda. ff.de acq. poss.vnde hæc detentio dr̃ propriẽ animi:fm communem in l.j.in prin ff.de acq.poss.Scribit etenim Theophilus Instit.quib.mod.toll.obligat,q̃ tenere est naturaliter detinere,i.rei corporaliter tñ insistere:possidere aũt est animo dñij detinere:quod idem Theophil.adnotauerat Instit.per quas personas nobis acqui.eiusque hac in re adnotationem laudat Vigilius in præfatione Græcarum Institutionum: statim tñ Theophili snĩam interpretabimur.Sed & aliud est detẽtatio naturalis alicuius rei: aliud est ipsius rei custodiæ:ñ custodia aio conseruatur:liquis clausam domũ relinquat iuxta cõem snĩam authore:Aretino,in l.ti colonus.ff.de acqui.poss.quia etiam absens dr̃ custodire:sicuti Bart.explicat in d.l.j.in prin. q. vlt.

Hinc apertissimi iuris est,q̃ possessio quatenus accipitur pro retentione factum est l.denique.ff.ex quib.cautis maior.l.pupillem.ff.de acq.poss.quia aio retinetur,& animus est quid facti.l.bonæ fidei.ff.de acqu.rer.domin.

3 Possessio t autem est ius insistendi rei non prohibitæ possessideri.sic Bar.in d.l.j.visum est,cui cęteri magis:cõiter accesserunt,vt inibi testatur Ripa,nu.26.tradit idem Ripa in Rubrica de cauf.poss.col.j.& 2.ius autem dr̃ loco generis,non vt Bart.opinatur loco drię. Insistendi dictum est:quia possessio principaliter operatur facultatẽ, tenendi ipsam remvnde differt ab alijs iuribus,seruitutẽ, fac similibus:oportet tamen rem non esse prohibitam possideri.Etenim tunc minimè tractandum est de possessione,quæ in eadem re acquiri non potest.

Ab hac definitione planè deducitur possessionẽ,postquam iam est acquisita,& perfecta,ius est, quod Bart.& Doctores communiter in d.l.j.fatentur:& probat elegãs snĩa Inno.in c.episcopi.de rebus ecclesiast.dicẽtis ex hoc quod delegatus à Papa iurisdictionem ad cognoscendũ de iure alicuius rei,non tñ poterit sententiam dicere circa illius rei dominium,& proprietatem sed & circa possessionem.Eodẽ modo si dederit summus Pontifex mãdatum alicui vt quidam ecclesiæ faciat restitui bona,quę iniquè & male fuerint alienata,eaque curet vt ad ius, & proprietatem ecclesiæ reuertantur, poterit hic iudex tractare,& cognoscere de restitutione illarum rerum, quæ non tantùm à dominio ecclesiæ fuerint ablatæ, sed & earum quarum sola possessione fuerit ecclesia priuata, & spoliata.Hanc sententiam Inno.sequuntur Rom.in singulari 600. Alex.consi. 15.lib.2.Fel.in rub.de rescriptis.3. col.Abb.in c.1.2.col.de in integ.restit.idem Abb.in dict.

c.Episcopi. Decius in l.non alienat.ff.de reg.iur. Ludou. Gomez.in reg.de non tollen.iure quæsito.qu.5.quorum sententia communis est ĩ in Ital.in l.j.in princ.nu.31.ff.de acq.poss.Rip.in rub.de cauf.poss.col.1. & 2.qui eam itidem probant,& veram esse censent. Denique possessionem ius esse probat tex.in l.peregrẽ.ff.de acqu.poss.& in c.dilecto.de verb.significa.& alibi pluribus in locis quorum iuniores meminere in d.l. 1.præsertim inibi Herculanus,nu.38.dicens Bart.opinionem cõem esse. idem fatetur eam secutus Corasi.in præludijs ad §.nihil cõe co. 2.ff.de acqui.poss.qui & Inno. decisionem sequitur.

Præter hęc est adnotandum ad faciliorem huius tractatus intellectũ,possessionem duplicem esse, ț ciuilẽ,& naturalem:quemadmodum Io.relatus ab Accursio in d. l.j.distinxit,cuius distinctio probatur per Dinum in dic. reg.sine possessione.nu.16.& per alios magis cõiter in d. l.j.vt fatentur nouiores ibi.præsertim Ripa nu.28.Et idẽ in Rub.de cauf.poss.& propriet.nu.18.Est etenim ciuilis possessio,possessio apta producere ciuiles effectus respectu veri dñij.Ponitur in definitione possessio loco generis:item Apta dr̃,quia non ſp hos effectus producit:quippe quæ sit ciuilis possessio penes verum dñm . Sic eos nõ producit in malæ fidei possessore.l.clam.§.quamuis.ff.de acquirenda possessione. Veri dominij diximus , quia per eam ratione præscriptionis acquiritur verum dominiũ: quod statim examinatur . Naturalis autem est possessio apta producere ciuiles effectus respectu alicuius iuris à vero dominio separati.Qualis est emphyteuæ, & Vasallenam & per hanc vtile dominium præscribitur.l. competit.C.de præscript. 30.vel 40. anno Dr̃,aptaquia non est præcisè necessarium,q̃ actu producat hos effectus:siquidem naturalis obtenta à malæ fidei possessore non p̃ducit eos:nec naturalis vsufructuarij: & cùm ipse non p̃scribat per illam dominium verum , nec ius vsusfructus: sed per ciuilem quasi possessionem illius iuris.gl.in l.ait prætor.§.item ei.ff.ex quib.cauf.maior.Bart.in l.naturaliter.ff.de acq.poss.in princ.& ibi Doct.maximè Ial. idẽ tenent Corset.in sing.verb.vsusfructus. Alex.in l.j.nu.40.ff. de acq.poss.in princ.& ibidẽ Alij Doct.cõtra Bart.inibi, cuius opinio communiter reprobatur, vt fatetur ibi Ripa nu.54.& idem in d.rub.de cauf.poss.nu.21. vnde procedit naturalis possessio,& p̃ducit ciuiles effectus in emphyteuta respectu emphyteutis:quod tradit Alex.in l.3. §.ex contrario.ff.de acqui.poss.nu.6.& Feli.in c.cautam. de præscript.tradit Balb.de præscriptio.in vltima part.3. partis principalis.illud tamen est aduertendum quòd ciuilis,quæ in vsufructuario datur,nõ est principalis.respectu veri dominij,& ideo fm communem Doctorum distinctionem propriè ciuilis non est,quia cõsideratur minùs principaliter respectu iuris à vero dominio separati: quale est ius vsusfructus . Sic & Rogerius dixit feudatarium,& emphyteutam habere ciuilem possessionem ratione iuris,quod habent in re.licet licet frequentissimo interpretum consensu Rogerij opinio in d.§.ex contrario reprobata fuerit,profectò defendi poterit, si consideremus hanc ciuilem possessionem,cuius meminit Rogerius esse impropriam,ac minimè principalem:cùm iuxta cõmunem distinctionem vera & propria ciuilis possessio ea sit,quam modò definiuimus. Huc etiam pertinet qđ Theophilus scribit Instit.per quas personas nobis acquiritur.§.idem placet.de vsufructuario tractans: constituit, etenim rõnẽ cur vsufructuarius vsucapere non possit dicens:Primùm,quia non possidet.Est aũt possessio aio dominantis possideretenim verò tñ habet ius vtendi & fruẽdi.Hæc Theophilus,qui distinxit ciuilem possessionem à naturali eo modo, quo doctores paulò antè citati distinxere,vt quibusdã forsan ita Theophili snĩam intelligentibus videbitur.At ipse Theophilus inibi,& apertius in §.item per acceptilationem.Inibi.quibus modis tol-

litur obliga.sensit,si diligenter eius verba examinentur, possessionem in hoc à detentatione differre, ꝙ tenere sit naturaliter detinere, possidere verò sit animo dñi detinere vsuade cùm in d.§.idem placet:hoc ipsum quo ad vsum fructuarium adnotauerit, plane præmittit vsumfructuarium suo nolle rē ipsam detinere: ꝛ nō aūt possidere, nec ciuiliter, nec naturaliter:&ita Iacob. à Rauenna in l.1.ff. de acq.poss.Cui.de Cun.in l.licet.C.eo.titu.Cuman.Bald. Rom.& Aret.in l.naturaliter.in princ.ff.de acq.poss.non viso vt opinor Theophilo, planius asseuerent, vsumfructuarium rem ipsam naturaliter possidere nolle dñi, non aūt proprio.Quibus adstipulatur text.in l. certè.§. is qui rogauit.ff.de precar.quo in loco Iurisc̄sultus scribit,fructuarium, colonum,& inquilinum esse in prædio:non tamen id possidere.Par igitur ius est hac in re coloni, & inquilini cum vsufructuario:&ꝛ colonus,& inquilinus dubio procul rem ipsam detinent proprio nolle, possident, autem nolle dñi.Quo fit,non oīnò probare apud Theophilum distinctionē communem possessionis ciuilis, & naturalis.Nonne iniicior ereberrimo ferè oīum cōsensu in d.l.naturaliter.per tex.ibi probatum esse, ꝙ vsufructuarius naturaliter possideat.Sed illam naturalem possessionem Theophilus interpretatur vel nomine domini, vel esse detentationē quandam naturalem. Hæc diximus ad intellectum ciuilis,& naturalis possessionis,quemadmodū à nostris distinguuntur:quorum opinio facilioris doctrinæ causa potest admitti. Nam perpenso iuris rigore verior apparet sētia Azonis existimantis,vnicam tm̄ possessionem esse,quæ solū qualitate,non aūt spē differenti distinguatur:ita quidem vt possessio, quę verè naturalis est,si per ius ciuile absque corporis insistentia probetur, & admittatur ad ciuiles effectus,dicetur ciuilis qualitate quadam iuris ciuilis ei præbentis authoritatem, eamque approbantis. quam opinionē, Azonē secuti,veriorē esse censent Ripa in præcitatis locis:Socin. col.9. & Zasius in d.l.1.ff.de acqui.poss.Alcia.in l.q.elt.ff.de verb. significa. Io.Corasi.in l.naturaliter.§.nihil commune.in præludijs, num.6.& sequentib. Albericus in l.licet.C.de acquirenda possessione.& alij,qui ab his nominatim citantur.

Verùm quia plerisq; placet quasi possessionē a possessione distingui, peculiarijq;& propria definitione cognoscendam esse.Sic.n.placet Theophilo in princ. de interd. vbi censet, possessionē esse corporalis rei detentionem.

6 Quasi possessionem verò incorporalis rei vsum. Latius, & speciālius poterit quasi possessio definiri, vt sit ius exercendi,actum conueniētem iuri incorporali vero vel ꝓtenso,procedens ex sufficienti vsu illius. Hinòi censetur, quasi possessio iuris eligendi & similium.c.cum ecclesia. de causis poss.& propriè dictum est exercendi non detinendi:quia sola corporalia detinentur.l.3.§. ex cōtrario. ff.de acq.poss.Diximus in hac definitione, Vero,vel prætenso ex eo,ꝙ ad acquirendam quasi possessionem iuris incorporalis non est necessarium ipsum in prius constitutum fuisse ſm Innocētium. in c.1.de caus.poss.& proprie ta.Bart.in l.3.§.vnde vi.ff.de vi & vi armat.Dec.in cons. 136.Contra decisionem Rotæ 111.in antiquis. Dictū deinde est, Efficius procedens ex sufficienti vsu:ad differentiam iurium ipsorum ex quibus competit facultas exercendi suos proprios actus.Vnicus autem actus sufficiens est ad constituendam quasi possessionem iuris incorporalis ſm communem quam tradit Ripa.in capi. cùm ecclesia.de caus.poss.& proprie.nu.n.52.& sequentib.text. opti.in c.consultationibus.glo.Panorm.& alij in c. si verò.de iure patrona.Cal.l.consi.112.eod.tit. Abbas in cōsi. 54.part.1.idem Abb.in c.cùm olim. 3. notabili, de caus. poss.& propriet.Dec.consi.129.& consi.149. colum.2. Ioan. Milis,in verbo patronus ex vnica præsentatio.Soc. consi.258.col.1.libr.1.Alexan.consi.74.col.3.lib.4 & ibi Engolismensis.Abb.in c.1.de religio.domibus.ver. & hęc faciunt.quorum ea est resolutio,ꝙ ex vnica præsentatione acquirat quis quasi possessionem iuris patronatus ec clesiastici,quo ad præsentationem.Et est communis opinio,sicuti fatetur Lambertinus de iure patronat.2. lib.1. parte.3.q.princip.artic.11.modò ex ea præsentatione secuta fuerit episcopi institutio, & institutus beneficij possessionem habuerit:quod explicant Decius in dictis responsis:Rochus Curtius de iure patronat.in verò.competens.q.13.Iatè Ripa in d.c.cùm ecclesia.num.91.

His equidem prænotatis patet,possessionē à Barto.in d.l.1.dictam corporalem esse vere naturalē, atque ita sub definitione possessionis naturalis comprehendi: si vera sunt,quę ex communi omnium traditione exposuimus.

7 Est igitur necessaria possessio ad præscriptionem:ꝛ & denique omnium consensu sufficiet ciuilis,& naturalis si mulquod negari non potest.Ciuilis verò sola erit ità sufficiens ad præscriptionem veri dñij:& id ꝓbatur ex eius definitione.ad idem.l.1.§.per seruum qui in fuga.ff.de acqui.poss.l.serui.§.vlti.ff.de furtis.& in lin accessionib.ff. de diuer.præscrip.notat Dinus,nu.29. in d.rā,sine possessione.Bar.in l.1.nu.8.ff.de acq.poss.& post alios Balb. in vlt.partę 3.partis princ.quorū opinio communis est in l.clam possidere.§.qui ad nundinas.ff.de acquir.poss.

Naturalis autem possessio sola,iuxta definitionem cōmunem,non est sufficiens ad præscribendum verum ipsius rei dominium:cum naturalis possessio non obtineat animo veri dominij.Quòd si ea veri dñij animo habeat, contingere non potest vsucapio interim dum absens habet ciuilem.Etenim incipit præscriptio ab eo die,quo absens ciuilem amisit:sicuti adnotarunt gl.& oēs in d.§.qui ad nundinas.gl.fing.in l.1.versū.præscriptionem.C.de seruitis fugit.vbi Ias.& Doct.Panor.col.2.& Fel.nu.6.& 7. in c.vigilanti.de præscrip.idem Abb.consi.62.lib.2. col.8. Alex.in l.1.§.perseruum qui in fuga.ff.de acq.poss.col.2. Dinus optimè in dicta reg.sine possessione.col.vlt.Sufficiet tm̄ hæc sola naturalis possessio ad præscriptionē alicuius iuris à verò dominio separati,nēpe ad ius Emphyteusis,vel feudi:vt tradunt Alex.in l.3.§. ex contrario.ff. de acquirenda poss.num.6.Felinus in capit. cautam. de præscript.Et Franciscus Balb.in d.l.vltima.parte 3.partis princip.notatur in l.competit.C.de præscript.30.vel 40. anno.At in usufructuario dictum superius est ex frequētiori Docto.sententia,ipsum nō præscribere ius vsufructus per naturalem possessionem:sed per ciuilem quasi possessionem illius iuris vsufructus.Ego verò, si admittenda est illorum opinio, qui probare conantur,usufructuarium rem possidere naturaliter noīe domini habentis proprietatem,& nomine proprio tantùm habere rei detentationem,quantum attinet ad uerum & directum rei dominiū,profectò non uideo qua ratione possit vsufructuarius distingui in his possessionibus ab emphyteuta,Feudatario,& similibus, qui ius habent segregatum à uero dominio, præsertim ꝙ iuxta opinionem Rogerij, etiam emphyteuta & similes habent quandam possessionem ciuilē respectu illius iuris à dominio uero distincti: deinde quæritur quonam pacto emphyteuta habens naturalem nomine domini, possit præscribere nomine ꝓprio i illud emphyteusis à uero dominio satis distincti? Etenim licet Alex.in d.§.ex contrario,& alij,quoru modò meminimus,uelint emphyteutam præscribere ius illud emphyteusis ex naturali rei possessione: id uerū esse non potest,cùm illa possessio obtineatur nomine domini ueri,& respiciat uerum dominium,non ius emphyteusis,nec similia iura separata à dominio directo,ueroque.

Quamobrem in usufructuario, emphyteuta, & feudatario facilioris doctrinæ cā, forsan magis congruit constituere quandam quasi possessionem,naturalē quidem, & ciuilē respectu illius iuris omnino à uero dominio distincti», ꝙ quidem quasi possessio est sufficiens ad præscriptionem

præscriptionem necessaria possessio est,sufficitq; qūque ciuilis sola.Naturalis autem sola,ac per se subsistens,ciuili per alterum obtenta,non sufficit ad præscribēdū dñiū verum ipsius rei.l.adquiritur.ff.de acquir.rer.do.§.vlti.l. Celsus.§ Iulianus.ff.ad exhiben.l.j.§.penu.ff.de acq.poss. tenent Dinus in d.rā,fine possessione,nu.30.Doct.præsertim Alex.in d.§.ex contrario,nu Et probatur satis vrgēter ex eo,ꝙ ciuilis possessio sola, naturali per alterum obtenta,est sufficiens ad prescriptionem dñij veri, vt superius traditum est:ergo naturalis hunc effectum habere non poterit,nec sequatur absurdum, ꝙ duo in solidū possint eandem rem quo ad dñium idem vsucapere.l.si vt certo.§.duob.ff.commodati.l.quod cōtra.§. vni duo. ff.de reg.iur.l.hęreditate.§.pater.ff.de cast.pecul.Hæc quidem planè obtinent præmissa cōi distinctione possessionis ciuilis à naturali.Etenim si Azonis opinio probanda est,constabit euidenter,possessionē naturalem, quæ ait veri domini obtinebitur, ad præscriptionem omnino sufficere.Quasi possessio iuriū incorporaliū ēt sufficiens est ad præscriptionem ipsorum iurium.l.1.& 2.C.de seruit.& aq.l.vlt.C.de p præscrip.longi tpis.l.si quis diuturno. ff.si seruit vēd.l.1.§.deniq;& l.2.ff.de aqu.plu.arcend.in princ.à quib.iuribus hoc deduxere Dinus in di.regula sine possessione,in princip.quem ibi Doctores passim sequuntur:& vbicunque materiam istam tractauerunt.

8 Sed ꝛ præter hæc in præscribendis iuribus incorporalibus necessaria est scientia,& patientia eius contra quem præscribitur.aut illius,qui iura illa tradere pōt. Cū horū iurium incorporaliū quasi possessio non aliter acquiratur,nec retineatur,q̄ per patientiam eius contra quē acquiratur,vel retinetur.l.quoties.in j.§.vlt.& l.quoties.in 2.ff.de seruit.hoc ipsum expressim constat in l.2.C.de seruitu.& aqua.quæ apertissimè requirit sciam eius contra quem seruitus præscribitur.optimus tex.in l. si à te emero.ff.si seruit.vend.his accedit,ꝙ seruitutes non aliter cōstituuntur q̄ per traditionem,vel patientiam.l si ego.§. 1.ff.de publicitana.l.j.ff.de seruit rustic.pdio. vnde sequit sciam necessariam esse,cùm absque ea nec contingat traditio,nec patientia.l.qui patitur.ff.mandati.nec.n.pati,ꝙ prior dicatis,qui oīno ignorat.l.1.§.Iciam. ff. de tributoria: atque ita hanc opinionem,ꝙ sit necessaria scia & patientia illius aduersus quem præscribitur,vt præscriptio procedat in iuribus incorporalibus,tenuerunt Innoc.in c.2. de in int.resti.idem in c.b. nae.in 2.de post.prælat.Bart.in lege.1 §.denique.ff.de aqua pluuia arcen.& Bart. & Docto.in d.l.2.idem Bar.in l.j.§ j.ff.de itinere actuq; priuat. Abb.in c de 4.ad finem.& ibi Fel.nu.41.de præscrip.Alex. consi.16.lib.5.nu.13.Panor.& ibi late Ripa in d.c.cū ecclesia.de cauf.poss.nu.64.Ant.in c.peruenit.col.5.de cen sib.Io.Lupi.in c.p veltras.2.notab.§.sed est pulchra.nu. 33.de dona.int.vi.& vx.quorum sētia cōs est dubio procul. Nam & ipse Panor.in d.c.de quarta,eam fatetur cōmunem esse:& eandem sequuntur omnes hi, quos ad hu ius opinionis intellectus & limitationes ſtatim citabo.

Cæterum Longoualliis in repetitione Limperū.ff.de iur.omn.iud.4.part.art.2.licet fateatur,neminem hactenus hunc sētiæ contradixisse, eam sētiam fore censet pluribus rationibus:sed præsertim authoritate text.in l.vlti. C.de præscriptio.longi tpis,vbi Imperator primum statuens in Vsucapione rerum corporalium sciam non requiri,subijcit,idem iuris esse in vsufructu,& cæteris seruitutib.igitur in eo responso probatur, sciam eius cōtra quem præscribitur non esse necessariam in præscriptione iurium incorporalium. Sit eon illud negari non pōt, quasi possessionem iurium incorporalium acquiri per vsum absque scia eius, cui usus ille vel prodicat, vel copetit.Item est text.opinius in l.1.§.1.ff.de itinere actuque priuato.quo probatur,vsum seruitutis sufficere, vt quis experiri possit inter dicta illo de itinere, actuque priuato:& vt Bart.ibi censet,non est quo ad istum effectū necessaria scientia illius, cui usus ille præiudicat. Et tā.l.vlti. eodem tit.vult ita demum interdictum illud competere, si quis ius seruitutis possideat:consequitur ergo etiam iurium incorporalium quasi possessionem acquiri absque scientia illius,in cuius præiudicium quasi possidetur. Deinde ad improbationem communis sētiæ contendit Lon gouallius,quasi possessionem iurium incorporalium acquiri absque scientia illius qui tradere poterat:resp̄ndeq; ad omnia loca,quæ videntur patientiam exigere ad constituendam quasi possessionem iurium incorporalium, ꝙ is demum patiatur,qui non impedit quem admodum is consentit,qui non dissentit,etiam si ignorans sit.l. 2.§. voluntatem.ff.solut.matri. Quæ quidem solutio falsa est per ea,quæ inibi Iurisconsultus scribit dicens furiosum, & amentem eo consentire,ꝙ non dissentiat:& hic cōsensus est à lege præsumptus:at eum,qui sapiat nō aliter cōsentire,q̄ si vel expressim consentiat, vel tacitè:cū sciens non contradixerit.Sed & responsio Lōgouallij ad l.2. C. de seruitutib.& aqua.etsi fuerit Hugulini Doctoris antiqui,falsa tamen est,maximāq; infert violentiam Imperatoris responso,dum supplēdam esse dictionē,maximè, falsò tradit.itaque nouissimè Io.Corasi.in l.quoties. in 2. ff.de seruitut.num.1.sententiam communem à Longouallij impugnationib.defendere conatur, eam secutus.

Ego verò,etsi bē,eandem disputationem resoluere curabo,vt hæc q.ad Theoricam, & praxim expeditior sit. Primùm etenim communem opinionem veram esse opinor,& probari oīno in d.l.2.C.de seruit.& aqua. Deinde censeo in his iuribus incorporalibus patiētiam illius,qui tradere & constituere ea potest, pro traditione seruitutis tractatur,patientia illius qui tradere tenet, sufficit,cāque ipse præstare debet.l.quoties.in 1.§.vlt.l. quoties. in 2.ff.de serui.sic seruitutes constituuntur per traditionē vel patientiam.l.j.ff.de seruitu.rusti.prædio.ad finem.l.si ego.§.1.ff.de Publici.l.3.§. dare.ff.de vsufru.non ꝙ traditio differat in hac specie à patientia,nec patientia à traditione,quoties de constituenda seruitute agitur:sed ꝙ traditio exponatur per ipsam patientiam,ita quidem,vt dū Iurisconsultus dixit in d.l.1. per traditionem vel patientiam:ſm Accursium inibi exponamus.i.patientiam. Etenim hæc interpretatio frequētissima est, quoties dictio, vel,ponitur inter duo,quæ idem significant, iuxta l.primam,& ibi Accurs.ff.de pac.traditur in c.2.de rescriptis. & in l.vtrum.ff.de rebus dubiis l.2.ibi quadrupedem vel pecudem.& ibi Accurs.ff.ad le.Aquil.Bar.in l.vbi pactū. in princ.C.de transact.Aut patientia referēda erit ad dominum verum fundi seruientis: traditio autem ad eum, qui in alieno fundo,quem tā possidet, seruitutem alicui constituit.vt docet gl.in d.l.si ego.in princ.igitur si de cōstituenda seruitute, vel ea tradenda ex consensu constituentis agatur:tunc necessaria est scientia, & patientia illius ad hanc expressam constitutionem,vel traditionem. At si tractemus de acquirenda seruitute per vsucapionē, & præscriptionē:tunc quasi possessio illius necessaria est, & hæc acquirit,ac retinet per vsum seruitutis absq; scia illius,contra quem præscribatur: modo is nō impedierit eiusdem seruitutis esum.l.& si forte.§.j.ff. si serui. vend. l.quoties. in 2. siquidē, quasi possessio iuris incorporalis nihil aliud est,q̄ vsus seruitutis. Vnde mihi potius placet quasi possessionem iurium incorporalium acquiri per vsum sufficiētē absq; scia illius,cui præiudicium fiat. Nā huius sententiæ vel Bart.author est in dicta lege 1.§. 1.ff. de itinere,actuque priuat.dum asserit ad interdictum illud non esse necessarium vsum seruitutis sciēte domino prædij,& tamen necessaria est quasi possessio seruitutis. lege vsum 1,ff.eodem titu.vel ipse loquitur contra eum.

in d.l.viti.quod magis consonum est, quia Bart. exp resſim fatetur nu.10.quasi possessionem in his iurib.nõ acquiri per vlamenti sciente,& patiente illo,in cuius præiudicium vertitur,tametsi Ripa in d.c.cum ecclesia.nu.64.sequatur Bart.&iam,quæ dicta ad interdictũ de itinere,actuq; priuato sufficere solũ vsum,nec requiri possessionem.Sed & Paulus Castr.dum in d.l.2. asseuerat seruitutẽ posse acquiri prescriptione longi t̃pis decem vel viginti annorum cum titulo,etiã absque scia illius,cõtra quem præscribitur,adhuc fatetur,quasi possessionẽ seruitutis acquiri posse per vsum absq; scia illius, cui præiudicium fit,cum alioqui absque possessione præscriptio, non procedat.Ifine possessione.ff.de vsucap.Ergo quasi possessio seruitutis,acquirit& aliorum iurium incorporaliũ absq; scia,& patiẽtia illius,cuius præiudicũ ex vsu tractatur.Nec.n.alicubi probat,ad acquisitionẽ quasi possessionis iurium incorporaliũ requiri vel patiẽtiã,& sniam, vel habem titulum:cum & sæpissimè absq; titulo, & patiẽtia ꝓcedat horũ iurium ꝓscriptio, quæ absq; quasi possessione procedere nequit vllo casu.Ista iõ ex ꝓmissis apparet,quasi possessionem iurium incorporaliũ procedere ab vsu illorũ,& sufficienti exercitio,et absque scia, & patientia illius,in cuius præiudicium possidetur.

Verũm præter hæc opinor,ẽt nõ sufficere ad præscriptionem iuriumincorporalium eorum quasi possessionem,niti adsit scia & patientia illius contra quem ꝓscribitur.tex.in d.l.2.quæ peculiari quadam rõne hãc solam exigit, eo q̃ iura incorporalia proprie non possideant, & seruitutes plerunq; & frequentius absq; titulo ꝓscribentur aduersus eõm vsucapionis,& præscriptionis naturam.Quo fit,vt t̃p sine adsit præscriptioni seruitutis titulus,vel nonsine sit t̃ps ordinarium, sine immemoriale,necessaria sit quasi possessio,quæ separatim ab alijs, q̃ ad præscriptionem requirunt,constituenda est,& perfecta quidemalioqui nec vllo momento sufficiens est, & præscriptio cessat,aut interrumpitur, vel minimè initũ assumit:nec defectum possessionis vel quasi supplet ipse titulus,nec immemoriale t̃ps in his,quæ possunt possideri,aut quasi possideri absque titulo:veluti res t̃pales.Atque ita cõis opinio ad interpretationem d.l.2.C. de seruit.& aqua. in praxi recipienda est, & vbique seruanda, sequentibus tamen intellecta limitationibus.

Primo sñia communis non procedit vbi agitur de ꝓscribenda libertate aduersus olim constitutam seruitutem.etenim tunc sufficit quasi possessio,nec est necessaria scia,nec patientia illius contra quem præscribit,tex. elegans in l.si partem.§.si per iocum.ff.quemadmo.servit.amit.quem ita cõs iuris vtriusq; Doctores interpretantur in fauorem libertatis,quæ vbicunq; rei adest præsumptione quadam iuris: & præterea quia res ad priorẽ statum,& communem redit.Ex quo forsan erit intelligẽ dus.tex.in c.si de terra.de priuilegijs,quo ritum est, priuilegium validum quidem de non soluendis decimis tolli præscriptione triginta annorum.quib.habentes priuilegium decimas exoluerunt.procedit.n.ea rõne etiã si solutio facta ab ignorãtib.fe priuilegium habere: cum hic non sit necessaria scia illorum contra quos præscribitur ea quidem præscriptione, quæ rem constituit, & reducit in pristinum statum,quem habebat iure communi:atque ita etiam si gñalis quadam ratione vtantur Panor. & Anchia.inibi illum tex.intellexere,& Felin. in c.vigilanti. de præscriptio.contra Holt.& Cardin.in d.c.si de terra. existimantes ad decisionem illius capitis esse necessariũ, quòd solutio fiat ab his qui sciunt se priuilegium habere,eos eximens à solutione decimarum.

1 Maioribus ætate aduersus pscriptionē dat in integrū restitutio ex causa iustæ, & probabilis ignorantiæ. Hæc conclusio probatur in l.1.§.vlt.ff. ex quib. caus. maior. rex. itē in l. 3. §. si quis autem. ff. de itinere actuque priua. vbi Bar. hanc conclusionē tenet. idem gl. in l. si partē §. 1. in verb. non vtendo. ff. quemadmodū seruitu. amit. Abbas & Fel. in c. vigilanti. de præscriptionibus. Ias. in. §. rursus. instit. de actionib. nu. 59. quorum opinio cōis est secundum Ias. in l. 2. nu. 185. C. de iure Emphyteuti. Decius in cons. 29. Balb. de præscrip. 4. par. 4. part. prin. q. 29. & Soc. Iunior. in cons. 70. nu. 21. li. 1. Horum omnū ea est vnanimis sñia, vt cōclusio suprascripta obtineat quoad præscriptionem decem, vel 20. annor. At in in præscriptione quadraginta annorum plerique dubitarunt an restitutio sit concedenda contra istam pscriptionem ex capite probabilis ignorantiæ. Etenim qui, 2 busdam visum est etiam aduersus quadragenariam pscriptionem concedendam fore in integrum restitutionem, ob eadem causas, nempe ob ignorantiam iustam & probabilem. Sic fane censent iure respondendum esse, Imo. in c. vlt. fol. penul. de præscrip. Alex. cons. 71. nu. 3. & cons. 84. nu. 3. li. 1. Soc. in l. cum filiusfamilias. §. in hac. col. vlt. ff. de verb. oblig. quam opinionem fatentur eam secuti communem esse Fel. in d. c. vigilanti. 1. colu. Balb. in d. q. 19. Nico. Boeri. in q. 39. nu. 6. & Alex. in cō sil. 169. lib. 2. nu. 15. quibus obstat tex. in Lomnes. C. de præscrip. triginta, vel quadrag. ann. & in Lvlt. C. de fund. patrim. li. 11. vbi expressim probatur, præscriptionem quadragenariam plenissimam inducere securitatē, Et tñ quoties plenissima inducitur securitas, locus non est restitutioni in integrum. gl. in l. ait prætor. §. permittit, in verb. imputandū. ff. de minorib. Huic rationi accedit gl. in Clem. 1. in verbo, lapsum. de in integrum restitu. quæ alleuerat, non esse danda in integrum restitutionem aduersus tempora quadraginta annorū. vnde Bar. opinato in quadragenaria pscriptione minime erit admittenda, imo in integrum restitutio negāda est maioribus, qui iustam habuerunt ignorantiam, quemadmodum tenuerunt Alex. in cons. 151. li. 2. col. vlt. idē Alexand. in l. 5. §. Labeo. ff. de acquirend. possessio. in fine. & Aret. cons. 103. li. 2. col. idem in l. qui vniuersos. §. vlt. ff. de acquir. possessio. Dec. in d. cons. 29. dicunt cōtra. 154. & in l. 2. C. qui admit. Cursus Senior cons. 82. col. 3. Barba. cons. 41. nu. 18. in volum. de Lugduncnsis. in d. Alex cons. 151. col. vlt. eandem opinionem sequūtur, dicentes cōem esse Soc. cons. 2. col. pen. lib. 3. Antonius Rube. cons. 56. Soc. Iunior cons. 54. li. 1. & cons. 76. nu. 102. li. eod. & cons. 135. nu. 76. eiusdem vol. Vnde manifestē constat rem hanc dubiam esse admodum, tā quo ad conclusionis veritatem, quàm quo ad authorū Catalogum. ex quo possit deduci, quę sit in hac controuersia magis cōis opinio. Nihilominus ego censeo posteriorē sñā iure veriorē cē, in praxi potiorē, inspectis, his, q̄ de iustitia pscriptionū paulo ante tradita fuere.

Cæterum quo ad pscriptionem centenariā, & eam, q̄ immemorialis sit, quidquid de quadragenaria fuerit cō trouersum, expeditissimū est, non admitti in integrum restitutionem aduersus has pscriptiones, sicuti adnotarunt Barb. in d. cons. 41. lib. 1. nu. 18. Ias. cons. 209. lib. 2. Soc. Iunior in d. cons. 76. nu. 102. & sequētib. Paul. Parisius cons. 23. nu. 221. li. 1. penes quos res ista vī nullam habere dubitationē. Adhuc tñ non desunt, qui quantum ad centenariā pscriptionē, ꝫrium probauerint, alleuerātes, aduersus eam restitutionē in integrum concedendā esse. Etenim de immemoriali pscriptione non pōt iuste controuerti, ob difficillimā probabilis & iustæ ignorantiæ probationem. Sed indistinctē aduersus quamlibet pscriptionē, etiā centenariam restitutionem concedendam esse maioribus ex capite mstæ ignorantiæ, probare conatur Aymon Sauli. in tracta. de antiquit. tempo. 4. par. c. materia ista. nu. 44. quo in loco. num. 56. defendit opinionem illam, quam paulo ante retulimus, quaque assertum à quibusdā est, & aduersus quadragenariam pscriptionem dari restitutionē in integrum maioribus ætate ex causa iustæ ignorantiæ, atque vtitur ratione quadam, quam ipse censet fortissimam esse.

Scribit fane Bal. in l. fallam. C. si ex falsis instrumētis. tę quadriennium datum a lege ad petendam restitutionem in integrum, vtile est ab initio, nec currit ignorāti, licet perita non fuerit restitutio centū annis, Idē adnotarunt Alex. cons. 89. li. 2. nu. 10. & cons. 150. lib. 7. col. 2. Ialo. in auth. quas actiones. C. de sacrosanctis eccles. tis. col. Dec. in cons. 36. col. vtl. Car. in cle. 1. de in integrū restit. 25. q. Paul. de Cast. in Lvlt. C. de dolo. opti. tex. in l. vlt. C. de tempo. in integr. restitu. Pet. Boeri. in d. decis. 39. nu. 4. Ias. & alij, quorum meminit hāc opinionem secutus Aymon in d. c. materia ista. nu. 45. ex quib. & alijs quorum latissime mentionem fecit Tiraq. li. 1. de retra. §. 35. gl. 4. nu. 43. apparet Baldi istam communem esse, eamq; probauerunt Pan. in c. 1. de præscrip. colu. vlt. & inibi Fel. hac denique opinione præmissa vrget Aymō aduersus posteriorem sñiam dicens, non posse vllo pacto probari, q̄ pscriptio quadragenaria excludat restitutionis in integrum auxilium. Nam illud compertū est, aduersus triginta annorum præscriptionē hanc restitutionem concedi, vt fatentur hi qui de quadragenaria pscriptione hoc ipsum negarunt. Ergo & ea concedi debet ꝫpscriptionem quadraginta annorum, cum rōne quadriennij dati ad petendam restitutionē in integrū, ius petendi eam, ill̄ęsum, & saluum sit post triginta annos ad alios triginta, ac quadraginta, ex ignorantia lęsionis, iuxta Baldi sñam. Fit igitur, si verum est quod Bal. adnotauit, hanc argumentationē fortissimam esse, ad probandum priorem sñiam, q̄ alleuerāter probauit, aduersus præscriptionem quadraginta annorū, restitutionem in integrum concedendam esse. possetque Aymon amissa Baldi opinione non solū à pscriptione triginta annorum argumentari, sed ēt à præscriptione decē, vel viginti annorū, q̄ satis manifestū est. Ad hanc tamen quæstionis examen, quia ea difficillimā habet resolutionem, aliquot distincte, ac separatim exponam.

Primum illud est considerandū, restitutionē istam, q̄ maioribus ex capite ignorantiæ probabilis, & iustæ, secundum

secundùm Bartol. opinionem concedenda est, tunc locum habere, cùm ante perfectam præscriptionem dominus rei nullam habuit scientiam huius pręscriptionis, & læsionis quæ ex ea ei imminebat, ita quidem q̄ non potuit præscriptionem ipsam impedire. alioqui si habuit huius præscriptionis, & læsionis sibi imminentis scientiam eo tempore, quo iure ordinario agere potuit, & pscriptionem interrumpere, opinor non esse locum restitutioni in integrum, idque probatur, quia ea causa, cui hanc restitutionem maioribus ætate iura concesserunt, cessat quidem cùm isthęc restitutio petatur ex clausula generali si qua mihi iusta cā videtur: & tamen satis constat, deficere iustam causam ex eo, q̄ dominus rei per alium possessē sciētiam habuit pręscriptionis eo tempore, quo iure ordinario potuisset rem illam vendicare, aut præscriptionem interrumpere. tex. ad hoc insignis in Lab hostibus. §. sed quod simpliciter. & inl. seq. ff. ex quib. caus. maio. etenim quidqd gl. & Doct. inibi scripserint de contentione Martini & aliorum: atq; item Ias. in §. rursus. num. 57. de actionib. illud obtinebit quo ad absentes Reipublicæ causa, aliave simili. nam quo ad ignorantes, mihi non oīnò placet, non esse locum restitutioni, ex ea causa, si ignorantia cessauerit eo tempore, quo commodè dñs agere potuisset, ac præscriptionem interrumpere. atq; ita opinor sensisse oēs, qui aduersus præscriptionē ex capite iustæ ignorantię restitutionem admittant. vnde tempus quadriennij à tempore scientiæ computādū erit.

Secundò aduertendum erit, in ecclesia, & in minoribus aliud fore obseruandum. nam his conceditur restitutio ex cā minoris ætatis, & ordinaria, idcirco licet his scientibus præscriptio pfecta sit, & sciam habuerint præscriptionis, ante eius perfectionē, nihilominus restitutio eis iure eqssimo concedenda erit. etiam si potuissent agere, & præscriptionem interrumpere. quia hęc restitutio tñ lęsionē ob facilitatem ętatis, & non ita diligentem rerum administrationem respicit. nō aliā iustæ & probabilis ignorantiæ causam, quòd planè deducit ex his, quæ statim adducentur.

4 Tertiò est obseruandum ecclesiæ & minoribus ætate dari auxilium istud restitutionis in integrum aduersus pręscriptionem etiam quadragenariam. gl. Bar. & Doct. in authent. quas actiones. C. de sacrosan. eccl. in verbo, excludūtur. Card. Imo. & Abb. in clem. 1. de in integ. restit. contra gl. ibi. rursus idem Abb. in ca. 1. de præscrip. & est communis opinio ẽm Abb. in c. auditis. de præscrip. & Deci. cons. 29. col. 2. quę probant in penultimo. titu. vltim. par. 6. & l. 7. titu. 29. part. 3. tametsi contrarium respondeat gl. in dicto cap. auditis. Quadriennium autem ad petendum hanc restitutionem in integrum à tempore finitæ pręscriptionis, currit iuxta communem horum authorum sciatum.

Quartò adnotandum erit, omnes authores, quorū mentionem fecimus ad probandum, q̄ aduersus præscriptionem quadragenariam nulla concedi debeat in integrum, restitutio maioribus ætate ob ignorātiam probabilem, & iustam, eam item sequi opinionē, quæ dicit, aduersus triginta annorum præscriptionem restitutionem in integrū dari maioribus ætate ex causa iustæ, ac probabilis ignorātiæ sicuti constat ex Bart. in d. l. 1. §. si quis autem. ff. de itinere actuq; priuato. Deci. in dict. cons. 29. Andre. Tiraqu. in d. §. 35. gl. 4. num. 37. licet non desint, qui idem probare, conati fuerint de præscriptione triginta annorum ob eandem rationem, quæ ex longissimo tempore deducitur, & quia officium iudicis triginta annorum tempore tollitur. gl. singu. in l. sicut. in verb. persecutione. C. de præscript. triginta. vel quadrag. anno. quam Doctor ibi probat, & sequūtur Barto. in l. prætor ait. §. vlt. vbi Imol. Roma. & Ias. ff. de noui oper. nuncia. Oldra. cons. 156. Afflict. in decisio. Neapol. 245. ad finem. Deci. cons. 267. colum. 3. Huic verò rationi obuiatur, si consideremus, hanc temporis exceptionem, quæ officio iudicis opponenda est, tunc demum procedere, cùm officium iudicis iam orium fuerit, & sic à tempore finitę præscriptionis, sicuti ratione manifestæ apparet, liquidem pręscriptio aduersus officium iudicis, quod datur ad petendam in integrum restitutionem, non potest prius incipere, quàm ipsum officium iudicis potuerit in iudicium deduci, & sic à tempore lęsionis, & perfectæ finitæq; principalis pręscriptionis, cuius causa restitutio in integrum petenda est. Quamobrem etiam si verum sit, officium iudicis competens ad petendam in integrum restitutionem excludi triginta annorum tempore: tamen hi triginta anni computandi forent ab ipso die, quo lęsio contigerit, & sic à die perfectæ & finitæ præscriptionis: igitur non omninò conuincit hęc ratio pro ea opinione, quæ dicat aduersus pręscriptionem triginta annorum non esse, admittendam in integrum restitutionem. Etiam si Socin. in dict. l. cum filius. §. in hac. columna vltima, scripserit ali quibus eam placuisse.

Quintò, quicquid sit de sententia Bal. in d. l. fallam. quę communi omnium consensu probatur, id verum est, q̄ ea est intelligenda intra annos triginta. Nam annis triginta tollitur officium hoc, quod competit ad petendam in integrum restitutionem, licet is, quid id habet, fuerit ignoràs. Etenim scienti quadriennio excluditur: atq; ita est intelligēda Baldi opinio, alioqui in praxi profectò nusquam ei locus erit. Sic fanè Andreas Tiraquellus in d. §. 35. gl. 4. num. 43. postquam Bald & sequaces retulit, scribit, vix eam decisionem recipi in praxine tandiu maneat rerum incerti tudo nullaque sit securitas bonæ fidei possessoribus.

Sextò constat, si vera sunt, quę præmisimus, satis vrgere argumentationem Aymonis pro ea sententia, quę habet, aduersus quadragenariam præscriptionem etiam maioribus ętate dari restitutionē in integrū ex causa iustę ignorantię. Nam si aduersus tricēnalem pręscriptionem locus est restitutioni, & Bald. opinio in dict. l. fallam. admittenda est, dubio procul manifestè deducitur, etiam aduersus quadragenariam pręscriptionem dandam esse restitutionem ex capite iustę ignorantię: cum nondum post tricennalem pręscriptionem verè lapsum sit quadriennium propter babilem, & iustam ignorantiam.

Septimò mihi potius placet ea sententia, qua obtēnum est, aduersus quadragenariam præscriptionem non dari in integrum restitutionem maioribus ętate causa iustę ignorantię, atque in hoc sequor Alexand. & alios, quos paulò ante nuncupatim authores huius opinionis citaui. Nec obest ratio Aymonis, si consideremus ea quę statim exponam. Etenim & Tiraquel. in d. glo. 4. numer. 37. pluribus rę latis hanc sententiam probare videtur, licet Regia lex penult. titu. vlt. part. 6. contrarium probet: sed tamen ea constitutio de minoribus tractat.

Octauò idem respondendum esse arbitror de pręscriptione triginta annorum. Nam aduersus eam non erit in integrum restitutio cōcedenda maioribus ętate etiam ex causa iustę ignorantię: non. n. video congruam rationem discriminis inter hanc & quadragenariam pręscriptionē, quidquid alij dixerint, probaturq; optimè hęc opinio. l. vltim. C. de long. temp. præscript. decem vel viginti. annor. quamuis & illa constitutio non solùm de tricēnali pręscriptione tractet, sed & de ordinaria, decē vel viginti annor. Adhuc tamen ob Doctorum authoritatem inconcussam dimittamus eorum opinionem quo ad pręscriptionem decem, vel viginti annorum: & quo ad tricennalem adducat tex. in l. sicut. C. de pręscrip. triginti. vel quadragint. annor. qui satis vrget pro hac opinione, ex qua alleuerāter defendimus negādam esse maioribus ętate restitutionem ex cā iustę ignorantię aduersus tricennalem pręscriptionem.

Nonò fortiori rōne restitutio ista negāda erit aduersus centenariam pręscriptionem, quę nullo pacto etiam ex cā iustę ignorantię rescinderetur beneficio restitutionis in integrum, maioribus ętate ex clausula generali competenti.

Decimò, & vltimò potissimum est animaduertendum,

quòd etiam si aduersus præscriptionem maioribus sit concedenda restitutio ex causa iustæ ignorantiæ, tamen quadriennium in hac specie à die finitæ præscriptionis computandum est. hoc ex eo verum esse constat, q̃ maxima sit quæstio thoritas præscriptionis, quæ & aduersus ignorantes procedit, vt superius adnotatum est, ideoq; satis erit, quadriennium hoc à die finitæ præscriptionis computari, vt tandē post finitam præscriptionem iustæ ignorātiæ causa detur intra quatuor annos restitutio, alioqui profectò plurimū detrahitur authoritati præscriptionis. nec in hoc casu admittenda erit sententia Bal. in d. l. fal fam. imò à die finitæ præscriptionis etiam ignoranti quadriēnij currit, ex quo tollitur Aymonis argumentatio. Ignorantia verò in hoc tractatu plenissimè erit probanda, nec sufficiet iuramentum ignorantis, cùm sit aduersus eum maxima iuris q̃stum ptio ex longi temporis præscriptione, quemadmodū ipse Aymon adducit in d. tract. de antiq. temp. 4. part. c. materia ista. nu. 62. ex his, quæ notantur in c. præpositi. de p̃batio. & per Bart. in Linter omnes. §. rectè. ff. de furt.

[Cæterum hoc in tractatu solet quæstio quædam examinari, quæ dubio p̃cul difficilis est, tametsi apud Regia tribunalia frequentissima, p. p. frequentē primogeniorum institutionē. in ea etenim controuertit, an sit admittenda præscriptio tēporis, aut vsucapio in reb. à testatore expressē vel tacitè alienari prohibitis agnationis, familiæ vel auo re, institutoq; ex eisdem reb. solenni primogenio, aut maioratu. Et ne videar quæstionē adeò vtilem silentio p̃termisisse, paucis eam assertionib. absoluam, receptā ab alijs, vbiq; sinam secutus, vbi video eam iure defendi posse.

Prima conclusio. Res subiecta restitutioni iure fideicō missi, aut primogenij, atq; ideo alienari prohibita, etiam si hæc prohibitio à testatore, vel maioratus institutore expressim scripta non fuerit, ordinaria longi t pis, decē aut vigintі annorum præscriptione adquiri non pōt. Quod apertissimè probatur in l. vlt. §. finautem auaritiæ. C. cōmunia de lega. cuius authoritate hanc opinionem omnes fere iuris vtriusq; interpretes quæstionem istam tractantes verā esse opinantur, præsertim Paulus col. 1. & 3. Ias. in d. l. vlt. §. sed quia. Ang. Imo. Ias. prima lect. num. 114. Crotus num. 140. Ripa num. 113 & Loazes num. 506. in l. filiusfamilias. §. Diui. ff. de lega. 1 Socin. consi. 47. nu. 16. libr. 3. Corneus consi. 38. num. 10. lib. 1. & consi. 117. eod. lib. & consi. 294. libr. 3. colum. penul. & alibi sæpe ac Rodericus Xuares allegat. 3. & Gregorius Lopez in l. 10. titulo 26. part. 4. quorū opinio communis est.

Huic opinioni primùm suffragatur, q̃ præscriptio ordinaria præter bonam fidem, etiam titulum exigat, & tamē in re prohibita iure fideicommissi alienari titulus dari nō pōt, quia licet facta fuerit alienatio, ille titulus nullus est, & à lege irritus confetur, vt nec tituli conditionem habeat. d. §. Diui. & in d. l. vlt. §. sed quia nostra. Deinde qui alienat rem alienari prohibitam, malam fidem habet, scit etenim, rē illā alienari non posse. Mala verò fides venditoris impedit emptorem præscriptione vti lōgi t pis, & ordinaria. authen. malæ fidei. C. de præscript. long temp. igitur constat præscriptionem ordinariā nō esse hāc in parte admittēdā.

Ex quo illud obseruandum est, hanc primam conclusionem in eo procedere, qui titulum, & causam habet à prohibito alienari, nam & is habeit malam fidem, non tamen in eo, qui aliūde rem confecutus est, & eam propriam esse existimat. Is etenim poterit rem illam præscriptione ordinaria decem, vel viginti annorum adquirere. quod expressim voluere Bald. in l. 2. in princ. C. de vsucap. pro emptore Paul. in dict. §. sed quia nostra. column. 3. & Ias. ibi. Balb. de præscript. 5. part. princ. quæstī. 5. Crottus in d. §. Diui nu. 143. atque ibi Ripa num. 115. Paulus Parisius consi. 31. num. 44. libr. 4. quam opinionem communem esse eam secutus fatetur Loazes in dict. §. Diui. optimus rex. in l. 3. C. quod metus cau. 2. & in l. planè. ff. de minoribus. his itidem obseruatis quæ ipse scripsi lib. 1. resolu. cap. 6. nu. 7. in hoc etenim casu cessant rationes, quibus hæc prima conclusio innititur. præsertim ratio quæ ex authent. malæ fidei. colligitur, vt illic notat Paulus Cattrensis, & alij cōmuniter ob seruant circa illius constitutionis interpretationem. Nam & antè Iustinianum fortasis non sic facilè hæc conclusio prima iure defendi posset, cùm eidem plurimum refragetur Iurisconsultus in l. Sticho. ff. de vsufru. lega. qua de re diligenter tractat Arius Pinellus Lusitanus in auth. nisi tricē nales. C. de bonis mater. num. 26. Etenim res tacitè prohibita iure fideicommissi alienari decem vel viginti annorū spacio vsucapitur titulo legati relicti ab eo, qui eadem in re vsumfructum tantùm habuit ex eodem testamēto, quo post vsufructuarij vitam res illa iure fideicommissi alteri relinquitur, vt præsumendum non sit, vsufructuarium legantem ignorasse testatoris tantùm prohibitionē, nec de inde legis. quæ vsufructuarium prohibet alienare dominiū rei, cuius vsumfructum habuit. qua rōne verē dici non potest in d. l. Sticho. legantem bonam fidem habuisse, vel nō fuisse prohibitum alienare. quo fit vt & iure negari posset prior ratio communis opinionis, saltem iure veteri antè Iustinianum, siquidem ex eo tantùm, q̃ prohibeatur à testatore alienatio, titulus non est adeò irritus, vt pro titulo non habeatur quo ad effectum vsucapiēdi. quod & alij ante nos obseruarunt defendentes Barto. opinionem in di. §. Diui. colum. vlt. Quamuis Iustinianus quoad alienare prohibitum irritum efficiat titulum etiam ad effectum vsucapiendi. Illud tamen erit adnotandum in di. l. Sticho. nēpe, præscriptionem incepisse, ac procedere à die eueniētis cōditionis. vel ab eo tpe, quo illi aduersus quos vsucapit, agere poterant. Deinde illic de præscriptione longi temporis tractari, cùm sit illa veterum Iurisc̄onsultorum responsio, apud quos nulla fit mētio præscriptionis triginta annorū.

Secunda conclusio. Res alienari prohibita iure fideicōmissi aut primogenij, etiam si expressim p̃hibitio alienationis fuerit scripta, poterit triginta annorum vsucapione legitimè adquiri. Hæc probatur his authoritatibus, quę p̃scriptionem triginta annorum frequentissimè admittunt, & ex eo, q̃ rationes primæ assertionis planè in hac specie, & casu deficiant. Siquidem ad præscriptionem triginta annorum titulus necessarius non est, sicuti constat, & hoc in opere ipse adnotaui, nec impeditur hæc eadē præscriptio quoad eius effectum ex mala fide venditoris aut eius qui rem alienari prohibitam alienat, quod probatur in dic. authen. malæ fidei. Fit igitur, hanc opinionem veram esse cessantibus his rationibus, quibus proximè p̃bare conati fuimus, hac in re præscriptionem non fore admittēdam. Sed & quia id apud nos plurimum valet, hanc sententiam probant & sequuntur Paul. Castrens. col. 1. & 3. in d. l. vlt. §. sed quia. & illic Ias. Quia Iustinianus ibi, non oēm præscriptionem hoc in casu excludit, sed tm illam quæ ex longo tpe procedit. idem Ias. consi. 57. col. penu. lib. 1. Bald. de præscriptionib. 5. part. 5. partis princi. q. 4. nu. 4. Ioannes Crottus, Ripa & Loazes in d. §. Diui. Corneus consi. 38. li. 1. nu. 10. idem consi. 117. lib. 1. & consi. 294. lib 3. Xuares alleg. 4. & Gregorius Lopez in d. l. 10. & hæc est communis opinio, vt fatentur Corne. in d. consi. 117. & Gregorius in d. l. 10. eandem opinionem & alij sequuntur, præsertim Alexan. consi. 59. lib. 3. num. 2. Anto. Rubeus consi. 98.

Tertia conclusio. Præscriptio contra possessorem maioratus, seu primogenij perfecta ex triginta annorum tempore, licet illi præiudicet, non erit admittenda contra eius successorē, qui post eius obitū ex institutione vocatus est. & idem erit in re iure fideicommissi restitutioni subiecta, non enim nocet præscriptio illi cui restituēda res erat post illius obitum, aduersus quem legitimo tempore præscriptum fuerit. Hanc opinionem asseuerant iure veriorem esse in feudis Ilernia & Aiflict. & in cap. 1. §. quid ergo. nu. 20. de inuest. de re aliena fact. Balb. de præscripti. 4 part. 4 part.

part. princip. q. 12. in fine. in fideicommissis, ac rebus restitutioni subiectis. Ioan. Crottus nu. 146. Ripa num. 116. & Loazes nume. 512. and. §. Diui. Xuares allegat. 3. Greg. Lopez in d. l. 10. & præter hos Curtius Iunior consi. 181. nu. 5. Decius consi. 445. num. 47. Anto. Rube. consi. 84. nu. 6. Aluarotus in c. 1. §. hoc quoque. num. 6. de succes. feudi. & ibi Præpos. Paulus Parisius consi. 23. lib. 1. nu. 199. qui & alios allegat. atq; ideo n. & Rubeum semper legito, idem tenuerunt Iac. in l. vlt. ad ūnem. C. qui admitti. & Sigismundus Lofredus consil. 10. numer. 22. ex quibus opinor posse verè dici hanc opinionem communem esse cui, vt paulò diligentiùs, quæritionem istam absoluam, suffragantur, ea quę ipse hoc loco potui ab alijs adnotare.

Primùm, quòd prohibita alienatione censeatur itidem & vsucapio prohibita, & eadem ratione præscriptio. quod satis controuertitur in d. §. Diui. & in l. vbi lex. ff. de vsucapio. & in l. 2. C. de vsucapio. pro empto. Quæ tñ controuersia parum potuit hanc opinionem iuuare cùm sit ab oīb. receptum, vsucapionem triginta annorum, in his rebus admitti, & procedere, licet longi temporis præscriptio minimè sit admittenda. & ideo cùm recepta sit triginta annorum præscriptio, non est cur tractemus, res istas restitutioni subiectas non posse præscriptione acquiri. De hoc etenim minimè dubitatur. Siquidem triginta annorum vsucapione bona istā acquiri possunt, ex his quæ proxima conclusione p̃bauimus, qua rōne nec decisio legis vlt. §. finautem auaritiæ. C. communia de leg. ad probationem huius assertionis pertinebit, quippe quæ de longi temporis p̃scriptione, non de triginta annorum vsucapione tractauerit.

Secunda huius opinionis ratio inde sumitur, quòd successores futuri dubio procul ignorauerint alienationem factam, & præscriptionem ex ea, vel alioqui procedentem, & tamen absque eorum consensu expresso, vel tacito præscriptio nequit procedere. ergo eis minimè præiudicabit. Est n. necessarius consensus illorum omnium ad alienationem rei subiectæ restitutioni, qui ad illam vocati fuerunt. Anihil §. oīb. ff. de leg. 1. Sic igitur & ad præscriptionē erit tacitus talem consensus necessarius, qui ex scientia & patientia constet, ex iurisconsulti responso in l. alienationis verbo. ff. de verbo. significa. qua rōne vti vī Curt. Iunior in authen. res quæ. C. commu. de leg. col. 2. qui tamen hac eadem rōne obseruata fatetur planè non esse admittendam sententiam Bald. in d. l. 2. C. de vsucap. pro empt. quam superiùs in prima conclusione p̃bauimus frequentissimè receptam esse. Rursus idem Curtius Iunior eadem ratione improbat secundam conclusionem, quoad eum, qui ignarus fuerit præscriptionis aduersus eū procedentis ex possessione rei alienari prohibitæ. Quod satis alienū est à cōi omnium doctorum sensu. Sed hæc rō admodum est infirma, quod vel ex eo constat, q̃ ad præscriptionem nō est vllo vnquam pacto necessaria scientia illius aduersus quem præscribitur. imò ea procedit iuris authoritate contra illū qui vere, & iuste ignarus est vsucapionis, & possessionis illius, ex qua vsucapio ipsa procedit. quę adeò modum nos p̃bauimus in hac relectione 3. par. §. 2. vnde licet alioqui res de quibus agimus possent alienari consensu illorū, qui ad eas vocati fuere, & hic consensus fortè sufficiens. tamen in alienatione quæ iuris authoritate per vsucapionem fit, nō est necessarius consensus nec tacitus nec expressus. Nā etsi verum foret, illum videri rem alienare, qui patitur illā vsucapi. quod iurisconsultus vix cōcedit. & quodammodo vt verè non dicatur consentire alienationi. gl. in l. 2. C. quę sit longa consuetudo. Alberic. in l. si pupillus. ff. de administratione tutorum. Aret. in Lelodius. col. 2. ff. de adquir. hæred. qui hanc consensum fictum appellant, & non temerè ex eodem iurisconsulto, qui in d. l. alienationis inquit, vix est. n. vt non videatur alienare, qui patitur vsucapi, imo hunc vllo modo consentire negant. gl. vlt. in l. 1. §. vlt. ff. de dolo. Bald. in l. cum quis. num. 10. C. de iuris & facti ignorantia. Tiraquel. de retract. part. 1. §. 1. gl. 9. nu. 250. nihilominus hæc alienatio, cùm non fiat proprie ex illius consensu, sed ex legis authoritate, non pertinet ad verum consensum illius, contra quem vsucapitur, sed potius ad impropriū, & fictum, quem lex obseruat ad notandam illius negligentiā in inuestigandis rebus & iuribus ad eum pertinentib. Præter hæc Crottus & Loazes in d. §. Diui. num. 511. planè fatentur præscriptionem currere, ac procedere in his rebus aduersus ignorātem, licet possit peti restitutio in integrū ex clausula generali, si qua mihi iusta causa videbitur, q̃d nos explicuimus generaliter, etiā quoad alias præscriptiones in hoc §. vlti. huius relectionis. Fit igitur, hanc secundā rationem minimè probare conclusionem istam.

Tertiuṁ, quod fm omnes eidem opinioni plurimum adstipulatur, ex eo fumitur, q̃ impedito agere non currat præscriptio. l. 1. C. de annali except. authen. nisi tricēnalis. C. de bon. mater. sed successores, & qui tempore vsucapionis nondum erant nati, agere non poterant, igitur eis minimè illius temporis præscriptio nocet. Verūm huic rationi mihi vī eleganter satisfecisse. Corne. consi. 304. lib. 3. colu. antepenu. præscriptio etenim prædicta non currit aduersus non valentem agere, sed aduersus illum qui agere poterat. eo siquidem tempore cœpit, procedit & finitur, quo illi agere poterant aduersus, quos præscribitur. Nēpe possessores primogenij, vel maioratus, aut vocati ad rem quæ vsucapitur. Atq; ideo planè cessat impedimentum hoc, q̃ ex d. l. 1. adducitur. nam præscriptionis ius continua possessione producitur contra illam, vel illos, qui agere poterāt vel saltem vsucapionem interrumpere cōmodè poterint. Quod si dixeris hanc responsionem procedere contra illū aduersus quem eo tempore præscribitur, non contra successores, illud planè erit omnino aduertēdum. f. quoad successores superesse quæstionem. An eis noceat perfecta præscriptio aduersus antecessores, præcessoresve, non tamen, an præscriptio fuerit inualida ex eo, q̃ non procedat contra non valentem agere. Esset n. tunc quæstio inutilis & q̃ commodè non posset in controuersiam incidere, cùm nā scitur, non possent agere tempore præscriptionis ex eo, quia nati nondum erant, non autem ex eo, q̃ aliquo impedimento essent agere impediti, agere inquam ad eam rem quæ illis quoad ius aliquod cōpetebat, quod de nascituris dici verè nō pōt. Est q̃ hæc rō ab authoribus huius opinionis adducta non sit sufficiens, ex eisdem profectò constat. Nam Aluarotus in c. 1. §. hoc quoq; nu. 6. de succes. feudo. & Balb. in tract. de præscrip. 4. part. 4. part. prin. q. 12. existimant præscriptionem illam decem vel viginti annorum, quam ex Balbo in prima conclusione probauimus, etiam futuris successoribus, & iam nondum natis nocere, & hāc esse veram Bal. interpretationem planè fatentur Roderic. Xuares allegat. 3. Grego. Lopez in d. l. 10. titu. 26. part. 4. & Curt. Iunior in d. authen. res quæ. licet hi tres authores de Baldi opinione dubitauerint, ex eo quòd ipsis visum fuerit à iure alienum, illam præscriptionem successoribus præiudicare. Nihilominus Bald. opinio communis est, & probatur. Quia licet actio hypothecaria à debitore, aut eius hærede aduersus creditorem nō nisi triginta, aut quadraginta annorum præscriptione tollatur, & elidatur, & sit in rē. Leum nouissimi. C. de præscript. trig. vel quadragin. annorum. tamen ab extraneo, emptore vel donatario possidente, & qui titulum habuit à debitore, tollitur decem vel viginti annorum præscriptione. l. 1. & 2. C. si aduers. credi. & ibi gl. Specu. de præscriptio. §. 1. verti. fol. de hypothecaria tradit And. Tiraq. de retract. part. 1. §. 1. gl. 10. nu. 2. ergo licet prohibitio alienationis facta tacitè vel expressè à testatore rem alligat, quia res ipsa prohibetur alienari prohibitione in ipsam rem directa, ex Cyn. in l. vlti. 6. oppositio. C. in quib. caus. an integ. restit. non est necessa. post Petrum Ias, sicut & hypotheca rē ipsam itidē afficit, & cū eo oere transit res ad quēcūq;. l. si cōmuni. vt nomē. §. si fun. Ias.

de pignoratitia actio.l.si debitor.C.de distract.pigno.non tamen transit cum ea causa vt præscriptio ordinaria nõ admittatur,admittitur etenim quemadmodum modò probauimus.Qua ratione Baldi opinio etiam erit admittenda in eo,qui titulum habuit ab eo,qui rem à prohibito cõsequutus fuerat:modò secunda alienatio facta non fuerit nomine prohibiti,nec ab eius vniuersali hæreditario iure successore.quod Bald.sentire mihi visus est,& eodem modo qui eum sequuntur:quamuis Cyn.in d.l.6.oppositi.senserit, rẽ alienari prohibitam verbis prohibitionis in rem ipsam directis non posse vsucapi præscriptione ordinaria,etsi possessor cã habuerit titulo ab eo obtẽto,qui non fuerat alienare prohibitus:quod iure dubium est, & profectò falsũ. cũ vsucapio non censeat omninò prohibita, etsi alienatio fuerit interdicta,quemadmodũ paulò ante admonuimus.

Quartò ferè omnes huius opinionis authores ea ratione vtuntur,qua constat,in fideicommissis,& maioratibus successorem minimè habere ius ab eo,cui succedit modò, à primo primogenij institutore.à quo omnes successores, ita vocati censentur,vt quilibet dominium rerum habeat, in eius vita ad mortem vsque:atque eo mortuo alius succedat ex prima institutione:nõ in ius vltimi possessoris,aut in eius dominium,quod illius obitu extinctum fuit: sed in dominium proprium, & ius peculiare, quod successor ex voluntate primi institutoris habet.l.peto.§.fratre.l.cũ pater.§.libertis.l.cum ita.§.in fideicommisso.l.vnum ex familia.§.1.ff.de legat.2.l.pronunciatio.§.familiæ.ff.de verbo. signific.tex.opti.in c vnic.vbi Bald.& Ilernia de feud.Marchiæ.c.vnic.de grad.success.c.vnic.de natura succes. feudi. qđ & nos adnotauimus in rub.de testã.3.part.nu.26.ergo præscriptio procedens contra Titiũ,qui nunc obtinet ius primogenituræ,non nocebit eius successori,qui ab eo nullam causam habet.Sed & hæc ipsa ratio rursus comprobatur ex eo, q̃ instituto maioratu ac primogenio, cuilibet successori datum vt rerum dñium ad tempus vitæ illius:ac tot censentur donationes,aut fideicõmissa & legata,quot sunt ex illo iure successiones.quod apparet ex inductione l.vlt.C.de legat.l.donationis.§.species.ff.de donat.adnotarunt Paul.Cast.in l.si pecuniam.col.3.ff.de condit.ob causam.Rodericus Xuares in l.quoniam in prioribus. super legem Regiam,quæst.8.C.de inoffic.testam. fit igitur vt licet præscriptum sit ius & dominium Titij, non censeatur ex hac præscriptione sublatum ius successoris.

Cæterùm hac in re illud erit summè obseruandum, q̃ possessor rerum maioratus,qui & illum iure optimo vocationis obtinet,licet res illas alienare non possit,dominus tamen illarum rerum verè dicitur,non enim est de substantia dominij,quòd res à domino alienari possit.l.2.C.de bonis mater.l.vlt.§.filijs.C.de bonis quæ lib.l.non ideo min°. ff.de rei vendicat.l.vlt.C.commu.de leg.l.species.ff. de auro & argento leg.l.vlt.ff.de vsucap.earum rerum.

Deinde illud est memoria repetendum,per præscriptionem dñium adquiri illius rei,quæ legitimo tempore,& bona fide possidetur.imo & dominium hoc esse verum,& directum hac in relectione ,phauimus,vt opinamur,latis validis rõnib.& authoritatib.Quibus constat,possessorẽ rei, quæ vinculo primogenij connectur,per legitimam p̃scriptionem dominium illius,etiam directum adquirere:nec potest hoc dominium aliud esse quàm illud, quod erat penes primogenij possessorem,aut illum,qui ad id fideicommissum vocatus fuit, & ius habet rem illam reuendicãdi. Dices forsan,hoc dominium apud præscribentẽ, & ab eo, adquisitum esse temporale:cùm & apud illum contra quẽ præscribitur temporale fuerit. Verùm hac in ratione illud respõdebo:nempe possessorem maioratus, & primogenij dominium rerum ad maioratum pertinentium ad vitam tantùm obtinere.& sic temporale:quia eo modo vocatus est ad illud dominium à primo institutore: at ille qui præscripsit rem legitimè,à lege vocatur ad illius rei dominiũ, simpliciter,ac perpetuò,sic quidem vt absque eius consensu vel legis authoritate dominium illud ab eo auferri nequeat:quẽadmodum præscriptionis natura dictat: nec video quo pacto posit hoc negari. Qđ si vrgeas dominium hoc in casu adquisitum præscriptione,fuisse illud,quod obtinebat eo tempore vocatus ad primogenium:ergo erit tẽporale sicut illud:concedam primum:& negabo vltimum propter rationem differentiæ, qua modò visus sum ex authoritate legis,& vocatione testatoris.idem.n.dominium est vtriusque quoad substantiam:qualitate tamẽ distinguitur,quæ mutatur ex modo adquirendi. Poterit.n.quis dominium eiusdem rei dare Titio ad eius vitam,& post eam Sempronio in perpetuum.idem siquidem est dominium, & tamen qualitate distinguitur ex modo adquirendi. Vnde cessant quæ in hac quarta ratione adducebamus: nã vocatus ad rem post alium licet non succedat iure vltimi possessoris,nec ex eius voluntate aut institutione,succedit tamen in dominium illud,quod ille habebat, licet temporale.Et ideo si illud fuerit legis authoritate extinctum, non est ius aliquod ad quod admittatur, aut in quod succedat. Et rursus licet succedat ex noua donatione exlegato,aut fideicommisso,succedere poterit in his rebus,quæ non fuerint iuris authoritate ab illo vinculo fideicommissi,vel maioratus euictæ. At in illis quæ euictæ sunt, & ideo alienæ censentur,non est cur succedere possit vtcunq; vocatus fuerit,etenim legis authoritate,& verè iustissimè dãno rerum præscriptarum priuatur successor in primogeniũ, non ex consensu,nec ex alienatione vltimi possessoris,q̃ ꝑ culdubio nec alienare poterat,nec successori prẽiudicare.

His accedit quòd præscribens alicuius rei dominium p possessionem,illud præscribit,& adquirit aduersus quemcunque eius rei dominum: non in specie aduersus Titiũ, aut Sempronium.Quod satis constat ex his, quæ de præscriptione superiùs diximus.Nam etti ego possideam rem aliquam bona fide,& tempore legitimo, aduersus quemcunque eius dominum in genere præscribo:ergo & illius dominium simpliciter acquiro penes quemcunque fuerit:atque ideo à me rursus auocari non poterit.

Sed & præter ista illud verum est,præscriptionem ex legis authoritate vires adsumere à possessione legitimi tpis, titulo,& bona fide possidentis:nec ignorantiam,aut negligentiam,aliudve lex considerat, nec requirit, apud illum apud quem præscribitur.ergo licet ille dominiũ habuerit ad vitam tantùm,nihilominùs præscribens dominiũ perpetuum adquirit.nihil etenim requiritur ex parte illius, q̃ dominium habet,vt illud verè amittat per præscriptionẽ: omnia etenim,quæ ad præscriptionẽ requisita sunt, ea obseruari debent in præscribente:præterquam q̃ longiùs tẽpus exigitur ad perfectã præscriptionem propter dñi,contra quem præscribitur priuilegiũ:vel quia ecclesia, vel minor sit.& in hisce casibus perfectio præscriptionis impeditur etiam penes possessorem. At nos argumentamur ex p̃scriptione perfecta per possessorem,& cõtendimus exqualitate domini aduersus quem perfecta fuit,minimè ius legis ordinarium mutare. Alioqui si quis donaret Titio domum ad decẽ annos,& illis decursis eandẽ Sempronio ad alios decẽ,ac sìn iure in alios eam transferret: & ego legitimo tempore,ac iuxta iuris legitimas conditiones vsucaperem illius domus dñium:sequeretur,me nihil adquisiliese:ẽ statim ab eo successore , cuius tpe præscriptio non est ab initio ad finẽ vsq; deducta,possit à me res vendicari, licet 50.annis possederim.Quod satis absurdum esse vî. Et tamen verè sequitur ex communi doctorum sententia,quia nusquam præscriptio nocuit præsenti successori.

Præterea aduersus communem illud admonẽdum esse censeo,quòd præscriptio in rebus ad episcopum pertinentibus successoribus præiudicat,etiam si successor,vt verè, non habet ius ab vltimo possessore, modò ea legitima sit, & perfecta.quod iuris est apertissimi. Quòd si dixeris in hoc

hoc casu adhuc sat ecclesiã semper obtinuari præscriptionem,dicam & ipse in q. quam tractamus, etiam procedere præscriptionem aduersus primogenium, aut maioratum. Sed ꝓpterea hanc rei positionem illud negari non potest,præscriptionem istam procedere in hoc exemplo, quòd de episcopo scripsimus, etiam aduersus successores & eis præiudicare, quamuis successor nullum ius habeat ab vltimo possessore. Imo in hac præscriptione iura potiùs confidérant ipsum episcopum possessorem, quàm dignitatem ipsam: siquidem ex iuris regula vacante ecclesia præscriptio interim cessat.c.1.de præscript.

Non me latet à quibusdam pro opinione communi rationem quandam adduci ex Taurina constitutione 45. quæ tamen mihi non videtur adeo fortis,atque vrgens,vt refelli nequeat:siquidem enim refelli posse si propriam naturã & legis illius possessionis,de qua illic agitur quispiam diligenter ac subtiliter obseruauerit, quas hoc in loco longius explicare multis impeditus ãthimè possum.Cùm & quæ aduersus communem tradidi non eo animo scripserim,vt temerè velim à passim receptæ sententiæ omninò discedere:sed vt lectori,& mihi disputationis rationes penitus, ac maturiùs considerantibus facilius examen pateat,quo vires communis opinionis expendi possit, cuius authoritatem in consilijs, ac iudicijs, multi faciendam esse censeo,nisi euidentibus rationibus aliter posit.]

Hæc de vsucapionibus & præscriptionibus ad intellectum huius regulæ attigimus,non ignari, quã late pateat vsucapionum campus:sed quo satisfaceremus his, q̃ nobis enixè postularunt, vt q̃ Salmãticæ hac de re olim publicè magistra voce tradidimus, in publicum emittere mus. Lector candidus eo animo accipiat ista, quo à nobis fuere elaborata,ita quidem,vt censuram æquam, ac benevolam in his euoluendis exhibeat.

Trium relectionis de præscriptionibus partium D.Couarruuias,Finis.

AD ILLVSTREM ADMODVM AC REVERENDISS. D. DOMINVM IOANNEM FERNANDVM TEMINIVM,

Legionensis Ecclesiæ antistitem dignissimum, Didaci Couarruuias à Leyua Toletani, in Granatensi Prætorio Regij consiliarij, Archiepiscopi Sancti Dominici designati, in regulæ peccatum. Commentarios. Præfatio.

PTAVERAM maximè,admodũ illustris ac reuerendissime Præsul,inter tot iuris vtriusque professionis labores,eosq; indefessos,te iam diu moribus,prudẽtia,& Reipub.singulari regimine toto in Hispaniarum Principatu insignem, vel exiguo munere:nec enim magnum,nisi minimum spectes, à me prodire posse,incunctanter aliquẽ. Vrgebat sanè hoc ipsum cognatem domus illa Salmanticensis,cui & similium virorũ causa toto penè orbe celeberrimæ,quæ me sub maximi Salustiani tutela ita fouerit, vt planè ipse absque graui proditionis nota differi non valeam,qualescunq; meos in hac iuris disciplina conatus ei tribuendos fore.His accedebat, quòd multis argumẽtis compertum satis haberem,quanta in me tibi è cospectu ignotum hominem, nec vllis quidem obsequijs demerentem,semper vsus fueris benevolentia. Sed & cunctantem impediebat,quòd nequaquã ipsum interpellare his leuibus negotiis auderẽ, te, inquã, magnæ diœcesis Curiæ incumbentem,& Tridẽtinæ Synodi deinde actionibus satis æquè ac piè,grauioribus nempe Reipublicæ deliberationibus occupatissimum.Is etenim palàm Christianæ religioni innideret, qui in tanto rerum conatu , aliquo fatalibus bellorum diris,magna cum iactura,intercepto,Præsulem infracto animo œcumenicis Christiani orbis causis studium,vel corporis, atq; animi vires exhibentẽ, vel breuis libelli,eiusq; facili lectione auerteret.Verùm postquam in Hispaniam,vt tibi cõmissum gregem salubri disciplina institueres tot undiq; iactatus procellis,non absque graui vitæ periculo rediisti,mihi plane videor debiti muneris officium cum egregia honoris ac nominis iactura,paulò negligentius exequi, nisi tot omnifariam tutelis antistitem ornatissimum alicuius.Operis nuncupatione,saltuario.Nam & præter dedecoris labem,etiam scio,tua tanta comitate,atq; animi candore denique remissam,quis'nõ vel caligantibus oculis intelliget,mihi meisq; laboribus,tui nominis protectione decus maximum immanere? Olim quidem dum Salmantica honesto desiderio,& ingenuo animo cupidus studiosæ iuuentuti prodesse,& placere,Iuris Pontificij Regulam è diuo Aug. Bonifacio 8.in ordinem tituli de Regulis iuris deduxi,quatuor ferè mensibus ordinaria lectione interpretari sitebamur:hanc auditoribus polliciti sumus operam, ut paulò accuratius,quæ tunc noce dictabamus, in breues relectionis,Commentarios digesta publico prælo committeretur,ne nie diutiance in codicillos, aut pugillaria minus distincte,& ,ut solet, nõnumquã cerus,nec veris allegationibus conclusiones quæstionesue referre cogerentur. Nec tamen potuimus publico huius Regij Prætorii munere.& quarundam aliarum nostrarum Cõmentationum editione impediti,tiatim promissum exoluere,quin & ad diem hanc procrastinantes nondum eam operam priùs statuimus, quam te, ornatissime Præsul,& ferò,confidenter tamen præstamus.Nam etsi nequaquam ipse tantã fauoris,& gratiæ promereri possim, vt hæc nostra scripta fouenda suscipias,pro tuo tamen liberali candore,quo cunq; studiosi optimos conatus amplecteris,illud ultrò mihi tribui postulabo,vt nec ipsum,quã hæc elaborauerim,in tuam, mihi diuprotectissimã,clientelam humanissime suscipias.Multis enim cõiecturis non suspicor,sed constanti fide compertum habeo, hoc beneficium, ingens profectò,à te mihi impetrandum fore.Quòd reliquum est,Optimo Maximo,ac rerum omnium conditori Deo vota supplex ex animo facio,vt te moribus egregijs,eruditione insigni,& in Reipub.Christianam ferentissimo zelo institutum,ad multam ætatem incolumem conseruet.Vale,Ex inclyta Granata Calendis Nouembribus,Anno Domini. 1553.

DIVVS Augustinus celebratissimus ecclesiæ doctor, quo inter tot præclarissima sanctimonia, & eruditionis testimonia, Christianam plebem erudiret ne proximus iniuria aut damno affectus, læsionem aduersus institutã à Christo Iesu, & natura ipsa charitatem, patiatur, in Epistola ad Macedonium 54. maximo conatu admonet, ea quæ fraude, dolo, vi, vel scelere quæsita sint, omninò fore restituenda, comminatus alioqui peccatum non dimitti. Nam cùm & iustitia ipsa, quæ potissima moralium virtutum est, manifestè violetur, cùm quis proximo damnum intulerit, palam consequitur, peccatum illud minimè dimitti nisi damni illati compensatio fiat: aliter etenim non seruatur ipsius iustitiæ lex. Siquidem res aliena, inquit Augustinus, propter quam peccatum est, cùm reddi possit, non redditur, non agitur pœnitentia, sed fingitur: si autem veraciter agitur, non remittetur peccatum, nisi restituatur ablatũ Hactenus Augustinus, cuius verba à Gratiano referuntur in c. 1. 14. q. 6. à summis Pontificibus in d. reg. peccatum. de reg. iur. in 6. & in c. cum tu. de vsuris. Huius sanè regulæ interpretationem aggressurus, eam distribuendam esse in tres partes operæpretium duxi. Primùm equidem de restitutione quædam generaliter adnotabimus: deinde secunda parte regulam quandam cõstituemus, ex eaque plurima ad hunc tractatum pertinentia statim exponentur. Tertio deniq; loco alteram regulã, quo restitutionis uis apertius tradatur, itidem cũ aliquot illationibus subijciemus. Quia in re etsi à Theologis, qui tractatum istum radicitus conatisunt explicare, multa sint à nobis mutuãda: iuris tamen vtriusq; decisiones passim in medium adducemus: quippe qui opinemur ex eis potissimum restitutionis obligationem vel probari, vel induci, præterquam quòd ea iuris naturalis rationem habet ab æqualitate, quæ iustitiæ virtuti proprie conuenit. Censet itaq; Augustinus, non esse veram nec perfectam peccati pœnitèntiam absque illati damni restitutione. Cui accedit pulchra Iurisconsulti sententia in l. nam in hoc natura. ff. de condict. indeb. Nam hoc, inquit natura, æquum est, neminem cum alterius detrimento locupletiorẽ fieri. Sic & Cicero lib. 3. de officijs, inquit. Nam vt sibi quisque malit quod ad Vsum vitæ pertineat, quàm alteri acquirere, concessum est, non repugnãte natura. Illud natura non patitur, vt aliorum spolijs nostras facultates, copias, opes, augeamus. Nec verò hoc solùm natura, id est, iure gentium, sed etiã legibus populorum, quibus in singulis ciuitatibus respublicæ continentur, eodem modo constitutum est, vt non liceat sui commodi causa nocere alteri. Hoc enim spectant leges, hoc volunt, incolumem esse ciuium coniunctionem: quam qui dirimunt, eos morte, exilio, vinculis damno coercent. Atque hoc multò magis efficit ipsa naturæ ratio, quæ est lex diuina, & humana, cui parere qui uelit, oẽs aũt parebunt qui secũdum naturã vivere volunt, nunq; committet vt alienũ appetat, & id q alteri detraxerit, sibi assumat. Hactenus. Cic.

Huius relectionis summa.

Prima pars tractat aliquot causas, quibus quis à restitutione statim facienda excusatur.

Secunda pars radices restitutionis expendit: de q; vsurio restituendo agit.

§. Primus de restitutione, qua à furti crimine procedit, latè disserit.

§. Secundus, quærit de obligatione restituendi ea qua data sint mercenarij, vel alterius turpitudinis ratione.

§. Tertius, In hoc examinatur obligatio restituendi ea, qua alicui dantur, vt iustam sententiam ferat rem inuentã domino restituat, vel ob agendum id, quod gratis tenebatur facere, aliaq; quæ traduntur de contractibus, qui vel rescindi possunt ex beneficio etatis, vel ratione metus, vel ex defectu solennitatis legalis.

§. Quartus, De acquisitis per ludum illicitum.

§. Quintus, De gabellis & vectigalibus, an in foro animæ soluendæ sint.

§. Sextus, An ratione acceptionis iniqua teneatur quis ad restitutionem rei ipsa extincta?

§. Septimus, An ratione iustitiæ distributiuæ teneatur quis ad restitutionem?

§. Octauus, De his quæ per venationem adquisita sunt.

§. Nonus tractat de iniustitia, & iniustitia belli.

§. Decimus, De bello aduersus infidèles, an id iustum sit?

§. Vndecimus, De rebus in bello captis, & de seruitute per eorum iure belli inducta.

§. Duodecimus, De consilio, auxilio, vel fauore, quando ex his oriatur obligatio ad restitutionem?

Tertia relectionis pars: de restitutione, quæ ratione rei inducitur, & de empture furtiuæ rei.

§. Primus, De rebus inuentis, cui fiet restituenda?

§. Secundus, De thesauro quatenus sint in animæ iudicio diuidendi.

REGVLAE PECCATVM
DE REGVLIS IVRIS,
LIBRO SEXTO, RELECTIO.

Authore Didaco Couarruuias, Toletano.

Ex Prima relectionis parte.

SVMMARIVM.

1 Restitutio statim fieri debet, congruo tamen loco & tempore.
2 Pro parte inopia excusatur quis à restitutione. & ibi intell. glo. in c. cum tu. de vsuris.
3 Traditur latè intellectus ad textum, in cap. officii. de pœnitent. & remission. de muliere adultera, an teneatur crimen detegere, ne filius spu. ina alienam habeat hæreditatem.
4 Scandali materia longe discutitur ad intellectum regul. qui scandalizauerit. de regu. iuris.
5 Superioribus obediendum nõ est, quoties sequeretur alioqui scandalum.
7 Prælatus an possit differre bonorum ecclesiæ repetitionem ob vitandum scandalum.
7 Cuius expensis sit facienda restitutio?
8 An debitor possit differre solutionem, eo quod creditor sit excommunicatus.

Prima relectionis pars.

QVM illud certissimum sit, lege naturali, diuina, & humana restitutionem ablati necessariã esse ad peccati dimissionem, primum oportet inquire, sit ne statim restitutio facienda? Et videtur quod hæc restitutio statim necessaria sit nec differri possit absque peccati labe. Etenim nunquam liceat nec momento temporis rem alienam. Domino inuito detinere, isquidem ea possessio, seu retẽtio peccatum est, nec vnquam peccare licuit. Igitur tenetur alienæ rei possessor, statim rem eandem domino restituere. huic rationi accedit tex. leuitici. cap. 19. non morabitur opus mercenarij apud te vsque mane. ex quibus ita visum est Diuo Thomæ quæstio. 62. articul vltimo. Horentino secunda parte, titu. 2. capit. 8. in princip. Sylvest. in verb. restitutio. 5. §. primo. verum quo res ista commodius elucidetur ad notandum erit, non idem esse, cẽtum aureos statim Titio deberi, & eos statim ei omnino restituendos esse. Siquidẽ in omnibus obligationibus, in quibus dies non ponit, præsenti die debetur, & statim obligatur debitor creditori l. in omnibus. ff. de regulis iuris. leg. eum qui calendis. §. quoties. ff. de verbor. obligatio. §. omnis. Institu. de verbor. obligation. non tamen tenetur debitor statim præsenti die pecuniam debitam reddere, imò huic necessariæ restitutioni à iure inest tempus quoddam boni viri arbitrio diffiniendum, quo præcisè debeat fieri eius pecuniæ restitutio, positq; à creditore exigi: sicuti sensit Iurisconsultus in leg. si quis filium. §. stipulatio. ff. de collat. bono. notant. gl. in dicto. §. omnis. & in dicto leg. in omnibus. glo. in §. si impossibilis. Institut. de inut. stipula. tradunt vbique Doctores & Alexan. in leg. prima. §. Item si ita. ff. ad leg. Falci. col. 2. Regia l. 13. tit. 11. part. 5. Sic & per sententiam iudicis condemnatus in actionib. personalibus, non statim cogitur soluere: sed habet ad solutionem quatuor menses. l. 2. leg. debitorib. ff. de re iudicat. le. 2. & 3. C. de vsur. rei iudicat. notatur in c. quærenti. de offic. deleg. in cap. quo ad consultationẽ. de re iudicat. iure autem Regio decẽ dies. leg. 5. tit. 27. part. 3. quemadmodum qui in iure debitum fatetur intra decem dies cogitur soluere. gl. in l. si debitori. ff. de iudi. quam tantum vi consuetudinis obtinere ferì bunt Bart. & Doct. vbi gl. in c. dilectus de procurator. Panorm. in d. c. consultationem. col. 5. Bald. & idem Abb. in d. c. quærenti. citat eandem. gl. Abb. in d. c. dudum. colum. 9. de election. in primo. Et probatur eadem opinio. in leg. 7. tit. 3. part. 5. quòd si ex causa iudicio illum fuerit æquum esse. confestim compellet condemnatum ad solutionem: idq; moribus, ac forensi praxi receptum est, secũdum Roman. in singu. 459. fit tandem ex his, non rectè consequi, debitorem teneri statim restituere ea omnia, q præsenti die res debita alteri sit. quamuis etiam viri doctissimi hac argumentatione vtantur quandoq;. Tenet denique qui alienum detinet deliberato animo secum constituere, q restitutio fiat. hoc etenim necessariũ est, vt abstineat à praua animo rem alienam detinendi, confestimque debet ab eo animo cessare, deliberando constanti voluntate restitutionem ipsam. Præter hæc statim tenetur vere restituere eã rõne, quod licet alioqui in actibus virtutum regulariter circunstantia temporis determinata omninò non sit, sed committatur rationi, & prudentiæ tamen in actu restitutionis rei alienæ, circunstãtia temporis definita est vt statim fiat, cum eius omissio, quocunque tempore procedat, aduersa sit ipsi iustitiæ, quia res aliena eo momento inuito domino detinetur, non sic in alijs virtutum actib. Nam etsi committantur aliquo tempore, non ex hoc ipsi virtuti lædituꝛ. Etenim non agit contra iustitiam, qui aliquo tpe differt publicam accusationem, seu publicum priuatumve iudicium, cius sanè iudicio iuxta prudentiæ rõnem cõmittitur tempus, quo actum virtutis exercere debeat. nihilominus adhuc non semper statim est necessaria præcisè restitutio alieni ad remissionem peccatiscum posint species, & casus aliquot constitui, quibus boni viri arbitrio differenda sit restitutio secundum Tho. & Caiet. 2. 2. quæstio. 62. art. vltim. quorum opinio consensu eorum Theologorum recepta est, & sequentibus.

Primum constat propter inopiam, & paupertatem excusari quem à restitutione, cum alias nõ teneatur quis restituere eo casu, quo non potest restitutionem animo deliberatam, exequutioni mandare, auctore Diuo Augustino in dict. Epistola. 54. probatur idem in capitulo. quamquam. de vsur. in sexto. vbi gl. in ca. cum tu eodem titu. gl. in hac regula. Peccatum. & ibi Dinus Atque Anchara. colum. 9. optimus text. in capitu breui. & in capi. querelam.

iureiuran.

de iureiuran. Diuus Thom. in dict. quæstio. 62. articu. vltim. nempe enim ad moralitatem impossibile obligatum nec tenetur ad id, quod proprias vires excedit: cum sit satis quod ad diuinam maiestatem, quod quis facit in emendationem criminis, & iniuriæ illatæ, quod iuxta proprias vires effi cere valet. atque hoc ipsum receptissimum est, tametsi frequens hac in specie controuersia contingat, an teneatur, quis alienum restituere, cum rebus ipse non indigeat ad propria ipsius alimenta. Nam quibusdam placet, non teneri quenquam ad restitutionem quorumcunque realium & mobilium reddendam propriam necessitatem: liquidem ex ea ratione posset rem alienam inuito domino capere. cap. si quis propter necessitatem. de furtis. de quo statim agemus. Et profectò hæc sententia vera est, cum ipsius debitoris extrema necessitatem denique putat locum sociat. cap. si quis propter necessitatem. idem erit vbi necessitas extrema non est: sed tamen debitor habita ratione status, & dignitatis grauissimam pateretur existimationis iacturam. Potest enim differre alienæ rei restitutionem: modo hoc detrimentum ex ea dilatione imminet creditori: sic sanè iustè differtur restitutio. ea fieri nequit tunc absque maximo debitoris damno, vel proprietatis rei propriæ ad restitutionem vsibus pretio venderentur ex hac dilatione creditori læsio fiendi non patitur ex hoc detrimentum aliquod graue tamen, sicuti docent Scotus & alij in 4. sent. dist. 15. Host. in. 2. parte tit. 3. c. 8. Sylvest. in verb. restitutio. 5. q. 3. Cáieta. in dict. quæst. 62. artic. vltim. Anchar. in 5. c. regu. peccatum. colum. 3. Ioan. Lupian rubr. de donationibus. §. 15. num. 5. tametsi Hadrian. in quarto sentent. tract. 7. bello. c. incipienti, Aggredior. q. 6. Ioan à Medina de restitutione. q. 5. tantum videantur excipere ab obligatione statim restituendi ratione necessitatis, ipsam extremam inopiam, quæ cogeret ad eleemosynam creditorem secundum ea, quæ & nos scripsimus lib. 3. Variar. resolut. cap. 14. num. 5. non equidem diffiteor opus esse sincero, acerrimoque iudicio ad discernendum hoc grauissimum debitoris nocumentum à leui creditoris iactura, vt hinc licita iudicetur, debitæ restitutionis dilatio nonne dinatáque censeatur creditoris petitio. legito tamen Dominicum Soto lib. 4. de iust. & iure. q. 7. artic. 4. qui hoc ipsum distinctius explicat.

Hinc etiam & illud intelligendum est quod scribit glo. in dict. cap. cum tu. existimans, vsurarium, qui semel immunis fuit à præsenti restitutione propter inopiam, si demum pinguiorem fortunam fecerit, cogendum forè ad vltimum vsque quadrantem restituere, quamuis ex hac restitutione maneat in grauissima egestate, addit gl. licet secùm leges, qui bonis cesserit, si peruenerit ad pinguiorem fortunam possit sibi necessaria alimenta retinere. ab ea glo. Panorm. Cardin. & Rauena collegerunt, vsurariũ, etiam qui bonis cesserit, si ad pinguiorem fortunam deuenerit, cogendum esse restituere integras vsuras, absque deductione alimentorum. Secundò adnotarunt, in foro conscientiæ, non esse animaduertendum priuilegium id quod leges cõcedere his, qui bonis cesserint, imò eos fore compellendos integrè omne restituere, minimè deductis alimentis. Tertiò Ioan. Anani. ibidem opinatur sensum glossæ non alium fuisse, quàm quòd vsurarius, qui ob paupertatẽ, non potuit summam vsuras soluere, nec reddere, si tamen fortunam mutauerit, reuocatur eas integrè soluere, etiam absq; deductione alimentorum. Et ideo secundùm Anani. glossæ non tractat de eo, qui bonis cesserat. mihi verò haud dubiè constat, glo. non magis loquutam esse in foro pœnitentiali, quàm in exteriori Pontificio. Et præterea sensim vobiscum opinionem, quam tenuit, & in eo, qui bonis cesserat, adnotare. Quod autem Panor. Rauc. & Card. censent, priuilegium datum à lege omnibus his, qui præ inopia bonis cesserint, circa deductionem alimentorum, cùm deuenerint ad pinguiorem fortunam, in conscientiæ iudicio non obtinere à nobis improbatum fuit libr. 2. Variar. resolu. c. 1. num. 6. sed & id quod ex glossa primo loco post Abb. & alios obseruauimus, nempe deducto in maximo debiti valore, nihil præmittamus, debitori ex causa vsurariã competere cessionis bonorum iuxta quæ in dicto cap. 1. dilputauimus. quin. 8. loquerer. Semel præterea de cessione bonorum quæstioni respondere. eadem esse censemus vsurario, qd in aliis quibus ius competit cessionem bonorum. ea etenim, si vsurario petenti denegetur, eandem vim habebit quantum attinet ad deductionem alimentorum. Quod si vsurarius non cesserit bonis, tunc authore Anan. glossi. sententia vera est. idem ipse concedo & in vsurario admittamus quæ proximè in vniuersum tradita fuere præcedenti versiculo de his, qui ob inopiam à restitutione excusant. Nec enim ad hanc excusationem arcendus est, quo minus teneatur restituere ratione delicti. sed quod egestate grauetur: quæ apud Deum sufficiens est excusatio. dum ipse debitor ab animo aliena detinendi vere abhorruerit, secundùm Augustini sententiã in dicta Epitola quinquagesima quarta.

Secundò fere ab eadem ratione, creberrimo omnium consensu responsum est, mulierem adulteram, quæ ex adulterio filium peperit, non teneri id reddere marito: vt hoc modo filium excludat à mariti hæreditate, & ex veris hæredibus restituatur. Nam ipsa mulier adulterium cõmittens, & ex eo concipiens filium, grauedamnum intulit marito, & eius veris ac legitimis hæredibus: ac quoniam damnum illud refarcire, & compensare, atque restituere ad peccati remissionem, quæ nequit contingere aliter quam illud, ni reparatione. Ab hac tamen obligatione eximendi, mulier ipsa liberatur ex eo, quòd ea restitutio fieri nõ potest, absque manifesta iactura famæ, & mortis periculo: insuper quæ damnum sequeretur restituenti quàm commodum ipsi, cui restitutio facienda est. qua ratione creditor, cui hæreditas debetur, secùndum ordinatam charitatem obligatur magis velle, se ipsum hæreditate carere, quàm quòd tanto cùm damno famæ, & periculo vitæ ea sibi restituatur. ergo debitor iustè poterit ob id restitutionem omittere. Dein de huic opinioni suffragatur ratio admodum fortis: quidem constitutus in extrema vitæ necessitate ad conseruationẽ vitæ potest aliena retinere, capitulo si quis propter. de furtis. ergo mulier adultera cõstituta in periculo famę, & mortis poterit tacere proprium crimen, & permittere, quòd mariti hæreditas legitimis hæredibus in extraneos deferatur aduersus legum sanctiones, & mariti voluntatẽ. Consequens optimè probatur: quia sicut pauper indiget, rei alienæ retentione ad conseruationem vitæ: ita mulier adultera pro sua vita, & fama seruandis, indiget omissione reuelationis adulterij, & hc omissione restitutionis, & compensationis damni illati. Præterea ex duobus malis, quorum alterum necessariò imminet, minus omnino eligendum est. cap. duo mala. decimatertia distinct. cuius rationem nos expẽdimus in Epitome de sponsalibus, prima parte, ca. quarto, numero nono. mulier autem adultera inter hæc duo mala constituitur: vt vel alienã retineat, vel ipsum infamet. igitur potius debet eligere alienarum rerũ occupationem, & retentionem, quàm famę propriæ dispẽdium. cùm maior sit læsio famæ, quàm diuitiarum: sicuti maius malum est, famam proximi quàm illius diuitias rapere. Et quemadmodum quis magis tenetur se quàm proximum diligere: ita magis debet famam propriam, quàm famam proximi illæsam seruare. Vnde necessariò deducitur, mulierem hanc adulteram potiùs debere in hoc discrimine constitutam, famam propriam seruare integram, q̃ aliena restituere. Huius opinionis est Romani Pontificis manifesta definitio in capitulo officij. de pœnitẽ. & remissio. vbi Papa scribit, non esse negandam pœnitentiam mulieri adulteræ, aut quæ falsum supposuit partum: sed illi fore tanti criminis satisfactionem congruam iniungendam: etiam si non proponat, nec velit crimen proprium reuelare. Quæ quidẽ responsio variàs habet apud Theologos, nedum

nedum, apud Canonistas interpretationes, quarum examen breuiter attingam quibusdam aduersus eam decisionem præmissis obiectionibus.

Illud sanè primo loco eidem respondeo, satis validè opponitur: Quòd restitutio rei alienæ sit ad salutem necessaria: quemadmodum hæc regula manifestum est; atq; ita ad vitæ veritatem pertinet. sed veritas vitæ omittenda nõ est propter scandalum quodcunq; id sit. vtiliùs etenim scandalum nasci permittitur, quàm veritas relinquatur, authore Beda, cuius dictum relatum est in regu. qui scãdalizauerit. de reg. iuris. igitur ob scandalum imminens ex infamia & morte adulteræ, veritas vitæ. i. damni dati compẽsatio, & satisfactio prætermittenda non est. Aliter item argumẽtatio constat. liquidem scandalum fratris postponendum est veritati vitæ, q̃ ineat satisfactioni læsionis, ergo fortiori rõne famæ, & mors pro eadem vitæ veritate posthabenda sunt, cùm ea pro vitando scandalo sint offerenda, & nihil facienda. est equidem scandalum, quod fratri præbet occasionem ruinæ, mortale crimẽ, si ex propria vi ad mortale crimen proximum allicit. Qui scandalizauerit, inquit Christus, vnum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergat in profundum maris. ac rursus, væ homini illi per quẽ scãdalum venit. Docet Thom. 2. 2. q. 43. artic. 4. vnde scandalum quod mortale crimen est, vt & alia peccata mortalia, effugiendum & vitandum ita est, q̃ potiùs oĩa mala patiatur quis, q̃ peccato huic consentiat. cùm nullum sit maius malum, quàm peccatum, & authore Arist. 3. Ethico. ca. 1. propter quæcunque durissima non est turpiter agendum. text. opti. in c. sacris. de his quæ vi. quo in loco idẽ & de veniali culpa adnotatum est per Panor. cui alios item authores addidimus, & nos in Epitome de sponsalibus 2. parte. c. 3. §. q. nume. 3. fit igitur, vt mulier adultera iustè excusari non valeat, si ob vitandam mortem, ob effugiendam infamiam, missam faciat damni per eam illati satisfactionem, quæ absque mortalis culpæ labe omitti non potest.

Verùm ad intellectum huius obiectionis, quæ poterat longiùs comprobari ex his, quæ passim traduntur in hoc tractatu, dum plura congeruntur, quæ fieri itidem cũ scãdalo minimè prohibentur, imò fieri debent, nec omittenda sunt, † oportet scandali vitandi rõnẽ altiùs repetere. est verò scandalum dictio Græca, & ea est iuxta Latinam traductionem, offendiculum, & significat mali quandam occasionem, quæ ruinæ causam det, quasi cadendi occasio, si quid obstet eunti, & impactio pedis. cap. diffiniuimus. 18. q. 2. explicat Diuus Hieronymus Matthæi capitu. decimo quinto. Hoc autem bifariam distinguitur. quia aut est datum, aut acceptum. Scandalum datum, est authore Hieronymo, dictum, vel factum minùs rectum, quod ex se alteri occasionem præbet ruinæ, hoc dicitur scandalum actiuũ ab scholasticis, & semper est peccatum in eo, qui scandalizat. Cùm ipsum opus sit peccatum, vel habens speciẽ peccati, qua ratione propter proximi charitatem, & hoc ipsum opus habens mali speciem, agendum non est, ne proximus pedem ad id impingat & labatur. Nam in hac via spirituali nihil ex se potest disponere, aut occasionem præbere spiritualis ruinæ, nisi habeat aliquem defectum rectitudinis. id etenim quod est perfectè, rectum potiùs instruit, & minuit proximum ad tutum viæ progressum, quàm ei præbeat ruinæ occasionem. Sic & Tertullianus lib. de virginib. velandis, scandalum, inquit, non bonæ rei, sed malæ exemplum est, ædificandi ad delictum. bonæ res neminem scandalizant nisi malam mentem. Hæc ille. de hoc scandalo accipiendum est quod Christus Iesus in Euangelio præ dixit Matthæi ca. 18. væ homini illi, per quem scandalum venit. est aliud scãdalum, quod dr acceptum, seu passiuũ, & hoc est peccatum proueniens ex bono alterius opere, aut saltem ex facto, quod mali speciem non habent, cõtingitque proprie scandalum hoc in eo, qui scandalizatur. qd constat ex his quæ latè traduntur per Felinum in capit. nihil. de præscriptionibus. post Archidiac. in ca. prima actione. de consecrat. distinctione secunda. Dominic. in capi. licet. 45. distinct. Cardin. in clement. 1. de ofic. ordin. Host. in Summa de renunciatione. §. penultimo. versi. est autem scandalum. Diuum Thomam. 2. q. 43. articulo primo & secundo. de hoc duplici scandalo acturus illud in primis adnotabo, scandalum actiuum semper vitãdum esse ea ratione, & cura, quibus tenemur cætera peccata effugere. Est etenim peccatum ex eo, quòd in via spirituali opponit ob ex alteri. id verò contingit dupliciter, vno modo si præbẽs scandalum directè, & ex intentione, seductione, inductione, vel exemplo contendit proximum in ruinam conijcere, atque illum ad peccatum allicere. Quod sane peculiare peccatum est in propria per se specie scandali constitutũ, idque virtuti correctionis fraternæ suapte natura contrarium, quæ virtus in hoc expolita est, vt bonum spirituale fratris promoueamus. Vnde scandalum istud ex intentione speciali sortitur rationem specialis peccati. Altero modo contingit scandalum per accidens, hoc est præter intentionem agentis, cùm quis peccatum, vel opus, quod illius figuram habere potest, alia intentione faciat quàm vt fratrem præcipitet, tametsi is ob eius imbecillitatem inde in præcipitium ruat, & scandalizetur. Tunc. n. hic non constituitur speciale scandali peccatum, cùm minimè constituat peccati speciem quod est per accidens, habet tamen negligentia incautè agentis generaleam ex accidenti scandali rationem iuxta eã, quæ docet pulchrè Thom. d. q. 43. arti. 3. Peccatum verò scandali potest esse veniale, cùm vel inductio non fit nisi ad veniale peccatum, vel quis ex veniali negligentia, vel leui inconsideratione quid facit, vnde alter scandalizetur mortale tamẽ potest esse, si quis vel ad mortale peccatum alterum inducit, aut per grauem negligentiam talem præbet occasionem, ita quidem vt scandalum ex intentione agentis procedens, mortale sit vbi intentio ad mortale tendit, venuale tandem cùm agens intendit proximum in venialem culpam dare præcipitem. At scandalũ per accidens contingens peccatum est mortale, si actus à quo procedit mortalem culpam habeat, vel si quis per grauem negligentiam salutem proximi contemnat, non præmittens ea quæ proximo nocere possint. Sic & veniale peccatum erit scandalum per accidens, cùm actus habeat venialem culpam, vel speciem mali, modò veniali negligẽtia hic posterior actus, & in consideratione quadam fiat, quæ quidem resolutio traditur Diuo Tho. in d. q. 43. art. 4. Ex quib. aliquot ad euidentiorẽ rei cognitionẽ colligunt.

Primùm q̃ is proprie peccat speciali peccato scandali, qui fratrem inducit ad cõsensum fornicationis, furti, aduleterij, & similium criminum, vt consentiens incurrat malũ culpæ. Hoc etenim opus directè tendit aduersus correctionẽ fraternam, cùm ex eo læsio aĩæ contingat, idcircò hoc est speciale pctm scandali. Nã is, qui alterum prouocat ad peccatum, non p̃ hunc finem, vt is malum culpæ contrahat, sed vt ipsius inductoris libidini, & voluntati satisfiat, nempe qui mulierem verbis, & blanditijs inducit in adulterium, vt secum fornicetur, non peccat peccato scandali, sed hæc inductio ad id pertinet crimen, quod per eam persuadetur, sicuti Caietan. Explicat super Tho. e. q. 43. art. 1.

Secundò constat ex his scandalum vtrunque per accidens scilicet, & ex propria, & formali intentione contingens, alteri præstare & præbere occasionem peccandi nõ per accidens sed per se, quia etiam si deficiat operantis intentio ad occasionem ruinæ alterius, ipsum opus sui ratione, & natura propria inducit proximum ad peccandum, & peccato occasionem dat, authoribus Thom. & Caiet. d. artic. 1. in responsione ad quartum.

Tertiò subdeducitur, quod licet in vtroque scandalo actiuo ex propria natura, & per se, contingat, & detur occasio ruinæ, ipsum tamen scãdalum potest recte distingui in scan-

in scandalum per se & in scandalum per accidens sicuti superiùs admonitum est.

Quartò infertur, occasionem ruinæ, & peccati posse cõtingere, & præberi, dupliciter. Per se quidem & per accidens. per se inquam, contingit, cùm quis malum, vel quod speciem habeat mali operatur: intendens ipse alium inducere in ruinam: aut hac intentione deficiẽte, ad peccatum ipsum opus tendat alium allicere propria natura: quia speciem habet mali. per accidens datur occasio peccãdi: cùm opus aliquod nec prauum est, nec mali speciem hẽt; & tñ frater ex eo assumit occasionem peccandi. Hæc etenim occasio per accidens non propria vi, & natura operis contingit. Quod explicat Tho. in dict. respõsione ad quartum.

Quintò apparet, scandalum tunc esse speciale peccatũ, vel ad id reducitur actus sit directè & ex intẽtione operantis dirigitur ad labefactãdum proximum: quo quidem casu scandalum per speciale peccatum est. reducitur item scandalum ad speciale peccatum quãdo absq; intentione alliciendi opus fit, quod tm habet speciem mali: malum tamẽ non est. Quòd si scandalum contingat per accidẽs ex opere malo alia intentione perpetrato, quàm vt quis fratrem præcipitem det, tunc non constituitur speciale scandali peccatum. Sed inest circunstantia grauitatis huic operi: ex eo quod ita incautè quis peccauerit, vt occasionem ruinæ proximo dederit: quẽadmodum subtiliter explicat Caiet. dict. quæst. 43. arti. 1. & in summa, in verb. scandalum.

Hoc vero scandalum actiuum semper omninò vitandum est, & summo pere vti peccatum effugiendum: nec vlla ratione permissum extat. adeò Bedæ sententia in eo accipienda non est, dum edidit: vtilius scandalum nasci permittitur, q̃ veritas relinquatur. Etenim si permittam' hoc scandalum nasci, veritas manifestè relinquitur: & si id cui temus, veritatem ipsam, rectam rationem ac diuina præcepta sequimur: cùm peccatũ satis perniciosum effugiam'.

Postremò ex supradictis colligitur, veram rationẽ scandali actiui non in hoc consistere, quòd alij actu accipiant scandalum, & delinquendo in præcipitium labantur: sed in hoc, quòd offeratur causa vel occasio peccandi. vnde potest esse scandalum actiuum, & sic offendiculum in habitu absque scandalo passiuo, id est absque ruina, & offensione. Quod radicitùs deducitur ab his, quæ Thom. dict. qu. 43. scribit & docet eleganter Dominicus à Soto in eruditissimis super Epistolam Pauli ad Romanos commentarijs, c. 14. idem ostendit Alfonsus à Castr. & probat subtiliter in lib. 1. de iust. hæret. punit. c. 20.

Est & aliud scandalum, quod dicitur propriè acceptum & non datum, & id passiuum appellatur speciali quadam ratione. Est etenim peccatum proueniens ex bono opere, vel dicto alterius, aut saltem ex eo dicto vel facto, quod ne malum est, nec mali imaginem habet. Dicitur acceptum, & non datum quia ex ea re, quæ apta non est ad dandam occasionẽ mali, aliquis peccandi occasionem accipit. Hoc autem scandalum passiuum non potest esse nisi peccatum: etenim nihil aliud est scãdalizari, quàm peccare exemplo, vel causa alterius, qua ratione passiuum scandalum semper est peccatum in eo, qui scandalizatur, secundum Tho. dict. quæst. 43. art. 2. speciale verò peccatum nõ est, nec esse potest, quia ex dicto, vel facto alterius contingit aliquẽ incidere in quodcunque genus peccati. sumere autem peccandi occasionem ex opere alterius, non constituit speciem rationem peccati cum non inducat vitium speciali virtuti oppositum, vt idem Thom. explicat art. 3.

In hoc tandem scandalo passiuo intelligẽdum est quod Beda docuit, scribens, vtilius scandalum nasci permittitur, quàm veritas relinquatur quæ regula omnino accipienda in cũ sensum est, vt de triplici veritate eam intelligamus, vi delicet, vitæ, iustitiæ, & doctrinæ. Nec enim veritas vitæ, nec doctrinæ, nec iustitiæ, omittenda est propter vitandũ scandalum proximi. lex namque charitatis, quæ dictat, vt plus te quàm proximum ames, eadem præcipit vt plus in te quàm in proximo peccatum vites. Peccaret autem quis omittens veritatem vel vitæ, vel iustitiæ, vel doctrinæ: qui veritas omittenda non est vt scandalum, & sic peccatũ proximi euitemus, ita quidem interpretantur eam regulã gl. & Canonistę. in d. c. qui scandalizauerit. Thom. diligenter in d. q. 43. art. 7. & 8. Alex. Halensis 2. part. q. 189. membro 6. Hadrianus quodlib. 1. art. 2. & 5. Alfonsus à Castro lib. 1. de iust. hæret. punit. c. 20. Quamobrem oportet prænotare, quod veritas dictat, & intendit ad æquationem rei ad intellectũ. omne quidem illud, quod intellectui recto seu rationi conforme est, & adæquatum dr verum, adæquatũ item dr intellectui, omne id quod est tale, quale debere est ratio ipsa dictat. sic sanè rectitudo operis procedentis, ab anima, veritas vitæ appellatur, & ideo veritas vitæ id est quicquid in propria specie est cõforme rationi, & adequatum intellectui recto, propter scandalum omittendũ est. Quia vtilius scandalum nasci permittitur, quàm quod veritas relinquatur: vnde plura deduci poterunt, quæ huius quæstionis faciliorem reddant examinationem.

Primùm inde apparet, nunquam omittendam fore veritatem disciplinæ ob euitandum scandalum, intelligendo veritatem doctrinæ quo ad id, quod docetur. non.n. licet, nec licuit unquam falsum docere, nec id cõuenit rõni, nec intellectui recto, vt cunq; scandalum etiam maximum immineat, nec potuit aliter vitari quàm si falsum prædicetur, & doceatur. hoc corollarium probat Thom. in d. q. 43. ar. 7. ad 2. idem sentire Alex. Halensis, Hadrianus & alij, cum ad salutem necessarium præcise sit, non docere falsum doctrinam, ea verò quæ sunt necessaria ad salutẽ nullo pacto debent omitti ob scandalum proximi vitandum. esset profectò tunc inordinata charitas, si quidem peccaret quis ob euitandum in proximo peccatum, quod non licet.

Secundò subinfertur, veritatem doctrinæ quantum ad actum docendi posse ad tempus omitti propter scandalũ, quod oriretur ex ignorantia pusillorum. actus namq; docendi inter misericordiæ opera computatur, & est eleemosyna spiritualis, quæ quidem opera differri possunt ob euitandum pusillorum scandalum ad tempus, donec aptiori loco, & congruo magis tempore fieri cum maiori vtilitate possint, cum rõni cõueniat hæc opera congruo loco, & tempore fieri: ne quis teneatur ex necessitate salutis ad actum docendi nisi oportuno tempore, quo magis docere, q̃ irritare pusillos valeat. Iuxta ea, quæ de correctione fraterna tradit Thom. in 4. dist. 19. q. 2. ar. 3. Quod si iam ita processum fuerit, vt scandalum hoc ex actu docendi malitiosum sit, & oriatur ex malitia potiùs, quàm ex ignorantia, non est doctrina ob scandalum omittenda, præsertim vbi docẽdi actus necessariò incumbit alicui, vel ratione officij, vel propter necessitatem ignorãtis. Sic elee mosyna propter vitandum scandalum omittenda non est, quoties proximus habet extremam necessitatem, secundum Thom. dict. articul. 7. sicut nec vllo pacto licet innocentem occidere ob scandalum vitandum: quod fatetur Bartolus in l. penultim. ff. de sicar. non enim ipsa prouidentia diuina ita constituit genus humanum, vt possit contingere necessarium fore ad Reipublicæ salutem innocẽtem occidi, nec potest rationi, aut recto iudicio congruere, q̃ innocens occidatur ob scandalum effugiendum.

Tertiò hinc apparet posse quẽpiã & debere omittere diuinarum missarũ solẽnia, & abstinere ab auditione missæ, etiam dieb. festis, ob euitandum scandalum eorũ, qui censent, & existimãt eum esse excõicatum, tametsi vere excõicatus non sit, quod probatur argumento tex. in c. illud. de cleric. exc. ministr. & præterea rõni consentaneum est, minimè expedire, imò potiùs nocere, q̃ quis audiat missam cum scandalo eorum, qui absq; malitia vltis quibusdã causis existimant eum esse excõicatum, & ideo abstinere dẽt à diuinis, donec palàm fiat eum excõmunicatum non esse.

Quarto

Quartò ex his deducit falsum esse quod ad d. regu. Qui scandalizauerit. scribit Panormi. asseuerans Bedæ dictum, & eam regulam procedere in iudice, & teste: non in alijs: cùm extra iudicium, & testimonium veritas omitti possit ob scandalum vitandum. ita ipse Panor. post Inno. in d. ca. officij. de pœnit. & Fel. in c. nihil cum scandalo. de præscriptio. 3. col. Nam ex præmissis apparet tam in iudicio quã extra, & vbique in actibus mortal. locum esse regulæ: vt vltius scandalum nasci permittatur, quã q̃ veritas relinquaẽ quandoquidem nullum possit discrimen constitui inter actus iudiciales, & extraiudiciales: cùm plerũq; iudex ob vitandum scandalum aliquid differre, & decernere possit aut omittere, quæ alioqui cessante scandalo iniustè herẽt, vel omitterentur, sicuti statim manifestum fiet, qua ratione interpretatio Panor. omninò aliena est à sensu eius authoris, quem interpretatur. Beda etenim Marc. c. 9. ita scripsit. Nota q̃ in bono opere nostro aliquando cauendum est scandalum proximi, aliquando pro nihilo habendum, in quantum sine peccato possumus vitare proximorũ scãdalum, debemus. Si autem pro vitare scandalum sumitur, vtilius nasci permittitur, quàm veritas relinquatur. Hactenus Beda. à quo nihil magis alienum est, quàm q̃ eius verba tantum in iudice, & teste accipiãtur, quæ à Theologis, & viris doctissimis passim omnium cõsensu in vniuersum accepta fuere. atque ita Pan. & aliorum sniam falsam esse censent. Had. in 4. sen. tract. de rest. fol. 7. Io. à Medina de cõtractib. q. 3. 4. cau. & Cast. de potest. legis pœnalis. li 2. c. 11.

Quintò manifestè colligitur, non esse congruam, nec de sendi posse eam distinctionem, qua hac in re quidã vti fuere, existimantes, præcepta iuris naturalis, vel diuini præter mittenda non esse, ob scandalum vitandum: præcepta aũt iuris positiui ea ratione omitti posse ita sanè post Inno. vi sum est Antonio in c. nisi cùm pridem. §. pro graui. de renunciat. Card. & Imo. in clem. 1. de immunit. eccle. Dec. in c. cum teneamur. de præbend. Fel. in d. c. nihil. col. 3. nam si veram regulæ rationem pensitemus, & præcepta iuris diuini ac naturalis ob scandalum euitandum præmitti poterunt, quoties ratio dictat id ita conuenire, & salubre esse. & item præcepta iuris positiui plerunque non erunt omittenda ob scandalum vitandum, si rationi, & recto intellectui minimè congruit eorum omissio. quia secundùm scãdali circunstantiam, & præcepti vtilitatem vtilius sit scandalum nasci, quàm quod præceptum omittatur.

Sextò hinc aperitur sensus glo. in d. reg. qui scandalizauerit. quæ ad interpretationem illius regulæ confert, ea præcepta, quæ sunt adeò firma, vt nullam admittant dispensationem, non esse propter scandalum euitandum omittenda. c. sicut illa. 1. q. vlti. ma. et ea, quæ dispensationem admittunt, ob scandalum prætermittenda fore. Est etenim glos. sensus, q̃ ob euitandum scandalum nemini est faciendã in iuria, nec omittendum id quod rectum est, ac rationi, & recto intellectui conuenit. Nam præcepta quatenus continent inter homines communem vtilitatem, & iustitiæ ordinem, vt nulli fiat iniuria, cuilibet reddatur debitum: itẽ vt rectum, & reipublicæ vtile fiat: immutabilia sunt, nec dispensationem admittunt, etiam ab ipso Deo, qui secundũ Apostolum fidelis permanet, & negare seipsum non potest, secundum Paulum secundã ad Timoth. c. 2. Negaret verò seipsum, si ordinem iustitiæ auferret, & ideò nec Deus ipse dispensare potest, vt homini liceat ab ordine iustitiæ declinare, vel inordinatè se habere ad Deum, sicuti docet D. Thomas. 1. 2. q. 100 arti. 8. Sic secundùm eundem præcepta decalogi quo ad rationem iustitiæ, quam continet, immutabilia sunt, nec dispensationem admittũt etiam ipsius Dei, tametsi quo ad applicationem præceptorum actibus particularibus, eadem ꝑcepta admittant diuinam & humanam interpretationem. diuinam inquam in his, quæ secretam habent diuinę prouidentię dispositionem, vt mandatum occidendi innocentem Isaac. Deus etenim, qui dominus est vitæ, & mortis, quique iustos & iniustos ob primi parentis peccatum mortis supplicio punire potest, is peculiari quadam ratione nobis occulta potest permittere, & præcipere innocentis occisionem. Nec per hoc violatur præceptum illud, non occides, quia non est hęc iniusta occisio. Sic & Osee accedens ad mulierem fornicariam iussu Dei mœchatus non est, quippe qui accesserit ad eam, quę propria erat vxor, secundùm mandatum Dei, qui fuit matrimonij institutor, & author. Explicat optimè distinctionem hanc Dominic. Soto lib. 2. de iust. & iure, q. 3. art. 8. & vers. & per hęc. Humana autem interpretatio præceptorum decalogi tunc contingit: cùm in actibus particularibus detentio rei alienę iudicatur licita & debita, cùm hominis occisio censetur iusta, & minimè iniuriosa. in quib. sanè casibus ipsius iustitię ordo, qui per præcepta decalogi significatur, & proponitur obseruandus, nequaquam violatur. vnde quæ pertinẽt in specie, & in actu particulari ad debitam iustitię rationem, cùm immutabilia sint, nec dispensationem admittant, ob scandalum vitandum omitti non possunt. Quo fit, vt actus mali, qui nulla circunstantia licere possunt, qualia sunt adulterium, fornicatio, falsum testimonium, innocentis occisio, & his similia, ob vitandum scandalũ minimè permittant, idẽ ipse in tractatu iusti metus probaui in epitome de sponsalib. 2. part. c. 5. §. 3. nu. 5.

Septimò ab eadem radice constat ratio tex. in c. 2. de noui ope. nunci. cuius hæc sunt pulcherrima, & insignia verba, cum sacræ scripturæ testimonio debueras didicisse, q̃d licet opera illa, quæ sine mortali pcto omitti nõ possunt non sint pro vitando scandalo dimittenda, nec ea debeant pro vitando scandalo committi, quæ sine mortali peccato committi non possunt, ab his tamen quę sine mortali peccato committi possunt pariter, & dimitti, fit pro scandalo tollendo cessandum, & eis etiam pro vitando scandalo resistendum. Hactenus doctissimus ille vir, & Theologę eruditione, & summi pontificatus vere pastorali cura insignis Innocentius Tertius. à quo planè constat vera interpretatio tex. in d. reg. qui scandalizauerit. vt tãdem quod in ita peccatum est, vt nullo pacto absq; mortali culpa, vel omittatur, vel committatur, minimè sit nec committendũ, nec omittendum ob vitandum scandalum, ne quod rectũ est, & rationi consonum, turpiter prætermittatur.

Octauo, quamuis iure naturali, & diuino prælatis, & superioribus obediendum sit sub peccati pœna, Proterbiorum ca. 8. capto iure. 8. distinctio. cap. quod præcipitur. decimaquarta quæstione 1. cap. 2. de maiorit. & obedi. ca. omnis anima. de consib. cap. 13. ad Roman. tamen propter scandalum vitandum omitti iuste potest obedientia hæc. quod probat tex. optimus in ca. si quando. de rescript. lit in li. vindicari. C. de pœnis. quę quidem cõstitutio habuit originem ab eo, quod de Cęsare Theodosio scriptum est libr. 11. Ecclesia. Historię. c. 18. & c. cum apud Thessalonicam. 11. q. 3. à Diuo item Augustino lib. 5. de ciuit. Dei. ca. 26. cuius & nos meminimus lib. 2. Variar. resol. ca. 8. num. 1. Cùm enim apud Thessalonicam seditio esset exorta, & quidam ex militaribus impetu populi fuisset extinctus, Theodosius ex improuiso plebem ad ludos congregatam à militibus obtruncari iussit: atque cùm à sacerdotibus redargueretur, agnouit culpam, legemque sanxit, vt sententię Principum super animaduersione prolatæ, in diem tri gesimum ab executoribus differrentur, quo locus misericordiæ, vel pœnitentię non periret. fuit namque Theodosius clementi, ac misericordi animo præditus, seueritatisq; pręcepta dilatione modica interdum mollichat, authore Paulo Diacono libro 13. Nec tantùm est supersedendum obedientię superioris ob vitandum scandalum: cùm ipse superior quid iniquum præcipiat, sed & cùm aliquid iustum præceperit, ratio siquidem vitandi scandali operatur, vt tunc cesset lex illa, quę dictat superioribus obtemperandum fore. hoc probatur in c. cum teneamur. de præbend.

iuxta

iuxta expositionem Card.ibi dum solam rationem scandali sufficere censet Romanus Pontifex in specie illa, vt eius literis minimè obtemperetur.facit optima gl.in c.2.3.dist. quæ probat,electionem alioqui iustè factam,irritam fieri & reuocari ob vitandum scandalum,no.Abb.in c.1.col.2. de elect.Fel.in d.c.nihil.2.col Decius in d.c. cũ teneamur, quibus adstipulatur text.sing in c.nisi cum pridem.§.progressu quoque scandalo.de renũc.& in c.quæsitum. vbi Panor.de rerum permutatione. Vnde sanè fit,vt ratione vitãdi scandali possit Romanus Pontifex aliquem priuare beneficio ecclesiastico,cuius titulum canonicum habebat, si commodè fieri potest dato alio itidem beneficio,vel damni læsione compensata,tradunt Romanus in singula.794. Hippo.in singulari 683.& 634.Inno.in d.c.nisi cum prudẽ gl.in c.episcopus.de locis.7.q.1.& ibi Archidia.Fred.de permutatio.benefic.q.25 & Card.clem.1.q.4.de rerum permutatio.potius quidem expedit reipublicæ, vt quis re propria priuetur: quàm vt scandalum oriatur: cùm id aliter vitari nequeat:nec ex malitia procedat.Scandalum namque malitiosum nequaquam est considerandum, quoties tendit in læsionem eorum,qui malitiam, & iniquum animum hñt. Hic sanè fit vt cum scandalo minimè sit obediẽdum superiori,etiam Papæ,quoties rectitudo rationis dictat potius expedire vt non obtemperetur,quàm vt scandalum oriatur,etiam si superior præceperit obedientiam,non obstãte scandalo.nec.n.potest id superior præcipere,cùm sit cõtra charitatem,quæ finis debitus est præcepti.prima ad Timoth.c.1.& præcipuè cauere debeant prelati subditorum scandalum,c.cauendum.decima,quæstione tertia.vnde superior potestatem non habet aliquid præcipiendi etiã dato scandalo,sicuti censent Bal.in leg.rescripta.C.de precib.imp.offer.col.2.& Dec.in c.si quando.de rescript. colu.2. quidquid ipse,& Abb.senserit in d.c.cum teneamur. His omnibus accedit vt licet alioqui præceptum superioris in dubio præsumatur iustum,c.si quid culpam.23.qu.1.gl.in c.ad aures.de tempo.ordin.c. in præsentia. de renunc.cita ne.32.q.5.gl.in c.ex tenore.& ibi Doct.de sentẽ. excom. gl.in c.2.de maior.& obed.notat Palud.in 4.dist.19.q.4.colum.3.attamen poterit differri eius executio, quoties magnus damnum timeretur ex ea, quàm ex dilatione, quæ fit donec appareat de vera præcepti iustitia, secundum Hadria.quodlib.2.versi.pro solutione.Domin.à Soto in relectio.de secreto.3.membro.quæst.2.conclusi 1 & 2.& Martin.Azpilcueta in c.anter verba.11.q.2.corol.53.

Nonò à supradictis deducitur vera interpretatio tex.in ca.nihil cum scandalo.de præscript.quo responsum est, prælatos posse iustè omittere rerum ecclesiæ repetitionem ob
6 scandalum vitandum. Nam prælati tenentur bona & patrimoniũ ecclesiæ repetere ab iniquis possessoribus, & ea illæsa seruare,alioqui mortaliter peccant.tex.in c. in canonibus.in verb.iniquum.16.q.1.gl.in c.ea. de offic. Archid. notat Diuus Thomas dict.q.43.ar.vlt.est etenim prælatis necessaria necessitate salutis,rerũ ecclesiæ repetitio & defensio,& sic Thom.Cantuariensis Archiepiscopus laudat, qui cum scandalo regis,& totius regni bona ecclesiæ repetere conatus est.tex.in c.sicut dignum.de homi. vnde non est omninò expedita responsio tex.in d.c.nihil. quamobrem est adnotandum,quod si scandalum hoc procedat ex ignorantia,vel infirmitate,tunc scandalum illud tollendũ est per congruas admonitiones,& interim,differri poterit repetitio rerum ecclesiæ ad tempus.sed si scãdalum ex malitia procedat,repetenda sunt ecclesiarũ bona non obstante scandalo,sicut Thom.explicat dict.q.43. arti.vlt.& adnotarunt Doct.in d.c.nihil.ac colligitur ex his quæ modò expositа fuere in hoc scandali tractatu.quibus duo addenda sunt.primum,quod licet rerum ecclesiæ repetitio minimè sit differenda ob eu tandum malitiosum scandalum in illis qui ex malitia scandalizantur:differenda tamen est propter temporale,vel spirituale damnum, quod aliis immineret si repetitio fiat.etenim si prælato repetente res ecclesiæ à principe,qui ex malitia scandalizatur,sequeretur,aut timeretur auersio populi à fide ex persuasione principis imperantis,aut grauis diuidium in ipsa plebe: tunc consultius est,repetitionem rerum ecclesiæ in tempus commodius differri,quàm tanta cum iactura modò repetis:secundùm Caiet.in d.art.vlt. Alterum quod dixi Thomæ resolutioni additur,rectam quandam rationem præ se ferre videtur.Quia si prælatus speret,& suspicetur minori cũ scandalo res ecclesiæ posse alio tempore repeti: differenda est repetitio in illud vsque tempus,etiam si scandalum sit malitiosum:quod sentiunt Abb.& Doct.in d.c.nihil. arg.tex. in c.quando.11.q.3.Sic denique Thomas Cantuariẽsis Archipræsul laudatur,vel quia scandalum à malitia procedebat,nec sperabat posse res ecclesiæ alio tempore commodiùs repetiri:mò suspicabatur ex repetitione etiam maximo cum scandalo,occupatores, & violentos rerum ecclesiæ detentores labente tẽpore ad frugem melioris vitæ reditoros:sicuti & Hadr.explicat in d.quodlib.1.artic.3.

Decimò, vt ad propositam à nobis quæstionem à qua longitis digressi fuimus,tandem redeamus,hinc aperitur, intellectus ad tex.in d.c.officij.de pœniten.& remissio.tol liturque fortis,quàm illi opponimus,obiectio.recta siquidem ratio dictat,quòd res aliena domino reddatur, damnumque alicui illatum resarciatur:modò id fiat absque proximi maiori læsione corporis,vel famæ.nam alicui restitio tunc illicita est,& iure naturali,diuino,& humano reprobatur:cùm inuito domino contingat.at si voluntas adsit, domini expressa,præsumpta,debita vel licita,retineri alienum absque salutis spiritualis periculo potest,in hac verò specie dominus iuxta rectæ rationis iudicium debet velle, quòd cum tam grauis damno,quale est mortis periculum, aut famæ dispendium,res propria sibi non restituatur, ex quibus consequitur, non esse in hoc casu necessariam rei alienę restitutionem precise ad salutem animæ: cùm mulier adultera nõ teneatur de necessitate salutis reuelare proprium crimen,& ideò cùm reg.qui scandalizauerit.intelligenda sit de veritate vitæ,iustitiæ,& doctrinæ,quoties veritas est ad salutem necessaria,non est inconueniens, veritatem hanc ab adultera ob effugiendam necem propriã, & vitandam infamiam, ac mariti scandalum, relinqui & omitti. Tandem ad formalem responsionem obiectionis, negandum est,non esse necessarium ad salutem nec pertinere ad veritatem vitæ,aut iustitiæ,aut doctrinæ,de quibus iuris regula tractat,quòd adultera proprium crimen reuelet cum periculo mortis vel infamiæ,etiam si reuelatio vtilis, futura sit ad illati damni reparationem.ad hæc facit tex.in c.ne quis arbitretur.versi.illud.22.q.2. vbi propter vitandum scandalum non est alicui propria res restituenda, nẽpe gladius, si illum habens suspiceretur dominum cum eo peccaturum,aut malum commissurum.tex.ad idẽ in Leona fides.ff.depos.nec ex hoc iuris naturalis præcepto iniuria fit:cùm id ad specialem istum actum minimè possit applicari,vt constat rectè rõnis examinatione .quod & nos probauimus.2.part.Epitomes,de sponsalib.c.6.§.9.nu.2.

Sed & secundo loco aduersus decisionem tex.in d.c.officij.opponitur.Fama etenim,etsi sit res quædam admodũ, pretiosa,]maximumque omnium bonorum exteriorum. c.deteriores.6.q.1.Arist.lib.4.Ethic.c.3. verè tamen inter res exteriores connumeratur, & temporalis quædam res censetur:& ideò licet maximę æstimationis sit,pecunia tamen potest compensari,& æstimari,sicuti ipse adnotaui libro.1.Variar.resolu.c.2.nume.8.ergo potest contingere maius damnum dari marito heredibus ex occulto adulterio,quàm ipsi adulteræ ex eiusdem criminis reuelatione.

Consequens hoc probaturquia si constituamus adulteram extra periculum mortis cum solius famę iactura, quę non ita grauis sit inspecta fœminę qualitate, ac demum fit ex aduerso patrimonium mariti ampliss imum,satis apparet maiorem esse hæredum mariti iacturam,q̃ ipsius fœminæ,quæ adulterium commisit,quo ad famæ læsionem. Nam licet aurum sit pretiosius argento:potest fane argentum esse tantæ quantitatis, aurumque minoris multo,vt maioris valoris sit argentum quam aurum.

Tertio,Adultera, eam enim iterum constituamus a periculo mortis liberam,& immunem,pp crimen adulteri,culpa eius non esi digna fama illa quã habet dũ occultum est adulterium.digna siquidem est pœna saltẽ infamię ob adulteriũ iuxta notata in l.1.ff.de his qui notãtur infamia.igitur tenebitur adulterium prodere, præsertim ad vitandũ proximi læsionem in patrimonio,etiam si eidem detrimentum famæ immineat ex reuelatione, cum iuste mereatur famam amittere,quæ tũ crimen cõmiserit,sicuti qui proximum infamia affecit,tenetur in fontẽ ab hac ignominia,retractatiõe liberare ẽt cum periculo propriæ infamiæ,sicut & tenetur quis innocentẽ eius culpa in vitæ discrimen adductum a periculo vitæ eximere,ẽt cum propriæ vitæ dispendio.Huic tñ obiectioni satis rñdetur,si illud adnotemus,neminem teneri seipsum prodere,& infamare,ẽt si crimen commiserit, tex.in c.si quis aliquã.§.non tibi dico.de pœn.dist.1. Th. 2.2.q.69.ar.2.Quod si sit aliquis debitor alterius,quẽ in fontẽ & innocentẽ falsò testimonio infamauit,tenebitur ẽt cũ periculo similis infamiæ,idem damnum illatum restituere,non tũ cum maiori damno,& periculo.oportet igitur examinare,an debitoris,& creditoris æqualis sit fama iactura,& tunc tenebitur debitor ad famæ restitutionem.sed si maior sit debitoris detrimentum,tunc omittenda est famæ restitutio,ne fiat cum maiori damno debitoris,qui in maiori,& extrema honoris & famæ necessitate est constitutus.Nam licet teneatur quis famam restituere alteri æque indigenti,ẽt cum æqualis boni iactura,non tenebitur famam alteri restituere cũ maiori restituentis læsione,q̃ sit commodũ eius,cui est facienda restitutio,aut saltem cum is non patiẽ ex dilata vel omissa restitutione dãnum ita graue sicuti alter pateretur:vel ratione necessitatis extremæ,vel ex eo q̃ alter passurus sit ex restitutione damnum famæ,& honoris,dãs vero, cui est facienda restitutio,ex eius omissione tñ patiatur læsionẽ in diuitijs,esset etenim inordinata dñi voluntas, & iõ minime obseruanda,si restitui sibi velit pecuniam, aut patrimonium cum graui debitoris iactura in reb.q̃ maximæ æstimationis censent,qualis est fama.quamobrẽ non omnino vrget Romani Pontificis rñtum, quod vltimo loco adducebam.plura tamen,quæ hactin q. poterant examinari omittens,aliquot adnotabo ad suprascriptæ decisionis faciliorem interpretationem.

Primum quidẽ Theologi & Canonistæ in hoc conuenire mihi videntur,q̃ adultera habens patrimoniũ, ex quo valeat commode ltimis mariti hæredib.illatũ damnum resarcire,tenetur,id omo facere,cum ea restitutio fatis fieri possit absq; iactura famæ,vel honoris ipsius adulteræ.qua rõne ad eius salutẽ spiritualem debet mulier adultera curam huius satisfactionis habere, ẽm Abb. & alios in d.c.officij.& Syl.in verb.adulterium.q.1.

Sed̃o illud est obseruandũ,q̃ si adultera non possit probare proprium adulterium, & sciat nihil profuturã, & inutilem fore eius reuelationem,nec possit damnum patrimonio,& reb.propriis resarcire,minime tenebit̃ crimen detegere.Nam præterquam q̃ esset hæc temeraria reuelatio & famæ prodiga dissipatio, nequaquam obligatur adultera facere id,quod nihil ad damni illati reparationẽ conducit.atq; ita in hac inita persistunt omnes, q̃ quæstionem hanc tractauere. Sed quæritur oportune an teneatur adultera filio spurio secrete adulterũ detegere?fane quibusdam visum est,eam ad hoc non teneri, quia nec filius matri hoc allegare,aut credere tenetur iuxta gl.in d.c.officij.& in l.si pollicitus.vlt.ff.de lib.& posth.

ẽt si sciat matrẽ adulterium commisisse,quod omnes fatentur in c.per tuas.de proba.& in l.filium. ff. de his qui sunt sui.cum non sequatur necessario filium esse conceptũ ex adulterio,eo q̃ mater fuerit adultera.tex.elegans in l.miles.§.defuncto.ff.de adul.quo fit,vt mater adultera minime teneatur nec filio reuelare secreto adulteriũ: nisi uiderit eã reuelationem vtilem certò futuram ad ẽmi satisfactionẽ,nec inde timeat famæ dispẽdiũ,Etenim quod probare conantur Palud.in 4.sent.dist.27.q.2.ar. 1.& Hadr.in materia de restitutione.fol.7.existimantes matrem adulterã teneri occulte filio spurio crimẽ adulterij detegere,ẽt si certo sciat,filium minime illi creditur̃.fallum est,& à rectitudine iustitiæ alienũ, & iõ im probatum a viro doctissimo Alfonso de Cas.lib.2.de potest.legis pœna.c.11.Fortasse tamen Paludani sic ita posset admitti in hunc sanè sensum,quod mater adultera in mortis discrimine constituta,dum ipsa instat mors,præsto iuro,& adductis rationib.quæ possint filium persuadere,eidem filio secrete denunciet, ipsum ex adulterio conceptum fuisse. poterit enim contingere,vt filius matri rem ita asseueranti,credat abstineatque mariti hæreditate.Fateor equidem adhuc & in hoc casu dubium esse Palud.opinionem.cum etsi possit ita accidere,vt filius matri credat,tñ credere non tenebitur , idcirco mater cogenda non est, crimen proprium in hoc accepti remedio cuiquam prodere,præsertim quod Palud.& Hadrianus eorum sententiam veram esse censent, etiam si mater certo sciat,filium eidem non crediturum , quod non video posse iusta ratione defendi.

Tertium constat omnium sententia,mulierem adulterã,q̃ adulteriũ detegere põt absq; mortis & infamiæ periculo,teneri id reuelare,modo vel ꝓbare possit filiũ spurium,esse vel sciat eius reuelationem futurã vtilẽ ad illati dãni restitutionem. qd minime cõtrouersum est.

Hinc conitat an verum sit quod pleriq; adnotarunt priorem sententiam admittentes, tvbi lex pœnalis esset pure pœnalis, quæ nihil p̄ciperet, aut prohiberet, sed tm̄ pœnam statuerit hoc vel illud facienti. Nam in hac spē legem illam non obligare ad mortalem, nec venialē culpam rōderunt Henr. a Gandauo quodlib. 5. q. 22. & Io. Dried. in d. lib. de libert. Christ. qui legem pure pœnalem distinguunt a lege mixta, quæ simul certum statuit percipiendo, vel prohibendo, & transgressorem pœnā punien 4 dum esse censet. Sed quia Henr. hanc rātionē non ita simpl'r proponit, sed in hunc sensum, vt lex pure, pœnalis ex se ipsa & ex verborum forma non obliget ad culpam, sed vel ex eo quod præmittat id, propter quod pœnam imponit esse vel prohibitum iam, vel præceptum lege diuina, vel humana, & deinde concedit, legem pure pœnalem ex intentione legislatoris pœnam statuentis ad culpam obligare, non ex se ipsa, huius ꝛclusionis author est Alfonsus a Castro lib. 1. de pote. legis pœna. c. 9. posit Caie. quem ipse citat 2. 2. q. 187. ar. 5. eo etenim capite doctissimus ille vir, maximis rationib. probare nititur, legē pure pœnalem ex se ipsa, nisi alia præcesserit naturalis, diuina, vel humana lex, minime obligare ex forma verborum & quatenus pœnalis est ad culpam, mortalem nec venialem, addit præterea non recte colligi a legislatore intentionem obligandi transgressorē ad culpam ex eo solum, q̄ pœnam simpliciter, & pure statuerit, qua in re discedit ab Hen. Gandauensi, cum quo secundum eum cōuenit Syl. in verb. inobed. licet Syl. ipse non satis percipiens quid Henr. scripserit, eum reprehendent.

Ego tam̄ fateor, legem pure pœnalem ex ipsa verborū forma non obligare ad culpam, quamuis culpam ipsam p̄mittat frequentissime lex ista, ex alia lege diuina vel humana, quēadmodum sentire Driedo. & Caie. idq; eruditissime ostendit, ac neruose Alfonsus a Castro in d. ca. 9. concedo item non semper recte, nec necessario colligi legislatoris intentionem obligandi trasgressorem ad culpam, ex eo q̄ legem pure pœnalem statuerit. Scio etē im non esse hanc collectionem necessariam. Attamen opinor plerunq; ex lege pure pœnali, q̄ pœnam infert pro eo, qd̄ alia lege, nec prohibitum est, nec præceptū, quod raro contingit, deduci posse conditoris intentionem ad obligandum eum, qui vel fecerit, vel agere omiserit, id pro quo pœnam statuit ad mortalem, aut venialem culpam. Nam ex subiecta materia pœnalis legi quandoque conitabit legislatorem talem legem statuentem intenda re

dere, vt fiat, vel omittatur id pp quod pœnam imponit. quid enim si quod id fiat vel omittatur expedit reipublicæ, & hæc ró manifesta sit apud ipsum legislatorem? profecto conferem ipse tunc intentionem legislatoris legem pure pœnalē statuentis, eam esse, vt id fiat, vel omittatur. Sic denq; id fieri, vel omitti non tñ est simpliciter vt ille cōtēdit, cum legis conditor curam gerit, sed & maxime interest eius ad bonum cōe id fieri, vel omitti, qđ præsumitur ob grauem pœnam lege pure pœnali statutam, nē admodū alienum à ratione videbitur, in hac specie cōiecturæ, intendisse legislatorem ad mortalem culpam obligare transgressorem eius quod in hanc legē mere pœnalem pro eius materia deduxit. Quamobrem iuxta hunc sensum admitti fortasse poterit quod Henr. Gandauensis & Sylu. adnotarunt. Sic sane post huius operis primam editionem prodijt in publicum opus elegās de iust. & iur. authore Dom. Sot qui dib. 1. q. 6. ar. 5. hāc posteriorem opinionem sequitur scribens legem pure pœnalem obligare ad culpam.

Posito ex hac disputatione apparet, non esse, iustā nec congruā rōnem opinionis eius, qua quibusdam placuit, vectigal, tributum, aut decimam rei venditæ æstimationis & pretij partem non esse necessario in aīæ iudicio regi soluendā, nec teneri hæc iura fraudantem ad restitutionem, q̄ leges regiæ non solum tributa, hæc regalia iura, pœnas a iudicib exigendas imponant, constat etenim tragicum omnino esse hanc rationem minimeq; veram circa re hanc tam audacem, & proteruam conclusionem.

Idcirco qōni propositæ ridentes, hanc omnino verā conclusionem edimus, tenetur in animæ iudicio præter mortalem, quam contrahit, culpam ad restitutionem is
5 qui tributū, vectigal, aliudq; regalia iura principi reddere per fraudem aut simulationem omittit, mo hæc ipsa tributa iusta sint, nec legem iustæ exactionis egrediatur. Huius assertionis ratio ea est, q̄ princeps iuste tributa, ac vectigal exigat, modo hæc tributa tyrannidem ob excessum grauem non sapiant. Probatur hæc ipsa totius veritatis basis & fundamentū pars potissima authoritate ac testimonio Saluatoris qui interrogatus an liceret censum dare Cæsari, respondit Matth. ca. 22. Reddite ergo q̄ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo. quo in loco secūdū Hieron. & Theophylactum præcipit deus dari, ac reddi tributa Cæsari, & principib. idem facit dum Matthæ. c. 17. iubet Petrū, vt daret eis pro se, & ipso Petro soluere. item Paul. ad Rom. ca. 13. inquit, ideo enim & tributa præstatis, ministri enim dei sunt, in hoc ipsum seruientes. Nam nobis sunt labores, quos princ. pes pro populo tolerant, cū eius curā gerunt, rebusq; publicis prospicūt ac laborāt in executione iustitiæ ut suum cuique ius reddatur, vt nemo alterum lædat pronunciamus; bello, & armis tutantur, ne a finitimis gentib. opprimatur, qua rōne iuste principes tributa, & vectigalia exigunt a populo. siquidem dignus est mercenarius qui operat, merces de sancta fane diuinum eloquium dictat, Luc. ca. 10. dignus est operarius mercede sua. igitur sicut principes cauere debent ab iniustis exactionib. quæ potius ad luxum & delicias, quam ad expensas necessarias defentionis, & administrationis reipublicæ, iustāq; laboris mercedem pertineant, ita & subditi abstinere debent a fraude, & simulatione, quibus principem ipsum debitis iuribus defraudent, cum potius teneantur ea reddere principi, eiusque publicanis. redite, inquit Paulus omnib. debita cui tributū, tributū, cui vectigal, vectigal, timorē cui honorē honorē. Hanc igitur intentionē qd teneatur, quis in animæ iudicio principi reddere tributum vectigal, & alia iura regalia, quæ iusta sint, asserunt Pano. & ibi Doct. in cap. nouimus, de cens. & plerique alij, quos referunt, & sequuntur, dicentes hanc opinionem eorum esse, Bertachinus in trac. de Gabellis, quæst. 9. in prin. & Syluest. in verb. Gabella. 3. q. 8. eandem sententiam defendunt Io. a Medina in lib. de contract. q. 13. & Alfonsus a Castro lib. 1. de potestat. legis pœnalis. c. 11. Domin. Soto lib. 3. de Iust. & iure. q. 6. ar. 7.

Hinc infertur, eos qui simulatione & fraude occulte detrahunt, mercesq; inuehunt in ciuitatem, vel prouinciā, aut euehunt, quo publicanos effugiant, ipsosq; debitis iuribus. & vectigalib. defraudent peccare quidem mortaliter, & teneri ad integrā vectigalium restitutionem, etiam si vectigalia non petantur. Nam hi, qui merces inuehunt, aut euehunt tenentes eas per viam publicam consuetam, & regiam transmittere, easque non occultare. l. 5. tit. 7. par. 5. l. 96. 97. & 107. inter leges de las alcaualas.

Secūdo ex his deducitur intellect. ad tex. in l. fi. §. diui in l. ult. ff. de publicanis. quo iuxta quorundā interpretationem probatur transiuehentem merces per locum publicum, & consuetum absque vlla fraude errore potius, mercium professionem omittentem, teneri ad dupli pœnam. Nam id obtinet in iudicio exteriori, at in animæ iudicio solum tenetur ad vectigalis simplicis solutionem.

Sic regia l. 9. & 10. lib. 6. ordina. statuit, transmittentē merces per loca publica, & consueta, si ibi nullus sit portitor, nec custos, qui vectigal exigat nulla pœna puniēdū fore, & si absq; vectigalis solutione transierit cum mercib. teneri tamē ad solutionem & redditionē vectigalis.

Tertio hic infertur interpretatio vera ad tex. in l. Regia. t. 10. de las alcaualas. qua constitutū est vēditorē cuiusq; rei, ex qua regia pars decima debita sit, teneri sub pœna alterius decimæ notā facere publicano illam venditionē. Etenim licet dupli pœna in iudicio interiori nequaquā debita sit, tñ quo ad idē iudicii vēditor pfecto peccat, & tenet ad restitutionē decimæ ipsis publicanis.

Hoc probatur ex eō q̄ venditor tenetur decimam p̄ tij partē regi vel ei⁹ pubblicanis reddere tāquā eis debitā. ergo tenetur publicanis notam facere venditionem. Cōsequens hoc manifeste patet, & colligitur. Quia vel tenetur soluere debitam pecuniam, vel falsē creditori ignoranti debitum, notum id facere vt vel creditor remittat debitum, vel ad diem soluēdi dilationem concedat. cum interim creditore ignorante, pecunia eo inuito retineat siquidē ignorans, inuoluntarius sit. deinde venditor, qui nō denūciat publicanis venditionē, dānum is dat circa rem sibi debitam, quam publicani ob ignorantiam petere omittunt, & p̄terea tenetur decimam pretij partem iure obligationis legalis regi soluere, vel eius nomine publicanis etiam, qui notam habuere venditionem. Igitur tenetur venditor etiam in iudicio interiori animæ soluere pecuniam lege iustissima debitam, etiam publicano iciēti, & ignoranti denūciare venditionē factam fuisse, cū lege ad hanc denūciationē teneat, alioq; eam omittentes ex capite damni dati tenebitur ad restitutionē, p̄ terquam quod, & ipse ratione decimæ debitæ ex prætio rei, venditę itidem tenebit ad restōnē. Sic etenim sunt intelligendæ leges Regiæ, q̄ de hac materia tractauerunt.

Cæterū, ubi consuetudine obtentū fuerit, quod dicta venditionis denunciatio non sit necessario faciendā publicanis, & q̄ hæc decima pretij, vel vectigalia eis nō soluantur, donec fuerint petita, tunc fortasis in aīæ iudicio non tenebitur quis ad vectigalium, nec ad decimæ solutionē ante publicanorū petitionem, mō nulla facta fuerit fraus ad hoc vt occulta sit vēditio, vel vt publicanos lateat mercū transmissio. qđ probat ex his, q̄ de decimis ecclesiasticis tradidimus li. 1. var. Rel. c. 17. nu. 8.

Quod si vectigalia iniusta sint, nempe ab eo indicta, q̄ ius ea indicendi non habeat, vel absque vlla causa p̄ter iustam laboris, & regiminis mercedem à principe instituta, non tenebitur quis in conscientiæ foro ea soluere, ac poterit absque vllo crimine, eiusq; labe eorum solutionem cautis, aliisve modis omittere. secundum Bar. in l. vectigalia. ff. de publica. & vect. quem alij Doct. frequentissimo omnium consensu sequuntur.

In his vero reb. quæ a prouincia in prouinciam transmittuntur, illud obseruandum erit, q̄ si nullum vectigal sit, pearū trāsmissiōe institutū, nec debitū, sed tm̄ pœna sit statuta aduersus trāsmittētes res veritas hæc ipsa pœna in iudicio fōriæ. & interiori exigēda nō est nec necessario soluēda, qđ tēuit Io. a Medina de rest. quæ. 15. ad finem.

EX §. SEQVENTI.

SVMMARIVM

Fur, seu violentus rei alienæ occupator, tenetur in animæ iudicio restituere rem etiam si ea perierit absque eius culpa, modo non foret eodem passu apud dominum peritura.

2 *Fur an teneatur rem extinctam iam restituere eius æstimationis cuius maximæ fuerit a die commissi criminis.*

3 *Fur, & iniquus rei alienæ inuasor an posthac in animæ iudicio retinere expensas vtiles, & meliorationes deducere.*

4 *Fur, & iniustus possessor quatenus in iudicio conscientiæ tenetur ad restitutionem fructuum perceptorum, & eorum qui potuere percipi?*

§. SEXTVS.

DVBITABIS primo libet ab eadē rōne adnotare iure naturali & diuino neminē tenere ex acceptiōe rei alienæ iniuriosa, vt rōne illati dāni ad aliud, q̄ illati dāni reparationē, & eius, qđ alterius vere interlit, restitutionē. Hoc etenim dictat rō, q̄ inducit obligationē restituendi, sicuti in principio huius relectionis ostendimus. vade plura in huius regulæ tractatu dubia definiri poterunt.

Primo hinc constabit vera resolutio ad eā dubitationē, qua cōtrouertit, an fur, raptor, & violentus rei alienæ possessor teneatur ad restitutionē postquā res ablata, absque eius culpa perierit? Nā gl. hic, D. Th. 2. 2. q. 62. art. 6. Sylu. in verb. furtum. §. 16. & cæteri huius iūris interpretationem examinantes passim asseuerant iniquum, rei alienæ occupatores teneri oīno ad restitutionem rei per iniuriam ablatæ, quo ad æstimationē ēt post eius interitū absque culpa occupantis contingentem. idem ipse censeo verum esse. Etenim & ad forum conscientiæ præter sanctiones pōenales potuerunt induci, ea q̄ apud iudicem exteriorem sufficiunt ad huius æstimationis condemnationem, siquidem, cum hic occupator alienæ rei ob crimen, & malā fidem, quā ab initio habuit, semper est in mora. l. in re furtiua. ff. de condict. furt. l. vlt. C. eo. titu. & alibi passim. morosō aūt, semper imputat rei interitus ēt absque eius culpa contingens. l. nemo. §. vlt. & l. hi terminum, ff. de verb. obl. l. 1. §. rectissime. & l. merito. ff. de vi & vi armat. & in l. vlt. ff. de cond. fur. cuius meminit Bal. in rub. de re iud. in prin. idem probatur in l. 1. C. qđ met. 1
cauſ. & in l. cū res. §. vlt. ff. de legatis 1. Atq; ita in hac ispē mihi placet iuris ciuilis rātio, vt & ea in aīæ iudicio seruāda sit ea rōne, q̄ fur per iniquam acceptionem alterum in illius rei peremptæ æstimatione læserit, q̄ quidem res etsi perierit penes furem absq; eius culpa, forsitis nō ita penes dominum periisset, cum eam ante interitum aliena re potuisset, vel alijs remedijs ab interitu liberare. Sed huius quæstionis controuersia maior tendit in eum casum quo certum est, dominium rei furto ablatæ, eam ante interitū non fuisse alienaturum, & eodem mō apud ipsum rem illam perituram, sicut & apud furem perijt, an in iudicio animæ teneatur fur ad æstimationem? Anchar. hoc quint. oppositione rādet, furem in hac ipsē teneri ad æstimationem in conscientiæ iudicio, tandem Anch. eandē distinctionem admittendam esse censet in iudicio aīæ quæ & apud iudicem exteriorem seruanda foret. Nā in foro exteriori receptum est frequentium omnium consensu occupantem rem alienam mala fide per crimen & dictum, teneri omnino ad eius restitutionem, & æstimationem re perempta apud ipsum eodem penitus mō, quo & apud dñm foret peritura. glo. in d. §. rectissime. Bar. cōiter receptus post gl. ibi in l. quod te mihi. nu. 10. ff. si certum pet. gl. in l. item si verberatum. §. vlt. ff. de rei vend. glossa cōiter approbata in d. l. nemo. §. 1. in verb. homo. quam opinionem fatentur cōem esse Alexan. in d. l. cum res. § vlt. ff. de leg. 1. & Iuniores in d. l. quod te mihi. atque Ale. in d. l. nemo. §. 1. eandem sententiam & in foro animæ dicit esse iustam Io. a Medina de restitu. quæstione sexta. Ego tamen contrariam veriorem esse opinor in animæ iudicio, quippe qui videam ratione naturali furem raptorem, & denique rei alienæ occupatores teneri tantū domino iniuriam passo restituere damnum, quod per acceptionem iniquam eis illatum fuerit. Hæc etenim est vera æqualitatis, & iustitiæ rō, ne quis ex alterius iniuria damnum in propijs reb. patiatur, quod D. Th. docet secunda secundę, quæstione sexagesimasecūda, & alij Theologi restitutionis obligationem a iure naturali deducentes, idem præmittunt. quo fit, vt raptor, fur, vel violentus rei alienæ occupator, ad rei æstimationem minime teneatur post eius interitum, si eadem res eadem mō foret apud dominum peritura, nec eam ante interitum dissecisset venditurus. Nam & iure ciuili apud iudicem exteriorē nonnēst omnino certa communis opinio, quemadmodum constat ex disputatione huius quæstionis tradita per Franciscum è Ripa in d. l. quod te. num. 18. imo re perempta penes iniustum eius occupatorem, quique eā iniuria, & scelere a domino habuit, eodem modo, quo penes dominum fuerit peritura, restitutionis obligationem, extingui etiam quo ad æstimationem, probat text. elegans in l. item si cum exceptione. §. sed & si quis. vers. sed & si non culpa. ff. quod met. cauſa. cui non satis apte hactenus respondent communis sententiæ authores, idē probat tex. in l. si plures. §. vlt. ff. deposit. quibus authoritatibus aduersus cōem sententiam tenuerunt Mart. ex antiquorib. & quidam alij, quos sequuntur Fulgos. Iaſ. num. 28. Decius nu. 16. & Curtius Iunior num. 33 in d. l. quod te mihi. Et profecto ex plurib. iuris locis, quæ pro communi sententia citantur, adducuntur etenim plures, nullum ego legi, a quo cōis opinio vel aperte, vel per cogruam argumentationem deduci valeat, idcirco licet obiter etiam in foro exteriori Martini sententiam admittēs opinor saltem in animæ iudicio eam esse veriorem, siquidem etsi per humanas leges in hoc casu adhuc debitor teneretur ad restitutionem, id potius ad pœnam criminis, quam ad damni illati compensationem pertineret. Pœna vero in conscientiæ iudicio minime debetur, sed tantum damni dati compensatio. fit igitur hanc partem non tantum equiorem esse, quod Io. a Medina fatetur, 2
sed & iustiorem.

Secundo eadem ratione constat vera interpretatio texus in lege in re furtiua. ff. de condictio. furt. si ex causa, inquit Vlpianus, furtiua res condicatur, cuius temporis æstimatio fiat, quæritur? Placet tamen id tempus spectādum, quo res vlquam plurimi fuit, maxime cū deteriorē rem factam fur dando non liberatur temper. nō moram fur facere videtur. Ex quib. verb. adnotauit Bart. quod re perempta succedit obligatio contra furem ad æstimationem, quanti res plurimi fuerit eo tempore, quo dās ea caruit. Enimuero iuxta leges iustitiæ commutatiuæ satis est, q̄ res furto ablata domino restituatur, vel ea perēpta iusta eius æstimatio, quæ iustissimam efficit damni dati cōpensationē. Nec ad hanc pertinet æstimatio quanti ea res plurimi fuerit a die furti cōmissi, vel dominus eo tēpore, quo pluris valuerit, non foret eā venditurus, nec fortis culpa valor ipsius rei fuerit diminutus, quod Sylues. sentit in verbo, furtum. quæstione decima sexta, & esse hanc humaniorem sententiam asserit Iohannes a Medina dicta.

d.q.6.licet opinet ꝑriam iustam esse.q̃ res a fure ablata esset apud dñum uēdibilis,ita quidem,vt eo die quo plurimi valuit ab eo venderetur ea,temporis huius æstimatio ad verum damnum pertinet,& ad eius satisfactionē.

Tertio infertur,qua ratione seruandæ sint in aīæ iudicio leges humanæ,q̃ de iure ptib.ac melioratiōnib.a fure in re furto ablata factis tractauere,an & iurisconsultorū rñsa sint & in foro aīæ admittēda.Ego quidē leges dātes furi,& cuicūq; malæ fidei possessori expensarū,& melioratiōū retētionē,aut repetitionē,nō ambigo esse in aīg iudicio exacte custodiēdas,& ꝺm eas a sacerdote restitutionis materiā examinandā,atq; ió mente ab eo tenēdā esse distinctionē Bart.in l.in fundo.ff.de rei.vend.vbi p textum ibi & in l.domum C.de rei vend.ubi. Salicetus opi.textu.in l.plānē.ff.de petit. hæred.& in.§ ex diverso inst.de rerum diuisione.Regia l.43.tit.28.par.3.Sed quæ possunt in conscientiæ iudicio dubitationem,& scrupulū mouere,circa eas contingunt leges,aut interpretū rñsiones,q̃ furi,& maletidæi possessori expensarum,& meliorationū repetitionē,& retentionē negāt.In quib. cū bonæ fidei possessorib.hoc non negef,vel est adsumenda ratio a præsumpta malæfidei possessoris donatione,vel a legali pœna ob malam fidem,& iniuriolam rei alienæ occupationē,statuta,vtroq; vero casu in cōscīæ iudicio acceptum est accipienda res illa,cū in eo,nec locus sit ꝓsumptionibus,nec legali pœnæ saltem ante iudicis condemnationem,sed tm in materia restitutionis agatur,de damni illati reparatione,& de re aliena,vel iure non quæsita restituenda,quemadmodum superius adnotatum est.vñ erit quo ad aīæ iudicium examinandus tex.in l.ex argento.ff. de cond.furt.Ex argento,inquit Paul.furrepto pocula facta condici posse Fulcinius ait.Ergo in ꝓfectione poculorū et ca latiuæ æstimatio fit,q̃ impēsa furis facta est,quē admodū si infans furreptus adoleuerit,æstimatio fit ad olescentis,quāuis cura,& sumptib.eius furis creuerit.Hactenus iurisconsultus,ex quo apparet et expensas nec ellas non deducere furem,ab æstimatione rei,quam furto habuit.Sed hoc quoad expensas necessarias, tm obtinet in aliments,q̃ seruo furrepto ꝓstita fuerint.l.1.C. de infant.expos.notat Sal in d.l.domum.pen.col. probat itē furē,& malæfidei possessorem,nec per actionem,nec per retentionem posse consequi expensas vtiles,in re aliena factas,ex quib.res ipsa meliorata fuerit,& maioris sit æstimationis,tametsi malæfidei possessor posiit has expensas deducere per deductionē ædificij,& materiæ,seruato illæso pristino rei statu.l.domū.C.de rei vend.vbi Salicet. & cōter Doct.notatur in l.si area.ff.de cond.indeb.d.§. ex diverso & in d.l.in fundo.Regia l.43.paulò ante citata.Imo in fure illud constat,q̃ re perempta tenetur is in foro iudiciali reddere æstimationem eius,& iustum valorē,quo æstimari possit,ita vt erat meliorata expensis furis,tex.in d.l.ex argento.Sic & ob malam fidem possessor expensas voluptatis,& ornatus causa factas,non quidem vtiles,nec poterit petere,nec retinere per deductionem materiæ,seruato ēt illæso pristino rei statu.glo.frequentissimo omnium consensu probata in d.l.in fundo. tex.& inibi Salicet.in d.l.domum.d.regia l.43. Hæc sane omnia in iudicio aīæ non ita vt in exteriori obtinere debent,quippe quæ minime sint necessaria ad illati damni compensationem.

Quamobrem in iudicio interiori qui alienū seruū furripuerit,in eiusq; alimentis aliquid impenderit, poterit eas impensas retinere cum de seruo restituendo tractaverit,has etenim dēs facturus esset olim,& ió æquissimē a malefidei possessore retinent,qui tū,& fructus serui restituere debet si quos ab eo percepit, aut percipere potuisset,quod ītatim examinabimus.Sed tamen ēt si nullos fructus perceperit a seruo, poterit nihilominus retinere alimenta, quæ seruo præstitit. Eadem ratione malæ fidei possessor in animæ iudicio poterit retinere impensas vtiles,quas in re aliena fecerit, & ex quibus res ipsa melior is,maiorisq; fit effecta æstimationis, ipseque dominus ex hoc sit locupletior.

3 Nam in pœnā criminis,& malæfidei lex humana statuit,non posse has impensas repeti,nec retineri,pœna vero hæc licet in foro iudiciali obtineat,non ita in animæ iudicio procedit,qđ in hac spē notat Io.a Medina in d.q.60.2.par.dum contendit,tm esse in restitutione, dam nullatenus cōpensationem obtenuandum.ergo poterit fur vtiles expensas in conscīę iudicio retinere cum ex eis res sit mō maioris æstimationis.Præsertim q̃ & has posse in foro iudiciali repeti,& retineri a malæ fidei possessore censuit Marinus,cuius opinionem defendit Lugdunensis in consue.Paris.tit.1.§.1 gl.5.nu.87.Hinc apparet respondum iurisconsulti in d.l.ex argento. in priori eius parte,non esse recipiendum in foro interiori,cum id nō pertineat ad veram iustitiam commutatiuam, & ideir co re perēpta fur tenebitur ad eius æstimationē simplicem,non ad eā qui poterat æstimari in eo statu prout res erat expensis,& cura furis meliorata.niti eo casu,quo verisimili coniectura eam meliorationem fecisset dominus,ni res foret ab eo ablata:enim tunc tenebitur fur ad æstimationem meliorationū deductis expēsis, quas dominus in hoc fecisset, quia & in hac melioratione,vt per furtum dominus ipse lasus.Postremo & illud ꝓbat, furem vel malæfidei possessorem posse in iudicio animę deducere q̃ subtractionem materiæ abædificio ablq; læsione ipsius rei,& huius pristini status expensas, quas in re ornatus,& voluptatis causa fecerit,cum in hoc dominum rei minime lædat,nec ei damnum inferat.

Quarto ex suprascriptis constat,quæ ratio sit habenda in restituendis fructib.rei furto ablatæ,loquidem de fructib.a bonæ fidei possessore pceptis hic agēdū nō est. igit quo ad fructus,quos malæ fidei possessor reddere tenet,observādū est in iudicio conscię,q̃ dāni dati pinius iotam acceptionem rei alienæ reparatio fiat, quemadmodum iam adnotatū est.Et profecto fructus percepti a malæ fidei possessore, restituendi sunt omnino, licet eos perceperit propter eius industriam,& solicitudinē, deducta huius solicitudinis iusta mercede etiam si dominus fructus istos non percepisset.quod notat in foro exteriori Bar.in l.ratio.§.1.ff.de actio.emp, distinguens, an fructus veniant in restitutionem vt fructus, an vt interesse,prioti casu scribit hos fructus venire nō sic in posteriori secundum notata in l.videamus.§.si actionem. ff.de vsuris.vnde ipse in animæ iudicio ab hac sententia Bart.infero,fructus istos,si ex eis malæ fidei possessor effectus sit locuptior,vel eos habeat modo extantes. debere restitui dño rei non rōne illati damni, vel acceptionis iniquæ,sed quia dño debent eo,q̃ fuerint e re propria illius percepti,atq; ita,vt fructus exātes sunt domino rei restituendi ex decisione iurisconsulti in l.si me & Titiū.ff. si cert. petat.Quod si fructus isti singulari industria possessoris percepti, iam fuerint consumpti,nec ex eis fuerit possessor malæfidei factus locupletior, tunc cum ratione damni illati peti non possint,nec vt interesse lucri cessantis,siquidem eos dominus non percepisset,opinor non teneri ad eorum restitutionem ipsum possessorem,etiam malæfidei.

Sic & eadē rōne in animæ iudicio tenebitur fur,vel iniustus alienę rei possessor ad fructus ēt percipiendos, quos tamen vel attenta singulari eius industria, vel cōi hominum cura,& diligentia dominus percepisset, nam & ita in foro exteriori ad hos fructus tenetur possessor malęfidei l.si nanis. ff. de rei vend. secundum Abba. in capitul.grauis .de restitutio.ipolit. & ibi Doct. Alex. & Iason.in lege apud Iulianum.§.1. ff.de legat.1.quam opinionem fatetur esse communem Dec.in l.generaliter.ff.

de

de reg.iuris.atque ita tenendum est,quidquid ipse Dec. inibi ab hac opinione cōmuniter recepta dissenserit,existimans,non esse attendendam singularem dñi industriā: sed eam quæ ob.conueniat.Sed cōis opinio ex Bart.colligitur in l.domum.C.de rei vend.qua rōne in conscīæ foro idem seruandum erit:cum hæc restitutio pertineat ad damni dati satisfactionē ex eo,q̃ si res non fuisset iniuria, & furto occupata,eius verus dās commodum hoc ab ea percepisset:quo quidem commodo fraudatur ob iniustā rei propriæ occupationem,nec in fructibus percipiendis etiam apud iudicem exteriorem attenditur singularis ipsius possessoris industria,quod notat Bart.in d.l.domum. & est communis opinio tenle Dec.in d.reg.gñaliter.qdquid contrarium poss.alios adnotauerit Mathesi. notab. 160.maximē Cynus in l.certum.1.q.C.de rei vendic.

EX §. SEQVENTI.

SVMMARIVM.

1 *Iustitia distributiua à commutatiua differt.*

2 *Beneficia ecclesiastica, munera; pub lica indignis conferentes teneatur ad restitutionem illati damni, ac mortaliter peccant.*

3 *An dignior sit eligendus quo ad beneficia, & munera publica? & an iure humano electio digni omisso digniori valida sit?*

4 *Intellectus ad tex.in c.3 de iure patronat.*

5 *Patronus tenetur digniorem præsentare episcopo ad beneficij institutionem.*

6 *Eligens dignum omisso digniori an teneatur ad restitutionem?*

7 *Pater ex lege Regia melioratus filium dignum, vel indignum prætermisso digniori, an peccatum ex hoc committat?*

8 *Impediens quòd beneficium, aut officium publicum alteri detur an teneatur ad restitutionem? Et quid de impedīte legatum,donationem, vel hæredis institutionem?*

§. SEPTIMVS.

DEcimo tertio quæritur satis congruē ad huius materiæ tractatum:an teneatur in animæ iudicio ad restitutionē is, qui alterum læserit vel ex eo, q̃ ei digniori iuxta distributiuam iustitiā non contulerit officiū, aut beneficiū ex quibus ipse munere publico seruire valeat reipublicę simul & reditū percipere ad eius alimenta sum ptuq; necessarios:vel ex eo q̃ impedierit, aut curauerit,ne ei bñficium vel officium publicum à principe deturr?Huic controuersiæ ꝓnotandum est,maximū discrimen constitui inter iustitiam distributiuā, & iustitiam comutatiuam. ¹Etenim iustitia distributiua tractat 1 de distribuendis bonis cōibus,alicuius nempe cōitatis,inter eos,qui eiusdem sunt cōitatis:commutatiua aūt,agit de bonis priuatis vnicuiq;,cuius ea propria sunt, dandis. atque in hoc tendit vt vnusquisque habeat à priuatis, & particularib.quod suum est.vnde prior iustitia constituitur respectu communitatis ad priuatos: posterior verò respectu priuati ad priuatum.licenti Aristo.docet libr.5. Ethic.ca.secundo,& post eum eleganter Tho.2.2.q.61. artic.1.Florentinus 4.part.tit.5.c.2.& 3.

2 Est aliud obseruandum,¹q̃ qui munera publica,& rei 2
publicæ magistratus,vel officia indigno ex culpa ignorantia,vel scienter contulerit,præter peccatum graue,quod acceptionem personarum aduersus iustitiam distributiuam committit in eos,qui digni sunt: maximum damnū reipublicæ,& his,qui ex iniqua electa administratione lędūntur,palam infert:& ea ex causa tenebitur ad restitutionem illati damni:quod probatur,quia qui causam dāni dat,damnum dedisse vr.c. vlt.de iniur.idem constat ex rub.C.& ff.de magistra.conuenien.l.1.§. nunc tractem⁹. ff.de tutel.& rō.distra.gl.in c.1.de sup.neglig.præiat. adnotarunt in specie Anch.in clemen.1.de ætate & qualit.in fi.Fel.in c.si qn.de rescriptis.nu.7.Io.Lupi.in c. p vestras. notab.3.§.26.nu.11.& Hadr.in 4.suārum,tract.de restitutione.c.quia iam determinatum est. vers.2.conclusio. Idem notat Dominic.Sot.li.4.de iust.& iu.q.6.art.3.ad 6. probans,hoc in casu quo ad iniuriam reipubl. pōtat committi aduersus commutatiuā iustitiam, quod latius ipse probauerat,li.4 q.6.art.2.& 4.Quod si dixeris,fortasse dānum imminere ecclesiæ,aut reipublicæ ex indigni administratione:quia indignus nullum damnum infert, quippe qui varijs ex causis commodē, & prouide officiū gesserit:adhuc opinor mortale crimē cōtraxisse eum,qui in dignum præposuit.c.hi quoscunq;.1.q.1.quia præsciens indignum,ecclesiam,rempublicā,pupillorū bona,& patrimoniū maximo exponit periculo.quo fit vt ex sola indigni prælatione grauiter peccet qui eum scienter eligit: cùm iniustissimè hoc eligēti munus,quod iuxta rectam rationem expedire tenetur,aduersus diuinam, naturalem,& humanam legem exerceat.

3 His demum optimè accedit ea disputatio:¹an teneat⁹ qs 3
digniorem eligere,& præficere vel ecclesiæ vel publicis, muneribus?Et quibusdam visum est,satis esse,q̃ dignus eligatur,aut præficiatur:etenim hoc ita verum esse dicitat tex.in c.monasterium.16.q.7.& in c.cū nobis.de electi. quibus authoritatibus hoc adseuerant gl.in c.constitutis. de appell.in verb.magis,& in c.libet ergo.8.q.1.& alia in c.3.de iure patro.& in c.2.de offi.custod.quas Doct. vbique veras esse censent.Sed hoc in hunc sensum accipiendum est,vt collatio beneficii,electio,& muneris prælatio valida sit,nec in foro iudiciali,nec in interiori animæ iudicio possit iure rescindi.non tamen ex hoc sequitur pōtificem digniorem omisso digniori tutum esse,& immunē à peccato.Nec.n.dubitandum est,electionem istam iure validam esse, adeo,vt retractari nequeat: siquidem pter alios ita profitentur D.Thom.2.2.q.63.arti.2.ad tertiū. idem quodlib.8.art.6.& quodlib.6.art.9.)Card. à Turre Crem.ita in d.c.licet ergo.& ibi Præpos.Alex.Sylvest.in verb.electi.in 1.q.16.Hadri.in d.c. quia iam determinatum est.conclu.1.Domini.Sot.lib.3.de iust.& iu.q.9.arti. 1.conclu.8.omnium latissimè Lamberti. de iure patron. 2.lib.part.1.q.10.art.3 (eandem opinionem sequitur asseuerans communem esse Dūcus in d.c.licet ergo.)probat tex.in d.c.constitutis.vbi post Abb.& alios Phil.frā. hanc opinionem tenet.ad idem tex.opt.in c.quia ꝓpter. iuncto c.cum id cunctis.de elect.c.nisi cum pridem.§.ne pro defectu.de renunc.(& omnium apertissime Tridentina Synodus sess.24.c.1.& c.18.digniorem esse eligēdū asseuerat,vt à peccato sit immunis electorum:tamē ita statuit electionem digni omisso digniori fore rescindēdā.) atque hæc est communis opinio,quæ tamen fallit,vbi ante electionem,quæ de certis facienda est,denunciatur electoribus,vt digniorem eligant:& à contraria electione,si facta fuerit,ab initio appellatio proposita fuerit.Nam in hoc casu electionem tacitam contra appellationem nullā esse,& reuocandam probare conantur Panorm.& Dec. in d.c.constitutis.gl.in pragm.sanct.inde electionib.§. ego N.in verbo,veliorem,& Lambert.in d.art.3.contra Imol.& Franc.in d.c.constitutis.qui & in hoc casu existimant electionem validam esse, nec reuocari posse,etiam si facta fuerit omisso digniori, digno quidem electo. eorum sitam in praxi admittendā fore censeo aduersus Panorm.alioqui omnes electiones maximam differunt, & periculum patiuntur:in locis mille litibus, si pernicio-

sum fuerit electiones revocari ea ex causa q̃ dignior electus non fit. Hoc verò permittẽdum non est, nec permitti Christianæ reipublicæ convenit, modò dignus eligat.
4 Hinc constat intellectus ad tex.in c.3.de iur. patron.vbi Bernar.quem Doct.sequuntur, censet, præsentatũ à maiori patronorũ parte, si idoneus, & dignus sit, ab epo instituendum esse omninò. etiam si præsentatus à minori patronorum parte dignior sit. idẽ adnotarunt Imol.& Cardi.in clem.plures.4.col.& §.fi.q.1.de iure patron. Pano. in c.cùm autem.d eiure patron. Nec in hoc casu põt eps dignioreminstituere cum is verè presentatus nõ sit: sed potius alter qui maiorem patronorum partẽ, eiusq; suffragia habuerit, quod & iuniores fatent statim à me nuncupatim citãdi. At si plures fuerint epo põtati ab vno eodemq; patrono, vel equali patronorum suffragio, tenetur eps, etiam in foro iudiciali, dignioreminstituere, alioqui ab eo poterit dignior appellare, & eo appellante institutio revocabit, ſm Abb.in d.c.cùm autem. Rochum Cur. in tract.iuris patro.in verb.honorificũ.q.13. Imol.& Cardi.in d.clem.plures.4.col.in princ.quib.suffragat tex.in c. si forte.62.dist. qui th in eo cõsensu accipiẽdus est, vt eps teneatur ſm rectitudinis tramitem, dignioremecclesiæ præficere alioqui malè vtatur epi officio. Sed si idoneum contẽpto digniori elegerit ad sacerdotium, non sequitur inde eam electionem, aut institutionem revocandã fore: qua rõne contraria sũa placuit Host.Card.Io.And.Ant.& Card.in d.c.ũ aũt Philip.Frãc.in d.c.cõstitutis post gl. 3.Dec.in cõs.129.col.1.Cæsari Lãbe.de re patr.2.h.part. 2.q.7.art.26.& 3.part.q.5.art.2.quorũ sũa mihi, ni fallor, magis communis est, atque ita Deci. in dict. consilio 129.column.1.expressim profitetur.

Igitur iura humana maiorem ad tranquillitatem reipublicæ, ne tot lites super his prælationibus tractarentur, statuerunt electionẽ, collationẽ & institutionem sacerdotiorum validas esse, nec debere discrimẽ revocationis adduci ob eam causam q̃ dignior fuerit prætermissus electo digno. Etenim si locus esset contrari opinioni, & electiones ifte hac rõne possent revocari, nulla in ecclesiastica republica electio fiet, quæ litib.& controversijs maximè perniciosis nõ vexetur. is verò qui dignum elegerit, sive sacerdotium, aut munus publicũ contulerit prætermisso digniori, planè pctũ committit, & perpensa qualitate mortale quidem: quippe qui teneatur dignioremq; præficere secũdi cõsilium consensu exhibat adnotatum in d.ca. constitutis.vbi Panorm.& Rochus de iure patron.in verbo.honorificum.q.15. Lud.Gomez.in c.2.de const.an 6. nu.22.probat tex.in d.c.licet ergo.& tradidere eleganter Thom.2.2.q.63.art.1.& q.185.art.3.& quodlib.supra citatis. Caiet.in commentarijs ad Thom.Flo.2.part.tit.1.c. 20.§.1. Io.Maior.in 4.sent.di.24.q.8.& 9. Hadr.in d.c. qa iam determinatum est. conclu.1. Sylue.in d q.16. Io. Lupi.in d.§.26.nu.12. Caiet.in sum.verb.acceptio.& in tentaculo 12.q.4. Dõi.Sot.in d.q.6.art.1.concl.9. Cæsar Libert.de iure pat.d.q.10.art.2. rursus Caiet.in 2.2.q.62. art. 2. Hæc opinio instruitur fortius. Nã vel hæc publica munera conferunt, vt onera reipublicæ, q̃ priuati ad eius ministerium subire tenentur, vel, vt bona, & honores ipsius cõmunitatis, quæ inter priuatos eadem sub ditos cõtati distribuenda sunt. priori quidem casu peccat rector cõitatis, quia non seruat in ipsius regimine illam iustitiæ, & rectitudinis rõnẽ, qua vti debet erga ipsam rempublicã. tenet.n. dignioremmunerib. publicis præficere. text.in d.c. licet ergo.c.vnico.vt eccles.benefi.c.vii.simus. 1.q.1.D. Aug. super illud Iacob. 2. fratres mei nolite habere in acceptionẽ personarum fidem Iesu Christi, inquit: Quis ferat eligi diuitem ad sedem honoris ecclesiasticæ gloriæ contempto paupere instructiore & sanctiore? posteriori aũt casu peccat princeps cõitatis aduersus iustitiam distributiuam iuxta quam tenetur reipublicæ honores, bona subditis distribuere, & impertiri ſm cuiuscunque dignitatem, vt dignior digno, melior bono in his adlegendis præferat, inquit sanè Arist.lib.5.Ethic.c.3.in.n.quod est in distributionib. pro dignitate quadã esse oportere, oẽs fatenturdignitatem autem non esse eandem omnes asserunt. Hactenus Arist. quibus tandem hæc sententia satis firmis rationibus,& authoritatibus probata manet.

Dignior verò in hac quidem disputatione non simpliciter dr ille, qui doctior sit, vel qui sanctior. sed is, qui iuxta munus, & rem cui præficiendus est, aptior eius ministerio apparet: siquidem quandoq; qui sanctus vir, virtuosus & bonus est, ac ꝓterea diligentior ad curam, præferendus est viro sanctiori, qui non ita diligens est: eaque rõne non ita aptus sicuti prior administrationi eius muneris cui est præficiendus. quod Diuus Thom.ac ceteri passim adnotarunt. idemque obseruandũ erit circa doctrinã, & eruditionem enam frequentissimè qui doctior est, non ita conuenit muneri publico, sicuti alter qui doctus est & doctrinam hẽt satis sufficiẽtem ad munus quod ei confertur. quæ verò exigantur, vt quis sufficiẽs sit administrationi dignitatum ecclesiasticarum, & sacerdotum, tractat text.& ibi Doct.in cap. cum in cunctis. de elect. gl. in c. penult. de præben. omnium latissimè Cæsar Lamber. de iure patro. 2. lib. 1. part. 10. q.

Ex his autem, quæ modo explicuimus, satis euidenter constat: dignũ & idoneum, cui munus publicum collatum fuerit prætermisso digniori, non tantum in foro iudiciali, sed & conscientiæ iudicio tutum esse, ac posse iustissimè & sine peccato munus id possidere: tametsi qui eum præfecerit sacerdotio, peccauerit ẽt mortaliterquè admodum censent Scotus & Richard. in 4. dist. 15. & Io. Maior. ibi, q.8.& 9. Caiet. in 2.2.q.185.artic.3.

5 Secũdò probat ex ſmissis electionẽ factam ꝓtermisso digniori, si dign⁹ electus fuerit, validã esse, nec revocari posse. etiã si electores iurẽ de digniori eligẽdo præstiterint. hoc etenim iuramentum pertinet ad periurij crimen, si electores existimantes quẽdam ex cãditatis dignitatem postulantib. aut qui ad eã eligi poterant, dignioré esse, eo prętermisso, alterũ ẽt dignũ elegerint: non tñ ob id electio nulla est, nec debet revocari quẽ expressim voluit Chosmas in pragm. sanct. tit. de electionib. §. ego N. in verb. vtiliorẽ, & inibi Philippus in additionibus, num. 6. Ioann. de Selua 3. part. de beneficio. q. 27.

Tertiò planè ex prædictis deducit, epm qui iure pontificio tenet clericũ præsentatũ à patrono ad beneficium ecclesiasticũ instituere, mò is dignus, & idoneus sit: ficuti satis expressum est sub rubrica de iu. patro. minimè peccare, nec crimẽ aliquẽ ẽt quo ad tẽ iudiciũ cõtrahere, si dignũ à patrono ꝓsentatũ instituere, ꝓtermisso digniori, quẽ patronus nõ ꝓsentauerit, potuisset tñ ad institutionẽ epo exhibere, & instituendũ offerre: cùm eps idoneũ, & dignũ à patrono nolatum ſm canonicas sanctiones non potuerit non instituere ideoq; nulli cõtrahit culpã ita sanè in specie adnotarunt Caiet. in summa, in verb. bñficiũ ecclesiasticum. & Io. Maior. in 4. sent. dist. q. 8. & 9.

Quartò eadem ratione, quàm paulò antè prænotauimus, examinandum est quod Cæsar Lambert. in tractat. de iure patron. libr. 2. 1. par. quæstio. 10. articu. 3. numer. 17. scribit existimans patronum non obligari, nec teneri ad ꝓsentandũ dignorem: sed satis esse si dignum sentet vt liber sit ab oĩ culpa. tex. opt. in c. monasterii. 18. q. 7. qui ꝓbat, patronũ posse nolare quẽ voluerit, mò is malus nõ sit, & nolato deberi ab epo institutionẽ. Etenim hæc opinio apud me falsa est. Nã licet ꝓsentatio patroni, quoties dignus ab eo nolatur, valeat, sitq; ab epo admittenda: nõ ex hoc sequit, patronũ nõ ꝓsentantem dignioré, immunẽ esse à culpa pctĩ in tẽ iudicio contrahendo. siquidem tenet patronus, cui pontificæ constitutiones ius hoc dedere, ingrere diligẽter, qui sint ad sacerdotia digniores

& eos episcopis exhibere, vt ipsis beneficia iuris patronatus conferantur. ſm Fred. conf. 95. non obstat tex. in d.ca monasterium. Nã is eum sensum hẽt vt sufficiat à patrono præsentari, & nominari dignum prætermisso digniori, ad effectũ validæ nolationis: non tñ ad excudendum à pctõ ipsum patronum qui dignioremposuit nolare, vel sit erit dignum ab eo nolatum digniorem non reperiatur præmissa mediocri, ac diligenti nominãdi inquisitione.

Quintò hinc aperitur, quonam modo sit intelligendum quod Io. Maior. in d.q.9. versi. 5. asseuerat scribens, ecclesia ab aliquo constructa, dotatq; congrua eius ministris constituta cum ea lege, & conditione, vt ad ecclesiæ ministeriũ electio, nominatio, & præsentatio fiat ex certo gñe personarum, vel ex instituentis familia ꝓ digniorem à patrono nominandum fore, vt eum eps instituat & clausulam à primo institutore additam tunc obseruandã esse, cùm plures sint dignitate æquales: quo quidem casu locus erit gratiæ, & liberæ nominationi. Nam si Io. Maio. sensit digniorem eligendum esse ex genere personarum à primo institutore ecclesiæ speciatim nominatoexeius sententia vera quidẽ est, atque ita patronus sub mortalis culpæ reatu inspecta materia subiecta tenebitur digniorem ex illis epo exhibere hoc.n. & Frede. in d. conf. 95. probat quod si Io. Maior. voluit, dignioré esse à patrono epo nominandum & exhibẽdum, etiam si is non sit ex illis, quos primus ecclesiæ cõditor nominari, & ecclesiæ præfici mãdauerit, eius opinio admittenda non est: quod in specie adnotauit Domini. Sot. lib. 3. de iust. & iur. q. 6. art. 1. concl. vlt. potuit sanè qui ecclesiam instituit, iustè legẽ hãc institutioni addere: idcirco ea seruanda erit: modò satis dignus possit ex eo personarum genere ecclesiæ præfici.

6 Sexto illud non est in hac disputatione prætermittendum, cùm eius causa hæc tradiderimus, t an eligẽs dignũ prætermisso digniori, teneatur ad restitutionem, & damni satisfactionem ipsi quidem digniori faciendam? & quibusdam visum est in hac specie præferentem dignum digniori teneri ad restitutionem eidem prætermisso faciendam. Huius sententiæ authores sunt Palud. in 4. sent. dist. 15. q. 2. art. 2. & Caiet. 2.2.q.62.art.2.ver.ad confirmationem. Probatur aliquot rationibus horum authorum opinio. Primò, tenetur episcopus hoc sacerdotium dare Titio digniori: ergo non satisfacit huic obligationi, nisi id, vel æquualens dederit. consequens patet. antecedens verò satis constat ex his, quæ iam prænotauimus. Secundò hoc ipsum ostenditur, episcopus tenetur ex iustitia distributiua facere q̃ commune bonum. i. ecclesiastica dignitas, aut beneficium sit proprium Titij digniori: quod notissimum est. ergo tenetur ad hoc vel æquale. & sic ad restitutionem. Etenim si ego teneor facere, q̃ equus detur Titio: nec id faciã nulla causa iusta impeditus: teneor ꝓfectò id in quod Titium interfit equum illum habuisse. Præterà qui obligatur ex bonis cõitatis mihi dare centũ, nec det cùm ea dare possit, planè infert mihi damnum in centum. & per hoc iustitia commutatiua violatur, siquidem suppolita distributionis lege, ex qua cẽtum mihi debẽtur, qui hæc mihi cùm possit, & teneatur, non dederit, iustitiæ commutatiuæ refragat: authore Tho. 2.2.q.62. 1. ad 3. igitur ad restitutionem tenetur rõne violatæ iustitiæ commutatiuæ. sicuti oẽs fatẽtur, deinde paria sunt ab aliquo auferre quod suum est, & eidem non dare quod ei debetur, sed qui digniori non dederit munus, & res communitatis, quæ ei debentur, negat rem debitam ei soluere: ergo tenetur ad restitutionem ac si ab eo abstulisset quod eius proprium erat. eandem denique opinionem tenet idem Caiet. in summa, in verb. acceptio. cui accedit quod scribunt Thom. 2.2.q.62.art.2.ad quartum, & Sylvest. in verb. restitut. 3.q.vii. qui censent, q̃ impedimẽto sublato debitũ bñficiũ digniori, teneat ille ad restitutionẽ ꝓportionis, vt & ad eandem teneat qui potuit, & tr adhibere diligẽ, & non dedit. Atq; ita D. Tho. hanc Caietani sententiam ꝓbare vẽ, præsertim in d.art. 1. ad 3. cuius hæc sunt verba: Ad tertium dicendum, quòd recompensatio, quam facit distribuens ei, cui dedit minus quàm debuit, fit per comparationem rei ad rem: vt si quanto minus habuit, quàm debuit, tanto plus ei detur. Sit ideò iam pertinet ad iustitiam commutatiuam. hactenus Thomas.

Verùm Hadr. in 4. senten. tract. de restitutione, in cap. quia iam determinatum est. contrariam sanam proponit constanter asseuerans in hac specie prælatum non teneri ad restitutionẽ cuius opinio dubio procul benignior est, & fortasis veriora. cuius probationem vt ex duabus rationib. quib. fere adductis in contrarium rõdetur. Etenimuerò si in hoc casu restitutionis obligo constituẽ, non aliã cõtingit rõne q̃ q̃ digniori damnum illatum fuerit in re sibi debita, sed id obtinet qã dãnũ alicui fit in re ꝓpria, vel ei debita vt propria, non autem in ei debita vt cõi. Nã res debita vt cõis, non est proprię nec verè debita, præsertim cùm debetur ad vtilitatem communitatis, quemadmodum contingit in sacerdotijs, & publicis muneribus. Alio.n. modo, inquit Tho. 2.2.q.16.art.1.ad quintum, debetur alicui id, quod est cõe; alio modo id, quod est proprium. deinde princeps, aut prælatus conferens digno, ꝓtermisso digniori, publicum munus, quod ei debitũ erat, solum peccat respecta dignioris aduersus iustitiã distributiuam, quippe qui acceptor sit personarum non cõcedens digniori ex bonis communitatis id quod iuxta eius dignitatem & potius q̃ digno debitum erat. At obligatio restituendi non procedit à iustitia distributiua: sed à commutatiua, quod D. Tho. asserit. in 2.2.q.62.art.1.in corpore quæ bonis. igitur non tenetur reipublicæ administrator qui dignum prętulit digniori ad restitutionẽ non inficior D. Thom. in d.art. 1. ad quintum, alium sensum habere, qui Caietani opinionem minimè improbet: vt sanè constituat Thom. discrimen inter debitum vt cõmune: & debitum vt proprium: debitum priori modo nõ debetur iuxta quantitatem rei acceptæ, & occupatæ, sed iuxta eam partem quam quis perpensa eius dignitate habere debet ex cõmunibus bonis. debitum posteriori modo, solùm debetur inspecta re, quæ ablata fuerit ab altero, vel in qua damnum ei datum fuerit. Pro Hadr. sũa respondetur ad illud quod de impediente tradidimus, ſm ea, quæ statim explicabuntur. Ad verba D. Tho. in responsione ad 3. difficilis est responsio: & tñ quoties præcipuè agitur de bonis cõib. distribuẽdis in eos qui cõitati sunt, & eius partes sunt iuxta cuiusq; dignitatem, & proportionem: nunc fortasse iam ad iustitiam commutatiuã si detur alicui minus q̃ ei debitũ sit. idcirco locus erit obligationi restituendi: ac poterit admitti Caietani opinio. Quod & ipse explicat. 2.2.d.q.62.ar.1. At in præsentiarũ non agitur de bonis cõitatis distribuendis saltem principaliter sed de magistratibus, & muneribus reipublicę ad eius regimen, & vtilitatem cõferendis: ubi ex prava munerum collatione præcipuè respublica lædit⁹: eiq; damnum infertur. quod nequaquam contingit vbi digno magistratus cõferuntur atque ideo obligatio restitutionis nulla in hac specie dari potest, vnde Thomæ sanam in priori casu intelligendam fore opinor. maximè quia constat inter hæc duo maximum discrimen. priori.n. casu, si apud principẽ superiorem querela foret proposita inferioris distribuentis profectò distributio revocaret lege iustitiæ nõ sic in posteriori casu ficuti à nobis paulò ante traditum est. sit tandem vt in re adeò controversa, & dubia, potior appareat Hadri. opinio, q̃ praxi conueniẽtior est. quã Dñic. Sot. probauit li. 4. de iust. & iur. q. 6. art. 3. ad 6.

Septimò hac in parte scie offert excutiendã quæstio. Io. Lupi Falgis inquam in repet. ca. per vestras. 3. nor. §. 26. in prin. eleganter scribit patrem lege regia habentem facultatem meliorandi vnum ex filijs in 5. & 5. bonorum

partium, debere digniorem ex filijs, & meliorē ad hanc
7 meliorationem eligere: alioqui eum peccare: † quia licet regia lex patri permittat hāc meliorationem inter filios, est tñ hæc permissio intelligenda ruxta rectitudinem rationis, ſm quam qui ex filijs meltor ſest cæteris debet in hoc præferri: idem probat ex his, quæ modo scripsimus, existimantes & definientes, electores qui digniorem præ term scrint digno etiam electo, peccare: & profectō graviter attenta rei, & negotij qualitate: ad idem ipse Io. Lupi. citat tex. in l. fœminæ. Cade secund. nup. quæ statuit fœminam secundo nuptam debere quę lucro à priori coniugio habuit filijs eiusdē matrimonij relinquere mortis tpe ita tñ vt possit eadem lucra conferre cuilibet ex filijs, in quem contemplatione meritorum liberalitatis fuæ iudicium mater crediderit dirigendum. Cuius equidē legis authoritate propriam instruit opinionem ipse Ioā. Lupi. quo non citato ex d. l. fœminæ. idē conat persuadere Ludo. Gomez. in c. 2. de constit. in 6. nu. 23. cā verō non posse iure probari crediderim: quod palam erit, si rem istā vrgenti argumētatione perstringamus. primum etenim illud constitutissimū sit meliorationē factam à patre filio malis morib. prædito, atq; odium filiorum indignissimo, iure regio valida esse, nec irrita censeri, nec revocari posse, hoc sane, ni fallor, adeō certū est, vt opinor à nemine negari possit: modò is filius talis sit, qui per leges capere possit: cui habeat patris volunt ate eum meliorantis lege pmittēte. Sed ō adnotandum est in hac quæstione tractari de iniuria, & iniustitia particulari patris erga filium 8
cæteris digniorem sui p ipso patrimonio, & reb. patris di stribuētisq; satis manifestū est. Nunc aūt aduersus Ioā. Lupi ita argumentor. pater meliorans filium siue dignū siue indignū, qui tñ capere pōt, digniori prætermisso, vel iniustus est, aut peccat cōtra iustitiā commutatiuam, aut contra distributiuam: etenim de alia hic non tractamus. nulla verō harum per patrem violatur: ergo is nullam ex hac melioratione culpam contrahit. consequens istud patet. antecedēs probatur. iustitia etenim cōmutatiua tūc infringitur, cum ab aliquo aufertur, aut ei non redditur qđ suum est, vel ei necessario debetur vt proprium & priuatum, ac particulare bonū: ex his quæ docet Thom. q. 61. art. 1. post Arist. lib. 5. Ethico. c. 2. in præsentiarum autem hæc bona, quæ per meliorationem patet re in filiū trāsfert, nec sunt propria dignioris, nec ei vt propria debentur necessario. Nam si ei forent necessariō debita, non permitteret lex alterum ea possidentē ex melioratione, iuste ipsa obtinere, quin melioratione revocata eadē ab ipso tolleret, & digniori concederet. quod quidem regia lex permittit, dum hanc meliorationē nec revocat, nec cēset melioratum filium iniquè possidere: imō statuit, cum iustū esse, vt verē est, bonorū possessorē: quem admodum omnes fatentur. Nec in aliē iudicio posset cogi filius meliora tus hæc bona digniori fratri restituere qui cogēdus esset dubio procul, si melioratio facta foret aduersus iustitiam commutatiuā. dices tandem hoc verū esse sed tamen hāc meliorationem contrariā esse iustitiæ distributiuæ, ſm q bona vnius familiæ cōia distribuenda sunt inter eos, qui sunt eiusdē familiæ authoritate alicuius priuati, iuxta cuiusque dignitatem & merita, auctore D. Tho. 2. 2. q. 61. art. 1. ad 3. At hęc ratio parum vrget, quidem D. Tho. de bonis alicui familiæ cōib. loquitur: non de bonis quæ propria sunt alicui: dicit is habeat certos, & legitimos successores. Pater sane dūs est verus, & solus earum rerum, quæ ad eius patrimoniū pertinent: & de his liberē disponere valet, modo legibus humanis vtatur, nihilque eis contrarium statuerit de rebus proprijs agēdum: idcirco aduersus iustitiam distributiuam non peccat, si legem permittēte bona propria alicui ex filijs dimiserit, aut testamento reliquerit, digniori prætermisso. Nec dici potest acceptor personarum, cum de rebus patrimonialibus disponat, quæ quidem res patrimoniales nō debentur quo ad meliorationē filio digniori: ideoq; vbi nulla ro debiti subest, iustitiæ distributiuę locus non est: nā & iustitiæ rō debita rōnem prætermittit. Præter hęc & contra Io. Lup. satium est optimus tex. in l. 18. Tauri, quæ permittit parentib. hūiusmodi beneficium meliorationis in quemlibet ex filijs, aut nepotib. Quo fit, vt liberū cuilibet parētib. sit indignum digno præferre: quod adnotauit gl. elegans in Lex facto. §. si qs rogatus. in 2. ff. ad Treb. Nā & D. Th. 2. 2. q. 63. art. 1. ad 1. itidem addit in datione pertinēti ad liberalitatem, nulli contingere personarum acceptionē nec iustitiam aliquā infringi. Hoc verō maximè huic rei conuenit: cum in hac melioratione tertiæ, & quintæ partium bonorum, pater inter eius liberos oīno liberalis sit. Non difficor ad honestatē quādam, & moralem obligationē pertinere, q̄ pater digniorē filiū cæteris præferat in remunerationē, & præmium virtutis: atq; vt cęteri filij similibus hoc exēplo ad bene recteq; viuendum inuitentur, & alliciantur: huc; pertinet quod Imperator scripsit in d. l. fœminæ. cuius rō nō est iure authenticorū abrogata. Hæc tñ moralis obligo nō imponit transgressori culpam: si quidē culpæ reatus ad regalē obligonē attinet, ſm Tho. 1. 2. q. 71. art. vlt. quāobrem & in foro iudiciali, quamuis hodie seruanda foret. l. fœminæ. cōstitutio, nihilominus ppter re pollet mater filiū dignū digniori in distribuendis lucris prioris matrimonij, quod censeo iure verisimū esse.

Octauō ex ,pximè adnotatis illius q. disputatio aliqua ex parte deducit: tan impediēs ne detur beneficium eccle fiasticum, aliudve publicum munus, digniori, vel digno, teneatur ad restitutionē? & idem erit de impediente legatum, hæreditve institutionem. Hadr. equidem in 4. sentē. tractatu de resti. c. consequenter quæro vtrū impediens. asserit impediētem ne alteri digniori sacerdotiū, aut munus publicū def, non teneri ad restitutionē. idq; probat ēt si dolo, & fraude impedierit, ex rōnib. quib. p̄cedentis q̄stionis rōnem probauit de ipso præferente dignum digniori in collatione sacerdotiorum. addit tñ contrariam sniam esse tutiorem iuxta D. Thom. distinctionem. ego sane propter variam authorum concertationem quæstionem istam aliquot propositis conclusionibus absoluam.

Prima conclusio, impediens vtcunque & quomodocū que ne beneficium detur alicui, ēt digno, vt id def digno ri, non tenetur ad restitutionē. hanc deducimus ex Diuo Thom. 2. 2. q. 62. art. 2. ad 4. & Paluda. in 4. sent. dist. 15. q. 2. ar. 2. Sylue. in verb. restitutio. 3. q. vlt. & probatur: quia impediens in hoc casu minimè violat iustitiam distributiuam. imō curat, vt ea custodiatur atque ideo nulla est ratio, quæ inducat restituendi obligationem.

Secunda conclusio, Impediēs beneficij, aut publici muneris collationē, ne ea fiat digno, vt detur & fiat ęquè digno, non tenet ad restitutionē. Hæc probat ex eo q̄ nec hic iustitiæ distributiuæ ius stringit. vnde sniam istam tenuerunt Caiet. d. art. 2. vers. ad primum. Palud. in 4. sen. di. 15. q. 2. art. 2. & Sylues. in verb. restitut. 3. §. vlt. Huic opinioni & ea rō accedit, q̄ licitè quis possit procurare, vt sibi vel amico beneficium detur, aut aliud munus publicū. l. 1. §. deniq;. ff. de aq. plu. arcen. eandem sniam absq; vlla distinctione Caiet. asseuerat, veram esse dum D. Thomæ distinctionem intelligit in impediente digniorem minō de eo, qui æquè digno impedimentum præstat, quasi Caiet. velit secundam hanc conclusionem procedere, etiāsi ex odio, vel vindicta, & malitia impedimentum præstitum fuerit: idemq; præmittunt Paludā. & Sylues. liquidem ad obligationem restituendi parum momenti affert odium: cum animus odio affectus non sit causa restitutionis, vt explicat eleganter Hadrian. in d. ca. consequenter quæro vtrum impediens. Fortasis tamen in specie huius secundæ conclusionis locus erit obligationi restituēdi, si impedimentum contigerit per vim, fraudem, aut dolum: hæc etenim

etenim reddunt conferentem publica munera inuolunta rium vnde mutatio voluntatis ipsius conferentis in hunc sanē modū dolo, fraude, vel vi coacta, nisi fallor, obligat mutantem ad restitutionē faciēdā, ēt si is mutationē istā fieri curauerit in fauorem æquè digni: propterea q̄ iniuriosa sit, ac per iniuriam alteri damnum intulerit.

Tertia conclusio à præcedenti colligitur, impediēs dolo, fraude, vel vi q̄ beneficiū detur digniori, vt id digno conferatur, tenetur ad restitutionem eo modo, quo D. Thomas distinguit: & sequenti assertione probabit. Imo si quis absque vi, dolo, & fraude impedierit beneficij collationem digniori fieri, nempe precibus, & solicitudine, aduertens tamen, & sciens ex his digniorem impediri, tenebitur ad restitutionem, quia legem infringit iustitię distributiuę, & prętereà damnum alteri aduersus commutatiuam iustitiā infert in re propē iam ei quęsita, qđ probatur ex ratione, qua in hac q. vtuntur Thom. & alij.

Quarta conclusio, impediens ne detur beneficium digno, vel digniori, etiam sine dolo, vi, & fraude, precibus tñ, aduertens tamen id impedimentum ab eo præstari, vt digno, & immerito detur, tenetur ad restitutionem ip si digno, vel digniori faciendam. in quo omnes cōueniūt. Hęc verō restitutionis obligatio non semp est ad æquale præcisē sed arbitrio boni viri, qui damnum æstimabit ex varijs circunstantijs distinguens negotium istud: cū non ita æquale damnum hic fuerit illatum ab eo, qui impedit sacerdotij collationē digniori, dignove fieri eo tpe, quo eadem nondum erat facta: ac si impedierit collationē iā factam, eius reuocationem precib. & solicitudine procurans, ſm Tho. & Caiet. d. q. 62. art. 2. ad 4. Sylues. Hadria. & Palud. modò citatos, ac Floren. 2. part. tit. 2. ca. 1. §. 26. 1

Quinta conclusio. Impediens alterum à cōsequutione legati, hæreditatis, vel gratuitæ donationis: dolo, vi, vel fraude: tenetur ad restitutionem arbitrio boni viri, à qua quidē obligatione immunis est, si absque vi, dolo, & fraude, etiam odio, vel vt sibi consulat, ac prospiciat alterū ad mutationem voluntatis induxerit. Prior cōclusionis pars probat: quia impediens eo casu dānū per iniuriam infert alteri in re ferē ei quæsita: idcirco ex rōne iustitiæ cōmutatiuæ tenebit ad restitutionē. posterior pars probat ex eo q̄ liberē, & licitè pōt quis in his gratuitis propriam voluntatem mutare ante eius perfectionē: ergo poterit qs secluſa fraude id eidem persuadere quāuis peccet si odio hoc fecerit, aut vindictæ. & licet Palud. in d. art. 2. Caiet. d. q. 62. art. 2. ac Sylues. q. vlt. tenuerint, q̄ impediens quē à consequendis his gratuitis bonis, quæ sola & libera dantis voluntate acquiruntur, non teneatur ad restitutionē. eorum tamen sniam ipse admitterē nisi dolo, vi, aut fraude, donationē quis ad mutationē voluntatis induxerit, tametsi Sylues. nimis gñaliter hanc cōclusionem accipiat, sentiens in his gratuitis ēt suggestionem non esse cām restitutionis. Nam si suggestio fiat absque dolo, id verum erit: q̄ si dolo facta fuerit, eius opinio apud me dubia est satis. Nec his de legib. ciuilib. in tractat. prohibentium liberam testandi voluntatem ff. iuris, quidquam agitur: cum illæ præter illati damni restitutionem pœnales sint.

SVMMARIVM.

1 *Venatio impedit per prioripeta, aut iudicem inferiorem in locis publicis, prohiberi.*
2 *Venatores acquirunt animalia, quæ nullius propria sunt, etiam si venatio forte inde ex causa prohibita.*
3 *Clericus venator contra Canonum prohibitionem, acquirit animalia, quæ venatus fuerit.*
4 *Capta per venationem à iudice prohibitam non sunt in animo iudicis restituenda.*
5 *Venator in agrorum fructuum damni obligatur, in capi*
rat sibi ferat quæ acceperit. & nume. 9.
6 *Intellectus Regiæ legis 16. tit. 2. 8. part. 3.*
7 *Siquis a qualitercunque impedrat acquisitionem beneficij ecclesiastici, quod simoniacè collatum sit.*
8 *Collatio beneficij facta simoniacè ignoranti, an teneat ipso iure.*
9 *Quid de eo, qui à Romano Pontifice habuit beneficiū per simoniam cum ipsomet Papa conuentam.*
10 *Intellect. l. si quisquam. ff. de diuers. & temp. præscrip.*
11 *Prohibentes venationem, & venatores, tenentur restituere damnum illatum alicuis agris.*
12 *Piscaturæ, & venationis interesse etiam dari potest.*
13 *Fera ab vno percussa, & ab alio capta, cuius efficiatur?*
14 *Venator tenetur restituere in animo iudicis animalia per venationem capta, quæ propria erant alterius.*
15 *Interpretatio l. 3. §. item ferae. ff. de acqu. possess.*

§. OCTAVVS.

DEcimo quarto ab eadem radice procedit restitutionis obligatio, quæ inquiri solet in his, quæ per venationē, aut piscationem à priuatis acquiruntur: præsertim in locis vbi venatio, aut piscatio vetita est. Cuius quæstionis examen & illam exigit, an iuste possit venatio per principes prohiberi? Et quibusdam visum est, non posse à principe venationē iuste prohiberi. Qui vero huic opinioni subscripsere, ea rōne mouent, q̄ princeps † nō possit ea, q̄ sunt iuris gētiū, & naturalis tollere. §. sed naturalia quidē. Iusti. de iure natu. gēt. & ciuili. tex. in prin. 5. dist. & c. vlt. dist. 6. Huius verō iuris naturalis & gētium ppria est venādi libertas: sigit ea per principē tolli nequit. Consequēs manifestè patet: minor aūt argumētationis pars ,pbat in l. 1. & 3. & in l. q̄d in littore. ff. de acq. rer. domi. §. feræ. Iusti. de rer. diuisi. l. 1. in princ. ff. de acq. possess. quib. etiā constat, in his, quæ nullius sunt, natura ipsa dominium acquiri per priorē occupationē. cuiusmodi sunt ferę, volucres, pisces, & similia his ālia. Idem ,pbat in l. 16. tit. 28. Partita 3. Etenim summus Deus oīa ālia creauit in hoīum vsum, & cibum. Gen. c. 1. Quod & ex Chrysippo Cicero docuit li. 3. de finib. cumq; hęc ālia cōa ipsa natura fecerit, planè licet per eandē naturæ legem cuilibet primò capienti, ea sibi acquirere, sicuti Iurisconsulti adnotarunt: & pter hos li. 1. de Officijs, inquit Cicero: si miliq; est priuatorū possessionū descriptio. Ex quo quia fiū cuiusq; sit eorū quę naturę fuerant cōia, q̄ cuiq; obuigit, id quisq; teneat. Hæc Cicero. Sic & Arist. lib. 1. Politi. c. 5. venationē inter antiquissimas vitæ gña retulit. Atque ita venationē per principes prohiberi non posse voluerunt Host. Io. And. Card. & Ant. in c. non est. de decimis. Dec. cōl. 197. & cōl. 271. Matth. Afflict. in cōsti. Neapoli. li. 3. rub. 1. nu. 9. tex. opt. in c. 1. §. nemo retia. de pace tenen. & eius violā. idē tenēt Gul. Benedi. in c. Raynut. de testis. in verbo, & uxorē nolle Adelasiā. nu. 868. cū sequētib. And. Tiraq. de nobilitate. c. 36. nu. 140. Tho. Grām. in decisione 67. nu. 9. Rebuffus in Lunica. C. de uenat. fera. li. 11. Stepha. Bertran. consi. 255. li. 1. nu. 8. Iacob. S. Georg. in tract. de feudis. §. & cū uenationib. Chassan. in cōsuetu. Burgū. rub. 13. §. 7. & Isf. consi. 119. lib. 4. quo in loco scribit hanc sniam communem esse. & licet in contrariū possit induci tex. in d. §. nemo retia. tamen iuxta quorūdam interpretationem hāc partem probat, dum in eo ne pax violetur prohibita est uenatio, quæ non fiat ad ursos, & apros capiendos. Nihilominus utcunque illa constitutio accipiatur, palam significat, posse ex cauſis uariis à principe uenationem prohiberi. Ita etenim mihi adnotare uidentur Mart. Laudē. & Cardi. Alex. cæteriq; Doctor.

idemq; tenuerũt Rebuff.Steph.Bertrand.Chassa.Thom. Gramm.Gul.Benedict.nu.869. And. Tira qu, ac ferè oẽs Paul.castr.et ali,& Boeri. in consuetud. Bituricen.tit.de confect.prædiorum.§.5.qui sarentur,ex causa iusta venationem prohiberi possecoibus adstipulat gl.in c.qui venatorib.86.dist.& ibi Card.à Turre Crem.Cajet.in tract. 1ª.q.c.12.Io.à Medina de restitutione,q.12.& Dominic. Sot.li.4.de iustitia & iure.q.6.art.4. vnde plures regiæ cõstitutiones ex variis causis prohibẽtes in locis publicis venationem iure,& rectitudine iustitiæ defenduntur. Nam & Io.Faber in §.Itemina.Instit.de rerum diuis. licet conẽ 2 dat principibus inferioribus non competere ius prohibẽdi venationem,id tñ proprium esse principis supremi manifestè fatetur.Nec dubito hanc posteriorem sniam itidẽ frequentiori Doctorum calculo receptam esseatque indecolligitur, non admodum inter se Doctores hac in re dissidere.Illud verò prætermittendum non est,eam rõnẽ qua contra prohibitionem venationis nostrates vtuntur, incongruam,ac fragilem esse, minimeq; aptã huic disputationi. Nam licet iure naturæ oĩa sint re ipsa cõmunia, possunt tñ à Republica,& principib.qui eorũ, quæ in nullius bonis sunt,dispensationem habent, quædam priuatis ita concedi,vt in posterum ea priuata,non cõmunia sint. §.singulorum.Instit.de rerum diuis.l.3.ff.de acquir.rer.dominio.iam absque corporali occupatione.quod Cajet.concedit in d.c.12.ad hæc facit,quod sicut occupatio rerum, quæ nullius sunt priuatim,iure naturali efficit illud, qđ prius cõe erat propriũ ipsius occupantis.l.3.ff.de acquirẽ. poss.cuius modò mentionem fecimus ita ipsa respublica, eiusve rector poterit,quæ cõia prius erant, nulliusque in bonis habebantur, in priuatum iure dominij transferre. 3 Iure siquidem naturali oĩa fuere ab initio cõia, & tamen humana lege facta est rerũ distinctio inter priuatos:post quam distinctionem non licet cuiquam occupare dictã rem, & alicui priuata lege humana addictam: sicuti eleganter tradit Conrad.in lib.de contractib.q.10.& seq.

His accedit qp humana lex, vel princeps facere potest, vt dominium rei priuatæ,quæ dñium habet, absq; traditione transferatur in alterum ipsius dñi consensu, qui exigitur ad tollendam iniuriam.l.vlti.Cde sacrosan. eccles.l. raptores.C.de episc.& clericis.notatur in l.traditionibus. C.de pactis.ergo earum rerum,quæ nullius sunt,& principis dispensationi subiacent,poterit princeps dominiũ, absque apprehensione corporali in priuatum transferre. Hinc etiam constat principem posse harum rerum, quæ communes sunt,ex causa occupationem priuatis interdicere,& sic venationem ipsam prohibere.Ad rõnem autẽ respondetur,feras volucres,& cætera animalia iure naturæ non esse communia positiuè,& affirmatiuè, quia omnium propria sint communis domini causa: Sed negatiuè, quia nullius sint& iure naturæ nulli sint applicata,ſm Thom.1.2.q.94.art.5.& Caiet.d.c.12.idcirco lex humana põt ea vni potius q alteri ex causa concedere.ex quib. infertur,venationem iure naturali omnib.permissam, ex variis causis posse per principes prohiberi:quemadmodũ authores proxime citati fatentur, & præter eos Sylvest. in verbo,venatio.Hæc denique collectio, seu argumentatio parum valida est.Hoc est iure naturali permissum:ergo per legem humanam prohiberi nõ põt. cũ multa sint iure naturæ licita,quæ inspecta republicæ vtilitate, & iuxta æquissimum cõitus regimen per legem humanam prohiberi possunt.Quod si ita argumentemur:Hoc est iure naturæ prohibitum:ergo lege humana permitti non potest,valida omnino est,& firmissima probatio.

Igitur princeps habens partem legis condendæ,venationem prohibere ex variis causis potest ſm omnes. Inferior autem à principe iurisdictionem habens,idem agere poterit ad tempus aliquod & ex causa iustissima: non quidem per legem,quam statuere non valet, sed per edictum.Perpetuò verò non potest princeps qui superiorẽ habet,prohibere venationem nisi ius id per immemorialem præscriptionem legitimè acquisierit. quod sentiunt Io.And.Ant.& alij,quorum meminimus superius: atque ex Theologis Cajet.in summa in verbo,venatio.quæ quidem præscriptio cauta est recipienda,& seruanda in iudicio exteriori,item & in conscientiæ foro: præsertim si ea initiũ à tyrannide habuerit.His equidẽ prænotatis ad qstionis propositæ definitionẽ,duas cõstituo cõclusiones, ex quibus potest facillimè hæc controuersia dissolui.

¶ Prima cõclusio,prohibita venatione ob venatoris, vel temporis rõnem, aut propter aliam causam publicã, vel priuatam non tñ ex eo quod animalia propria sint alicuius:acquisitum ex ea non est in conscientiæ iudicio restituendum.Hæc assertio constat:quia leges prohibentes venationem in his casibus,non prohibent,nec vetant acquisitionem ipsam ferarũ:sed vsum venationis causa honestatis,vel similis:circo nulla oritur à venatione prohibita,obligatio restituendi.Sicuti & acquisitum ex meretricio non est necessariò in animæ iudicio restituendum: licet iure diuino, & naturali vsus meretricius damnatus sit,& prohibitus.deinde manifesta est conclusionis ratio. Nam si qua obligatio restituendum per venationem prohibitã contingere in hac ipẽ põt,ea deducẽda est à cõmutatiua iustitia,q̃ p venationẽ infringatur hęc minimè infringit,cũ nullum dãnũ det alteri:liquidẽ captæ ferę nullius sint,nec ex venatione auferat alicui qđ eius sit ,ppriũ vel ei debitum:igitur nulla est obligatio ad restitutionẽ.

Primum ex hac cõclusione deducitur interpretatio earum constitutionum,quæ clericis venationẽ interdicũt. Nam quamuis suapte natura venatio honesta sit, & vtilisñ clericis ea est interdicta.c.quorundam.14.dist.c. qui venatorib.86.dist.clemen.1.§.porro.de stat.monach.l.4ª. tit.6.part.1.ca.1.& per totum titulum de cleric.ven. vbi Doct.Innoc.& Abb.in c.dudum.in 2.de elect.Fel.in ca. auditis.col.penul.de præscri.Quidquid verò captum fuerit à clericis,etiam illicitè venantib. proprium capienti ũ fit,nec in iudicio animæ restituendum erit.Idem adnotãdum erit quo ad laicos,quib.etiam est interdicta venatio t pe festo,nec impediantur,& retrahantur studio venandi ab officijs diuinis.gl.& Doct.in c.Essau.& in d.c. qui venatoribus.86. dist. etenim si eo tempore quis venationẽ exerceat, malè quidem agit:sed non tenetur ad restitutionem eorum,quæ per venationem habuerit.

Secundò hinc apparet variarum Regiarum constitutionum intellectus.Sunt enim plures leges huius regni, q̃ venationem certis ex causis prohibent adhuc in locis publicis,& communibus:lege nanque Regia 40.ti.vlt.lib.8. ordin.prohibetur venatio eporum tempore nitiũ: tunc etiam non licet perdices aucupari.l. 165. apud Madritiũ condita anno M.quingẽtesimo vigesimo octauo.vtrunque veteri lege interdictum erat Tauri ab Henrico tertio anno M.quadringẽtesimo secũdo, à qua deducta fuit d.l.40.sic & Regia constitutione inter pragmaticas sanctiones vetitum est,ne quis feras venetur cum retib.aliisve instrumentis aptis ad ferarum depopulationẽ,vel hominum periculum.quod potuit adnotari ex d.§.nemo retia.& l.qui foueas.ff.ad l.Aquiliam.Platea in l.vuica.C.de venat.ferar.vbi Rebuffus,quem sequũtur alij, præsertim Stephanus Bertrandus in d.consi.255.libr.1.& Chassa.in consuetudine Burgund.rubr.12.§.7.num.3.scribit posse per principes interdici venationem, quæ fit cum instrumento Tonæ quia eo plures extinguuntur & capiuntur ferę:atque inde sequitur animalium Sylvestrium & ferarum innumera extinctio,quæ Reipublicæ incõmoda est. Lex item vigesima octaua Pinæ statuta,anno Millesimo quingentesimo trigesimoseptimo prohibet ne quis cum scopo veneficium propter tonitrua arcabusiorũ tigendi, & terreantur aues, & ferę. omnibus etenim his casibus

si quis

si quis aduersus legis prohibitionem venetur, licet puniri,per iudicem valeat,non tamen tenebitur ad restitutionem auium,& ferarum, quas aucupio, vel venatione acquisierit,aut coperit:quod & in specie adnotauit Ioann. à Medina,d.quæstio.12.

Tertiò ex hoc falsum esse opinor quod Ioan. Faber,& Claudi.Cantiun.in d.§.ferę.Chassa.in d.§.7. & Iacobi. in tract.de feudis.§.& cũ venationib.scripsere asseuerantes, 4 capta per venationem à iudice prohibitam non effici ipsorum capientium.Etenim in hunc sensum,vt per iudicem possint ea tolli à capientib.in pœnã criminis,planè procedit:at ex hoc non sequitur venatores ipsos eas feras,& alia per venationem,propria nó fecisse:atq; ideo in animæ iudicio non tenentur hi ad restitutionem,tametsi grauiter peccauerint contemnendo iudicis præceptum.

Quartò ab eadem conclusione fit,vt licet grauis iniuria fiat dño fundi priuati, si venator quis eum ingrediat ipso dño prohibente.Liniuriarum.§.vlt.ff.de iniu.l. Diu. ff.de serui.rust.præd.§.ferę.vers.planè.Instit. de rerum diuisio.non tñ ex hoc tenebitur ad restitutionem auiũ, aut ferarum venator ipse,qui dño venante fundum alienum ingressus fuerit:ſm gl.Ang.& Pau.Cast.in d.l. diuus.gl.in l.3.ff.de acquir.rerum dño.Bart.in l.1.§.ofa.ff.eo. ti. Dinum in d.l.3.Plateam in d.l.vnica.Fel.in c. oẽs leges.1.di. col.vlt.quorum opinio cõis est,vt fatentur Ang. & Cantiuncula in d.§.ferę.ac Iacobinus in d.§.& cum venationib.horum est potissima rõsa etsi lege humana ob iniuriam Domini vetitum sit,ne quis eius agrum eo inuito in 5 grediatur:non tamen ex hoc acquisitio ferarum, quæ intra eum agrum in nullius bonis sunt, est impedita: nec p hanc prohibitionem ferę ipsius agri dño applicãtur, nec eius propriæ efficiuntur: imo adhuc liberæ manent iure naturali,vt primo occupantis fiant.Probatur hoc euidentius,nam si in hac specie ferę ipsius agri priuati,essent p priæ dñi fundi,vel id contingeret per applicationem legis,vel per occupationem: nullum horum hic datur:igit adhuc ea animalia cõia manent, nec in vllius bonis sunt, iuxta propriam iuris naturalis dispositionem: Lex equidem humana prohibens ne quis inuito dño agrum alienum ingrediatur ad venationem exercendam,non impedit animalium,quæ nullius sunt,primò occupantis acquisitionem:nec ea animalia applicat dño fundi, donec & ipse dñs ea occupauerit iure naturali.idcirco venator ad restitutionem non teneatur eorum quidem animalium, q̃ à domino fundi non fuere præoccupata,huic sniæ in foro conscientiæ subscribit Io.à Medina d.q.12.& ita iure respondendum erit,tametsi glo.in d.§.ferę. & Alber.in d.l. diuus,teneat quo ad iudiciale forum in hoc casu feras captas non effici capientis:sed ipsius dñi priuati fundi: quæ 6 opinionem probat text.singularis in l.16.tit. 28. part.3. cui tamen respondet Ioã.à Medina,eam constitutionem pœnalem esse: atque ideo in animæ iudicio minimè seruandam fore,nec obligare, donec per iudicem exteriorẽ quis cogatur ad restitutionẽ lata sniã.idem affuerat dubitans tamen Dominic.Sot.in d.q.6.art.4.Ego sanè non puto hanc responsionem congruam, aut sufficientem fore, si admittamus per legem Regiam impeditam esse in hoc casu ferarum acquisitionem:siquidem manifesti iuris est. posse legem humanam ex causa impedire rerum, quæ in nullius bonis sunt,acquisitionem,easque res alteri applicare,vel cõia ipsi communitati dimittere:ac tũc res ita is contra legem occupans, nequaquam sibi acquirit.vnde necessario ad restitutionem obligatur. Alioqui sequeret, qp possit quis iuste retinere ea quæ scit ad ipsum non pertinere:qđ humana lex ex iusta causa non possit prohibere quarundam rerum acquisitionem:vtrum, sine falsum est,& ipsi naturali rõni contrarium.Quod de lege penali est,eam quidem in animæ foro minime non effecta, ni fallor,accipiendum est,vt pœnalis.ex,quæ in pœnam cri-

minis sanxit priuationem dñij quarundam rerum, postquam illæ res iam acquisitæ priuatis fuerint, & in eorũ dominium transierint:minimè in animæ iudicio recipiẽda sit in hunc sensum,vt delinquens teneatur bona illa dimittere,& fisco reddere, pp rõnes, quas alibi huic sniæ aptauimus,donec per iudicem eadem bona, vt per legis executorem auferantur.ea verò lex, quæ vel in pœnam. vel ob aliam causam,impedit alicuius rei primam acquisitionem,eiusq; dñij trãslationem in eum, qui antea nullum ius priuatim ad ea habuit,profectò in conscię iudicio seruanda est:nec hac lege constituta poterit priuatus eandem rem retinere,quippe qui nullum dñium, nec ius in ea habeat lege impediente eius acquisitionemquę quidem lex etsi pœnalis sit,nullam requirit hoĩs executionem quo ad pœnam illamcitim lege ipsa fiat plena & integra executio,huc pertinet quod Cajet.scribit 2.2.q.62. art.2.existimans,pœnas censuræ,& irregularitatis, hisq; similes,quib.negatiuè in pœnam quis efficitur indignus ipso iure,aut incapax alicuius rei,in foro aĩæ vim, & effectum habere:quia nullam requirunt positiuam actionẽ iudicis,ad earum executionem. huius ego sniæ mentionem feci in Epitome ad 4.librum Decret.part.2.ca.6.§. 8.nu.16.& c.8.§.5.nu.8.Quo in loco respondi,filium spurium,qui à lege humana eademq; iustissima incapax ipso iure constituitur paternæ hereditatis,non posse paternis bona etiam ex eius confessu post ipsius obitum obtinere in animę iudicio.Non alia profectò rõne quàm qđ lex humana constituẽs, & efficiens aliquem ipso iure incapacem alicuius rei, eiusque acquisitionem impediens, siue id statuerit in pœnam,siue ob aliam causam, in foro conscientiæ vim,& obligationem habeat.

Ad idem tẽdit quod si beneficij collatio fiat ei, qui ob pœnam, vel ob aliam causam irregularis sit, ac sacerdotiorum incapax ipso iure, nempe quia illegitimus, nulla est ab initio nec vllum ius tribuit in beneficio: imò tenetur quis beneficium dimittere,& fructus ab eo perceptos in aĩæ iudicio restituere:quippe qui nullo titulo nec iure beneficium acquisierit,ſm Dinum in reg.iur. in 6.Imo.in c.cum nostris.de cõcess.præb.Fel.in c.2.col.3. de rescrip. Lamber.de iure patron.li.2.part.1.q.9.arti.4.Milis in reper.in verb.irregularis homicid.Pau.Paris.consi.136.nu. 40.lib 4.& Rebuffus in tract.de pacificis poss.nu. 226. text.opti.in cap.dudum.in 1.de election. quidquid contrarium voluerit Francus in dict.regul.1.

Sic qui beneficium habuit per simoniam ab eo, vel ab altero eo sciẽte commissam,nullum ius ab initio in sacerdotio acquisiuit,ac titulus nullus est ipso iure, & ea rõne tenet & in aĩę iudicio beneficium dimittere, fructusque omnes restituere,etiam iam consumptos: quod tenet D. Tho.2.2.q.100.art.6.ad 3.& sequuntur eũ cõiter Theologi.probatur in c.de simoniaco.& c.de regularib. de simonia.c.ordinationes.1.q.1.ca. si quis episcopus. eadem causa,& q.hac de re est apertior Romani Pontificis constitutio extrauag.2.tit.de simonia.inter communes. quę verè tunc obtinet quo ad pœnam priuationis ipso iure, & excõicationis,cum datio spũalis, & tpalis iam præceserit:quasi non sufficiat quo ad illius constitutionis pœnas,simoniam commissam esse per traditionem rei spiritualis,& temporalis promissionẽ,sicuti adnotarunt Cassador.decis.5.Ludou.Gomez.in reg.de triennali.q.12.& Mart.Azpilcueta in c.si quando.de rescrip.col.11.Videm latius in repe.c.vlt.de simonia.nu.28.Quid si quis beneficium habuerit per simoniam ab alio eo ignorante commissam,tenet? postmodũ, cùm hoc sciuerit, illud bñficiũ dimittere,fructusq; nõ cõsumptos bona fide reddere ad huc in conscię foro?anthore D. Tho.d.art.6.ad 4. & probatur hæc sniã quo ad iudiciale forũ in c.pen. de elect.c. nobis.& c.ex insinuatione.nu.vbiq; Panorm.sed præsertim in c.de simoniaco.de simon. hoc quo ad hunc ignorantem

rantem admittenda est Pauli Veneti constitutio in d. ex transg. valet etenim collatio ipso iure, licet sit rescindenda ratione iniquæ, & illicitæ acquisitionis: quemadmodum in dictis canonibus expressum est. quod potest quo ad forensem praxim non paruam quandoque vtilitatem adducere: quod tradit Ludo. Gomezi. in d. q. 12.

Cæterum prædictæ constitutionis Pau. Veneti in d. ex transg. 2. vt hoc obiter adnotemus, meminere pter Cassad. Gomez. & Mart. in præcitatis locis, Felin. in c. de cætero, col. vlt. de re iudi. idem in c. in nra coral. 2. de rescript. Rochus Curt. de iure patron. verbo, & vtile. q. 3. Io. Bern. in practica crimin. li. c. 85. Horen. 2. part. tit. 24. c. 65. Sylvest. in verbo, excõicatio. 7. casu. 42. & in verbo, simonia. q. 9. ex quib. Sylvest. & Horen. existimant totam eam cõstitutionem, etiam quo ad excõicationem latam in non reuelantes crimen simoniæ, ante Paulum Venetum tribunendum Martino quinto in concilio Constantiẽsi, & in extrauaganti eiusdem constitutione. de hac verò sñia dicere non possum, qui eam non legerim at in Cõcilio Cõstantiensi sessione 42. prior pars extrauagantis secundæ statuta est. nempe inibi sancitum fuit, simoniacum etiam occultum ipso iure beneficio priuatum esse, ita quidẽ vt nullum in eo ius ab initio acquisierit: atque ideo nec fructus facere suos, & præterea excõmunicatum esse ea excommunicatione, quæ à solo Romano Pontifice tolli valeat. Posterior autem pars constitutionis Pauli Veneti in ibi non continetur: quæ quidem tractat de excõicatiõe lata contra non reuelantes crimen simoniæ ab eo; excõmunicatione non posse quemquam absolui ab alio q̃ Romano Pontifice, statuit. atque hæc posterior pars ſm Sylvest. obtinet contra existentes in Romana curia, qui summo Pontifici, aut illi, cui vices suas cõmiserit ipse, crimen simoniæ non reuelauerint. Quin & hanc excommunicationis pœnam iam per desuetudinem quandam abolitã esse, adfeuerant idem Sylvester & Horen. in d. tit. vigesimoquarto, capitulo sexagesimosexto.

Apud veteres ante eam constitutionem satis controuersum erat, an collatio beneficij per simoniam contingens ipso iure nulla esset. ita quidem vt ex hoc impediret sacerdotij acquisitio, quippe quæ simoniaco ob crimen incapaci minimè conueniret. Nam Doct. in c. per tuas. in 2. de simonia. Abb. in c. cum dericis de pactis. Anch. cons. 293. senserunt collationem beneficij simoniacè factã ipso iure nullam esse. Idq; alij admiserunt quo ad simoniam publicam non tamen quo ad occultam de quib. Gomez. tractat in d. q. 12. Sed sine constitutio concilij Constantiensis, & Pauli Veneti expressim hanc soluit ambiguitatem, cùm ea statutum sit, simoniacum etiam occultum nullũ ius ab initio acquirere in beneficio quod per simoniam habuit. Idq; merito: siquidẽ quis in pœnam criminis lege humana sit simoniacus ciuilẽ beneficij incapax ipso iure. Vnde non tantùm in foro exteriori, sed in iudicio aĩæ huius beneficii, & fructuum ex eo perceptorũ restitutio necessaria est ea ratione, quam aduersus Io. à Medina pro intellectu Regiæ legis annotauimus. Non inficior me in hac obiectione dilluenda longius fortasis, q̃ venationis tractatus par erat, progressum fuisse: id tamen mihi condonandum est, cùm propter expeditioré, & interiorem huius disputationis cognitionem: tum ex eo, q̃ & nostra digressio satis conueniens sit huius regulæ peccatum, interpretationi. Imo & eadem causa nihilo minus adhuc libenter quæram, quamobrem collatio
8 simoniacè facta ignoranti valeat ipso iure, donec in pœnã criminis à iudice rescindatur: & ni D. Thomas in animæ iudicio censeat, hunc, qui beneficium habuit ex simonia ab alio eo inficio commissa, teneri etiam ante sñiam ad restitutionẽ: cum pœnali legi locus non sit in foro conscientiæ ante iudicis exteriorem executionem. Huic dubitationi facillimè respondebamus, si diui Thomæ sñiam hac de re sequamur: is, inquam, in d. ar. 6. ad tertium, hæc scribit, Ad tertium dicendum, q̃ hoc q̃ aliquis priuet eo, quod accepit, non solùm est pœna pcti, sed etiam q̃dq; est effectus acquisitionis iniustæ: puta cùm aliquis emit rem aliquam ab eo, qui vendere non pót. rursus idem Tho. scripserat in rõne ad quæstionem in hunc fanè modũ. Rñ deo dicendum, q̃ nullus pót licitè retinere id, quod contra voluntatem dñi acquisiuit. puta si aliquis dispensator de reb. dñi sui daret alicui contra voluntatem, & ordinationem dñi suille qui acciperet, licitè retinere non posset. Dñs autem, cuius eccl. fiarum prælati sunt dispensatores, & ministri, ordinauit, vt spiritualia gratis darent, ſm illud Matth. 10. gratis accepistis, gratis date: & ideo qui muneris interuentu spiritualia quæcũque adsequitur, ex licitè retinere non pót. Hactenus Thomas, cuius verba in specie retuli, vt ex eis valeat lector satis percipere, simoniacam sacerdotiorum collationẽ, & itidem aliarum dignitatum & beneficiorum cõcessionem nullam esse, nec ius aliquod inquisitionis tribuere ei, cui facta fuerit, non quidem in pœnam criminis, sed quia ex natura rei iure ipso naturali hæc acquisitio impediatur diuina volũtate: ne qua spũalia vendi non possunt. Idcirco qui ea ex vendi tione habuerit, iure iustitiæ cõmutatiuæ dimittere tenetur, & restituere ipsis ecclesijs particularibus, vel ecclesiæ vſa: materia etenim vendibilis nõ est: atq; ex eo, titulo emptionis acquiri nequit: vnde restitutionis obligatio merito deducit. Inde palam consequit bñficium acquisitum per simoniam inscio eo, cui collatũ est, cõmissam, & in foro aĩæ dimittẽdũ fore, cũ illud habẽs p̃ceperit, & cognouerit vitiũ simoniæ: qa ipsa acquisitio peccat propria natura rei, quæ in venditionẽ deduci nequit absq; consensu diuino quo rõe beneficiũ hoc acquiri nõ potuit, nec fuit acquisitũ ei, cui collatum est. Sicuti nec res vẽdita alicui ignoranti venditorẽ eã nõ potuisse vendere, ei nõ acquirit ab initio. Et idẽ probat, quia si materia vẽdibilis nõ est vt constat, parum refert q̃ emptor bona fide emerit, aut q̃ quis bona fide eã habuerit, si tñ emptionis contractio præcesserit, vt ea daretur, quod maximè est notandum.

Sed iuxta hunc sensum diui Thomæ, dubium est, quãobrem iura Pontificia in hoc casu statuerint. collationem beneficij non ipso iure irritã, sed rescindendam esse: cùm ex D. Tho. opinione ab initio ex propria natura fuerit ipse actus nullus, nec potuerit vim aliquam habere lege humana, quæ diuinũ consensum supplere nequit? Nã & bona fides ementis ré alienã absq; dñi consensu, vel possidẽtis rem aliquam ex titulo nullo, tñ cum defendit dum ipsa bona fides manet: at accedẽte mala fide statim restituere ipsum possessor tenet: nec est expectanda iudicis sñia: quæ vſ in hac nostra specie requiri ad rescissionem collationis. Ego, si vera est Sancti Thomæ rõ arbitror, & iure humano hanc simoniacam collationem factam alicui simoniæ vitiũ ignorani ab initio, nullam fuisse, & ideo per iudicem exteriorem cogendũ cũ tore bñficiũ dimittere cum fructibus à die scientiæ & malæ fidei perceptis, & p̃ piendis, & qui eo tempore nondum fuerant cõsumpti: atque item ab eo die statim teneri ad dimittendum beneficium sibi collatum secundùm omnes. Quod minimè p̃cederet, saltem quo ad fructus perceptos, si titulus ab initio iure humano foret validus: cùm fructus nequaquam debeantur apud iudicem exteriorem ante sententiam, vel saltem ante malam fidem, vbi quis per sententiam persuadus est non priuatus ipso iure secundum varias opiniones, quas hac de re tradidimus in Epitome in 4. decretal. secunda parte, cap. fexto. §. 8. numero 7. vnde fructus percepti ante scientiam criminis, licet nondum consumpti, profectò si titulus ab initio validus foret, minimè essent restituendi: cum fuerint percepti eo tempore, quo quis titulum ipso iure validum, & bonam fidem habuit. Igitur Pontificiæ decisiones quæ hanc simoniacam collationẽ rescin-

rescindendam per sententiam fore statuerunt, referendæ sunt ad reuocationem facti, quæ potius declaratio quædam est, q̃ reuocatio iuris, vt tandem iudex pronunciet, eam collationem, quatenus ita facta est reuocandã esse, & reuocatiõe declaret ab initio nullam fuisse. Sæpissimè etenim hæ declarationes apud iura Pontificia nouæ, quædam reuocationes appellantur. Hinc sanè deducitur titulum hũc simoniacum nullum ipso iure fuisse, & ea ex causa per iudicem reuocari, non in pœnam criminis.

Quòd si contendat quis, titulum hunc ab initio ipso iure validum fuisse: sed tñ in pœnam delicti reuocari debere per iudicis sñiam: tunc sanè ipse possessor beneficij nullum crimen commisit, nec culpam aliquam contraxit, do nec sciam habuit simoniæ: etenim tenebatur statim id dimittere: ideoq; non dimittens beneficium ita acquisitũ, ratum habere vt simoniæ crimen: eaq; rõne ad fructus tenebitur, ab eo die perceptos: iuxta eã opinionem, quæ p̃bat, delinquentem priuandum per sñiam aliqua re, teneri ad fructus perceptos à die commissi criminis: atque ad eorum restitutionem posse per iudicem condemnari. Et 9
tamen Diuus Thomas pronũciauit, etiam in iudicio animæ hunc teneri ad fructus perceptos ante sciam criminis, modò hi consumpti non sint bona fide: vnde vel hæc sñia D. Tho. falsa est, vel certè minimè conuenit opinioni quàm modò tractamus, & quæ dictat, in pœnam criminis hunc possessorem beneficij eo priuandum per sñiam iudicis fore. Mihi profectò verior vt Tho. opinio p̃ ipsius rei naturam, & rõnes ab eo adductas. Fit fortasis iura humana hunc habere potuerint sensum, vt collatio beneficij facta per simoniam ignoranti, sit ex propria vi, & natura nulla, quis statim huic ignoranti p̃ iura humana nouæ fiat, & à labe simoniæ immunis collatio, ad tps vsq; sciæ, & malæfidei, atq; ad effectũ vt percipere valeat eiusdem beneficij fructus, eosque fraude consumere.

Ex eadem diui Thomæ ratione probatur habentẽ beneficium per simoniam cum ipso Romano Pontifice cõuentam, vel commissam ipso sciente nullum ius in eo habere, nec acquirere eum ex natura rei, lege naturali & diuina, quibus Papa derogare nõ pót, ipsa acquisitio impedita sit absque diuino consensu: nec Romanus Pontifex, simoniæ labem permittere valet, nec vitium, & culpam simoniæ remittere eius: & ipse simoniacus est, si simoniã cõmiserit, nempe si spũalia, q̃ iure naturali, & diuino vendi non possunt, vendiderit. quod notant. Doct. in c. 1. de simon. Tho. in 4. dist. 25. q. 3. art. 3. Sylvest. in verb. simoni. §. 4. Cardã Turre Crem. in c. latoré. 1. q. 1. ad 3. & est omnium communis sñia. Etenim Papa non potest id permittere, quod iure diuino, & naturali illicitum & prohibitũ extat: quemadmodum satis manifestum est: & vbique à Theologis & Canonistis frequentissimè receptum.

Et licet q̃ubusdam viſum fuerit, Romanum Pontificem simoniam non committere per pactiones illas super beneficijs factas, nam ita hoc indistincte probant glo. & Doct. in c. ex parte, in primo, de offi. deleg. Ant. Cardi. & Doct. in c. 1. de simo. Dec. in consi. 141. & latissimè Iacobatius in tract. de Concilio lib. 4. artic. 5. quorum opinionẽ veram esse in beneficijs simplicibus non in curatis, cum in his simonia vetita sit iure diuino, existimant Panor. in c. exurgendæ. §. quia verò. col. penul. de præben. & in d. c. ex parte & in d. c. 1. Io. Maior. in 4. sentẽ. di. 25. q. 3. colu. penul. Sylvest. in verbo, simonia. q. 2. Lugdunensis. in Alexan. consi. 93. lib. 6. tamen verior est ea sententia, qua definitum est, simoniam non tñ in ordinibus, sed & in beneficijs etiam simplicibus iure diuino, & naturali vetitã esse: liquidem simonia iure diuino prohibita est non tantùm in spiritualibus: sed & in his, quæ spiritualibus annexa sunt. Thom. 2. 2. q. 100. artic. 4. aperte in specie hoc probat. Caiet. in opusculo de simonia. q. 1. curatis fere omnibus. in c. ex multis. 1. quæstio. 3. vbi legis diuinæ positiuæ tis simoniam authoritas ad omnia ecclesiastica traditur. ad idem tex. in c. ex diligenti. de simonia. sic summus Pontifex etiam in simplicibus beneficijs simoniam punit in dicta extrauagant. 2. de simonia. præmittens eam iure diuino damnatam esse. (eandem opinionem probat Dominicus Soto lib. 9. de iustitia & iure. quæstio. 7. artic. 1.)

Non me latet frequentiori Doctorum sñia receptum esse, q̃ collatio beneficij simoniacè facta, non ex natura ipsius conuentionis, sed in pœnam criminis nulla sit. quasi voluntas accesserit conferentis, qui beneficiũ ecclesiasticũ dare potuit: tacti hæc datio admittam habeat iniquitatẽ ob pœnam æstimationẽ spũalis ad tpale. vnde ſm Doct. iure diuino pœna æternæ damnationis infligitur simoniacis, licet valeat eo iure collatio beneficij facta rõne simoniæ. Quod maximè refragatur verbis S. Thom. quæ & à Cardin. sancti Sixti referuntur in capi. 1. ff. ituimus. 1. quæstio. 1. columna prima, & tertia, in secundo.

Hinc etiam expendi poterit quod à plerisq; in cõtrouersiam adducitur an Papa scienter conferens alicui beneficium tob aliquod temporale, videatur cum eo dispẽsare circa pœnas iuris humani, & Pontificij & nisi expressim dispensauerit Romanus Pontifex, non conferi tacitè ex hoc eisdem pœnas remittere, tenent Panorm. in ca. 1. de simonia. Hadrian. quodlibet. nono, arti. vltim. vers. ad 4. Io. Maior. in dist. 25. q. 3. col. penul. quam in partem, dubius tamen, inclinat Caieta. 2. 2. q. 100. arti. vlt. idem colligitur ex Io. And. in reg. cui licet. de reg. iuris in 6. ex contrario remissas esse à summo Pontifice pœnas iuris Canonici, si ex certa scientia beneficium alicui simoniacè conferat, tenent Sylvest. in verbo, simonia. §. 1. & 19. Palud. in 4. distinctio. 25. q. 4. Felin. in dicto c. primo, de simonia. & in cap. de cætero. colum. vltim. de re iudica. & Cardin. à Turre Cremata in cap. 1. nouem. 1. quæstio. primi, num. 4. Dominic. Soto. de iust. & iure. lib. 9. q. 5. art. 2. ad finẽ. & q. 8. art. 2. quorum opinio probatur ex eo quod princeps sciens aliquem iure humano impedimum dignitatem habere, eam illi nihilominus conferens, videatur tacitè, & implicitè eum capacem efficere, & cum eo dispensare: cui notant Bart. in l. Barbarius. num 12. ff. de offic. præt. Alexan. in l. quidam confitebant. per tex. ibi. ff. de re iudi. rex. & ibi glin l. 2. C. de crimi. sacrilegij. Romanus consil. 327. Panorm. in c. cum in cunctis. §. inferior. 1. 3. col. & in c. innotuit. col. 4. de electio. & idem in cap. 2. colum. 2. de schis. mat. Felin. in c. præterea. 1. num. 9. de rest. bus s. cogend. Iosan. Staphil. de literis gratiæ & iust. fol. 83. cui sententiæ & ipse potius accedam sequutus euidentem coniecturã voluntatis ipsius principis, quo sit, vt si teneamus, collationem simoniacam beneficiorũ in pœnam criminis nullam esse ipso iure, dicendum sit in hac specie pœnam istam simul, & alias iuris positiui remissas esse à Romano Pontifice. At si sequamur opinionem diui Thomæ, oportet præsumere, tacita principis voluntate, denuo iterum collationem factam esse huius sacerdotij, & eam quidem immunem, ac liberam à simoniæ vitio.

Hæc tandem eo tendunt, vt certissimum sit, legem humanam siue in pœnam, siue ob aliam causam impedientem primum alicuius rei acquisitionẽ, in animæ iudicio locum habere, ac ferendum forense posse eandem rem absque obligatione restitutionis iure obtineri: quod satis hactenus ostensum est: poteratq; latius idem probari. Igitur Parrutarum lex, quæ de venatione tractat, aliam interpretationem patitur. Nam etsi ex constitutio statuerit, feras captas in fundo alieno à venatore, qui per dominum ingredi prohibitus fuerit, ad fundi dominum pertinere, non ex hoc impedit primum illarum ferarum acquisitionem, sed tantum sinet eas feras domino fundi restituendas in pœnam rediti in gressus. unde donec in lex secundum eandem legem per sententiam condemnauerit venatorem ad restitutionem, legem ius ipsum excipitur,

tur, minimè in conscientiæ foro venator tenebitur ad ferarum restitutionem.

Quinto, ab eadem conclusione, quam de venatione cõstituimus, infertur venatores, & capientes feras, aliaq; alia intra fundum alterum, non teneri in alæ iudicio ad restitutionẽ, sibiq; acquirere capta animalia, etiam si agri dominus ius venandi intra eum alicui locauerit, aut in vniuersum venationem in eo fundo prohibuerit ea rõne, q̃ ipse capere velit easdem feras intra proprium agrũ enutritas, & pecuniã vẽdere. hanc opinionem idem Io. à Medina probat in dicta quæstione duodecima, cuius ea est potissima rõ, q̃ sicut ante prohibitionem domini, ita & post eam dominus ipse nullum ius habet ad feras intra q̃ prium agrum enutritas. Etenim vt ante prohibitionẽ illæ feræ nullius erant ita & post nullius funtideireò capiẽtis efficiuntur: nec prohibitio d. mini eum effectum operatur, q̃ ea animalia vel ipsius efficiantur priusquam capiantur, vel postquam eo prohibente fuerint per alũ capta, in ipsius domini non capientis dominium transeant. atque ita hanc sñiam censeo veram esse, licet Horia, in d. l. D. Iacobi, de feud. in c. & cùm venationib. Chassan. in d. §. 7. rubrica 13. Felin. in comnes leges. vlt. colum. diſtinct. 1. & Claud. Cantiuncula in d. §. feræ. exiſtiment, feras à venatoribus captas in eo agro, cuius fructus consistunt, & percipiuntur ex venatione, minimè capiẽtium ẽsse ſici, nec ad eos pertinere: sed esse domino fundi restituendas. per tex. in Litem si fundi. §. aucupiorum. ff. de vſufru. quo q̃batur reditus venationis ad vſufructuariũ fundi pertinere. Nã & iure Cæsareo dubia est & in exteriori iudicio ea opinio ex gl. in d. l. D. cuius superius mentionem fecimus.

Sed etsi certa esset apud iudicem exteriorẽ, in foro tñ conscientiæ non ita obtineret: sicuti apparet ex his, quæ in præcedẽti illatione adnotauimus. Etenim q̃ fundi fructus in venationem ferarum referatur, parum refert: aut profectò non plus, q̃ ipsius domini q̃hibitio, ne quis eius agrum, vel fundum ingrediatur. Non obstat tex. in dicto. §. aucupiorum. dum iurisconsultus inquit, Aucupiorum quoque, & venationũ reditum Cæsius ait lib. 8. iure ciuili ad fructuarium pertinere. ergo & piscationum. Hactenus Iurisconsultus. Etenim ex eo loco deducuntur plura.

Primùm, vſufructuarium posse venari in eo fundo, in in quo vſumfructum habet: nec posse à proprietario prohiberi, ne venetur ipse vſufructuarius. Quod item probatur in l. vſufructuarium. ff. de vſufructuar. deinde colligitur ab authoritate Iurisconsulti, ad ipsum vſufructuariũ pertinere, quod is percipiat, vel locandam exhibeat venandi in fundo, cuius vſumfructum habet: eademque ratione vſufructuarius poterit prohibere, ne quis fundum ad venandum ingrediatur.

Tertio, inde apparet, pecuniam pacto promissam pro licentia venandi alicui concessa, ad vſufructuarium pertinere: quia cùm ipse possit, & ius habeat prohibendi, ne fundum quis ingrediatur: potest iuste vendere facultatem & licentiam ingrediendi ad venandum, vel ad alium licitum vſum. Hinc tamen non sequitur, feras intra fundum enutritas, esse fundi proprium fructum: vel eas pertinere ad vſumfructuarium iure dominij: cum ipse ut ijs quæ nullius sunt, & iure naturali communia censentur, non plus iuris habeat, quàm quivis alius.

Sexto deducitur vera interpretatio textus in l. si quis quam. ff. de diuerſ. & temp. præscript. quo responsum est, posse alicui competere ex vſucapione ius piscandi, aut venandi in aliquo fluminis publici diuerticulo, vel in aliqua publici agri parte, ita quidem, vt possit prohibere alijs piscationem, & venationem. Idem probat textus in l. sanè si marita. ff. de iniur. quod obstare, vel præscriptionem tanti temporis, cuius initium memoriam hominum excedat, vel consuetudine legitimo consensu populi statutum quemadmodum lucè trabderunt Bal. in l. ita reſcr. ff. de rerum diuisione. col. 1. Ang. Aret. in §. flumina. Insti. de rerum diuisione. Franc. Balb. in tract. de præscrip. 5. part. princi. 4. parte, q. 1. optimè Aymon Sualin tract. de antiqui. tempo. 4. part. c. materia ista. nu. 80. Sic & princeps potest privilegium priuato concedere, vt ipse solus in aliqua parte maris publici, vel agri piscari, & venari possit, aliosq; ne id faciant prohibere. gl. in d. l. si quisquam. & in d. l. sanè si maris. & in l. venditorum princ. per tex. ibi. ff. commu. prædi. vbi Iurisconsultus de Thynnarijs tractat, quas Hispani dicimus Almadrauas: & hic de piscatione Thynnorum. & Thynnariam piscationẽ dixit Vlpianus. Vnde nos Thynnaria dicere possumus loca in ipso maris litore, in quibus capiuntur thynni. Sed & hęc loca ita quidem parata & instructa, vt thynni, & alij iunòi pisces capiantur, Cetaria, aut cetariæ dicuntur Latinè apud Plinium lib. 9. c. 30. & c. 15. q. bin locis meminit Plinius cetariarũ apud Hispanos. Sic & Horatius lib. 2. Sermon. Satyra 5. inquit,

Plures aunabunt Thyni, & cetaria crescent.

(Verùm quo ad principis priuilegium) idem adnotauit post alios Accurs. sequutus Carol. Ruin. cõsi. 28. & 29. nu. 11. Etenim licet in his speciebus quis contra prohibitionem, venetur, aut piscetur, in iudicio animæ, nequaq; tenebitur ad restitutionem piscium, aut ferarum, quas habuerit: quod probatur ex rationibus, & conclusione prænotatis: in foro autem iudiciali cogetur restituere in hac specie propter decisionem legis Partitarum, & propter opinionem glos. in d. §. feræ, quibus fere decisum est, venatorem cogendum esse restituere ea quæ venatus fuerit prohibente illo qui prohibere poterat.

Septimò, hinc probatur, venatione prohibita in locis adhuc publicis per inferiorem à principe ablq; iusta ei, qui tamen præscriptione immemorali, aut priuilegio, aut consensu communitatis, ius prohibendi acquisiuit, q̃ iura maximè sunt in iudicio animæ, & quo ad Deum examinanda, ne Tyrannidem sapiant: q̃ si quis aduersus hãc prohibitionem venetur, sibi acquirit feras, quas venatio ne habuit, nec tenetur in conscientiæ foro eas restituere. quod probatur si rationes, & conclusionem, quas modo præmisimus, diligenter obseruemus. Et fortasse in foro iudiciali, etsi vera foret sententia gl. in d. §. feræ. quæ lege regia partita, comprobata est, ipse illam conclusionẽ forsitan esse conferem, cùm quis habet ius prohibendi venationem ea rõne, q̃ fundus priuatus sit, non cõpetere vel qa ipsi soli ius venationis competit, & non alteri eo inuito. Alioquin vbi venatio prohibet in vniuersum quo ad loca publica alijs ex causis, tunc satis erit q̃ iudex condemnet ad pœnam legis vel statuti, aut edicti prohibẽtis: nec dẽt necessariò ad restitutionem animalium condemnare.

Illud profectò prætermittendum non est, q̃ prohibentes venationem vel in locis publicis, vel priuatis, etiã q̃prijs, tenentur ad restitutionem dãn vicinis illati ex multitudine alienum, quæ in loco prohibito ob interdictã venationem emittit exterius erumpant, & messibus, ac segetibus exitium, ac deuastationem inferant: sicuti elegan ter respondit Cuiac. in tract. 17. q. c. 12. Nec iusta est executio prohibentium venationem intra proprios agros, si permiserint eorundem alienum occisionem quoties proprium fundum egressa in vicinorum agros diuerterint. Etenim tenentur hi qui prohibita venatione cãm dederint alienum multitudini, & deinde ex hoc vicinorũ præsentium damno, vel illas feras includere, aut earum innumeram multitudinem extinguere, saltem diminuere, vel permittere liberam venationem, aut illatum damnũ soluere. argu. tex. in l. 2. §. ult. ff. si quadru. paup. fecisse dicat. l. item mela. §. itẽ cũ eo, ff. ad le. Aquiliam. l. hi. n. d. & generaliter. & Lqua vulgo. ff. de ẽ fili. edicto. & eorum quę tangit Romanus singul. septingentesimoquarto. Innocen. Abb. & Doctor. in c. ad audientiam. de homicid.

Præterea

Præterea licet sit quorundam opinionem, quam modò probauimus, qui venatur in alieno fundo dño prohibente, non teneatur in alæ iudicio ad restitutionem eorum alienum quæ per venationem habuerit, nec ad eorũ æstimationẽ tenet tñ ad æstimationem damni, quod per eam venationem dño prohibẽti dederit. In hac verò æstimatione habenda est rõ animalium, quæ nisi extraneus, venatus fuisset, dñs fundi, cuiusve conductor habuisset, sua que fecisset, per apprehensionẽ. Item habenda rõ est venationis, quæ in eo fundo per dñm solũ exerceri solebat. Tandem hic venator, qui domino prohibente agrũ alienum ingreditur, non tenet ad restitutionẽ rõne captorũ animalium, sed ratione damni illati per venationem ipsi domino, qui venari iure, & iustitia solitus intra proprium agrũ fuerat. quod in specie visum est Io. à Med. in d. q. 12. Imò & venatores oĩno tenent ad dãnũ, qđ agri dño intulere in fructib. & segetibus, etiã si expressa prohibitio nõ fuerit præmissa: cũ sufficiat tacita quo ad istud damnum.

Sed proximè dictis obstat fortissimè iurisconsulti rñsum in l. quemadmodum. §. planè. ff. ad legem Aquiliam. planè, inquit Vlpianus, si culpa naturarum id factum sit, lege Aquilia agendum. Sed 32 vbi damni iniuria agitur ob retia, non piscium, qui adeò capti non sunt, fieri æstimationem: cùm incertum fuerit an caperentur. Idemq; & in venatoribus, & aucupibus probandum. Hactenus ipse Iurisconsultus, à quo non posse incertum piscium, aut ferarum in venationib. & piscationibus æstimari, quia plura contingere possent ob quæ nec feræ, nec pisces caperentur, adnotarunt Paulus de Cast. in l. non vtiq;. §. vlt. ff. de eo quod cert. loco. Romanus in sing. 681. Præpolit. in ca. iuuenis. de sponsalib. 3. col. Bocrius in additionib. ad Dinum, in rubr. de regu. iur. 2. col. & Scholiastes quidem Panorm. in c. commissum. de deci. litera E. asseuerantes minimè deberi æstimationem, nec interesse piscationis, aut venationis ab eo, qui alterum iniuria, & iniquè piscari, aut venari impedierit, cuiusve retia ruperit. idem & in eo, qui piscatorem, aut venatorem, qui victum inde quærebat, pcusserit, vel occiderit: nã licet alioqui operæ percusi, aut occisi præsentes, & futuræ soleant æstimari. l. ex hac. ff. si quadrup. paup. fecisse. dicat. piscatoris tamen, aut venatoris percussi operæ minimè æstimabũtur, vt omnino incertæ. facit ad hoc tex. in §. illud quæritur. insti. de rerum diuisio. Sed Iurisconsulti locus in d. §. planè. ita accipiendus est vt obtineat in litoribus, & fluminib. vbi piscatio certa non est, sed admodum rara, & incerta. quod plerumq; contingere solet: quidẽ piscatores hac rõne sæpius eludantur, q̃ capiant. At vbi piscatio, aut venatio vberrima, & optima est, ac certissima, quæ fallere non solet, profectò tunc amissio captus piscium, propinquum est interesse, & probabile: vnde æstimari debet. l. ait lex. in fin. ff. ad legem Aquiliam. cum l. eq. dicut eleganter explicat Lugdunensis in l. unica. C. de sñia quæ ꝓ eo quod interest. nu. 84. quo fit, vt impeditus piscari, aut venari ab eo, qui iure impedire non potuit, agere valeat non tantum ad retia rupta, eorũq; æstimationem: sed & ad æstimationem piscatur, quæ iuxta tempus, & locum certa imminebat.

Quin & præter hanc æstimationem potest & altera in his piscationibus, & venationibus constitui æstimatio, si piscator, aut venator certum quotidie lucrum habeat ex pacto, quod cum altero pepigerit, vt ei det centum ꝓ cuiuslibet diei piscatura. Etenim ex hac pactione piscator habere debet pro cuiuslibet diei piscatura centum, & ea certissima, siue piscatio vberrima fit, siue sterilis. text. singul. in l. si factum retis. ff. de actio. empt. quo in loco Iurisconsultus illũ approbat contractum, quo iactus retis emitur, quicunque is futurus sit. Hcirco inibi est etiã responsum, q̃ si piscator præmissa cõuentione iacta nihil remittere, emptor poterit aduersus eum agere ad æstimationẽ atque æstimatur incertum illius lucrus, id est, ea illa, quæ in venditionem deducta fuit: quod Bar. tradit in Locum. §. qui maximos. 2. col. ff. de public. facit text. in l. nec empt. ff. de contrah. emptione. Nec ex Iurisconsulto intelligas, incertam esse huius rei æstimationem: sed esse æstimandam aleam illam, & iactum retis, qui ob varium successum & dubium, incertum quid dẽ Iurisconsulto. Hinc & illud constat in prædictæ l. exemplo, emptorem posse agere contra venditorem ad iactum retis, vel ad eius æstimationem, vt modò diximus etiam si maior sit æstimatio, quàm pretium conuentum: nam id plerumque euenire poterit: atque eadem rõne deducitur, posse venditorẽ impeditum iactũ retis mittere, agere aduersus impedientem, non tñ ad pretium conuentum, sed etiam ad illã æstimationem iactus retis, quam emptori soluere coactus vẽditor fuerit. (Commemorat ad hęc Plutarchus in Solonis vita, Milesios hospites iactũ retis à Cois piscatorib. emisse, eoq; tractum fuisse aureum illum, ac celebratissimum Tripodem: de quo maxima fuit inter piscatores, & hospites controuersia. Cui similis inter adolescentes vrbanos, & Hostientes piscatores traditur à Suetonio Trãquillo in li. de claris rhetorib. qui iactum retis bolum appellat. qua in significatione dictio eadẽ extat latinè apud Plautũ in rudente, & Græcè apud Plutarchum, & Aristotelem, atque Herodotum lib. 1. vbi meminit oraculi cuiusdã Amphilyti Acarnanis: quo in loco fœdè labitur interpres Valla.) Ex quibus tandem apparet defendi posse opinionem Io. à Medina, cuius paulo antè mentionem fecimus. Inde etiã ꝓbaĩ, piscatoris, & venatoris percussi, aut occisi operas æstimãdas fore, & posse iustissimè æstimari: quidquid præcisati Doctores voluerint. Sicèt patet error illius, qui Panormit. scholia adiecit in d. c. commissum. dum scripsit impedientem aliquem piscari, vel retia piscatoris rumpẽtem, non teneri ecclesiæ ad æstimationem eius, quod ex piscatura decimæ rationc poterat cõpetere. Etenim falsa est hæc opinio: quia & ipsi piscatori, aut venatori restituẽda est æstimatio piscaturæ arbitrio boni viri, & huius æstimationis pars decima ecclesiæ debetur: vbi ex piscationibus, & venationibus decima soluitur.

Postremò est hac in re, aliã duertendum ad text. in d. §. illud quæritum. Insti. de rerum diui. quo responsum est, feram tab aliquo vulneratam, & lethali ꝼm Theophilum, vulnere, non aliter effici vulnerantis, q̃ si ab eo capta fuerit: & ideò si ea vulnerata fugiens per alũ capta fit, ipsius capientis fieri. probatur hoc & in l. naturalem. §. illud. ff. de acq. rer. dom. notat Bar. in l. quo minus q. 5. ff. de fluminib. & idem erit in fera per retia, & insidias venatoris illaqueata: nam si per alium, q̃ apponentem retia, fuerit capta ex ipsis laqueis, eius efficit, non illius qui rete posuit. Regia l. 20. tit. 28. part. 3. quæ quidem cõstitutio addit in aliquot huius regni locis contrarium seruari, vt sit ipsius feram percutientis, aut illaqueantis venationis institio. qđ fori lex expressum aperit & refert lib. 3. tit. 4. l. 17. hanc itẽ opinionẽ vt fera sit percutientis seruari consuetudine testatur gl. in d. l. naturalem. §. illud. (Qua in re oportet expendere Proculi iurisconsulti rñsum in l. in laqueum. ff. ad qui. rer. domi.) Nam cùm in hac specie minimè tractetur de pœna constituenda, etiam in foro conscię & ãe iudicio erit seruandum id, quod per leges humanas, vel consuetudines legitimè præscriptas fuerit statutum.

Secunda proponitur in hoc venationis tractatu cõclu 33 sio. Venatio & piscatio ferarum & piscium, qui priuatim alicuius proprij sunt, adeò natura rei prohibentur, vt non secus ad restitutionem venatores piscatoresq; teneantur, quàm si domesticum, & mite alicuius animal capiãt. Probatur hæc conclusio rõne iustitiæ commutatiuæ, à qua deducitur obligatio restituendi ex causa acceptionis iniquæquæque processit in damnum, & iniuriam proximi: cuius proprialres capitur & auferẽ. Vnde & in hoc casu pòt dominus aduersus venatorem agere actione furti. §. gallinarum.

narum. Insti. de rerum diuisi. l. Pomponius scribit. §. idem Pomponius ff. fin. hereditam. l. vsufructuarium. ff. de vsufruct. quidem iurisconsultorum responsa hanc conclusionem & illationem præmittunt. sed & ipse aliquot ex hac assertione deduci, quo facilius percipiat eius intellectus.

Primùm hinc infertur, venatorem teneri ad restitutionem animalium, quæ quis priuatim inclusa viuarijs, leporarijs, piscinis, aut stagnis habebat, etiã si ab his locis animalia multa hæc exire soleant, modò habeant consuetudinem eundi, & redeundi: cum illhæc alia non habeant libertatem omnino exeundi loca septa, saltẽ possit diu exirã impedire facillimè occlusis viuarijs. Idẽ erit in apib. priuato alueo inclusis, & de certis priuatæ sylue muro circũdatę. Constat; hoc corollariũ in l. 3. §. itẽ feras. ff. de acquiren. poss. & in d. §. ferę. cum sequentib. & in l. 21. tit. §. 28. parti. 3. Procedit tñ qñ hęc viuaria, leporaria, piscinæ, & stagna facta fuerint priuata hoĩum operarq; si ab ipsis animalibus naturaliter facta fuerunt absque industria priuatorum, secus erit. ex §. apium. Instit. de rerum diuisio.

Secundò hinc colligitur, horum aĩalium restitutionẽ faciẽdam esse eorum priuato dño, etiam si capta fuerint extra locum illum, quo includũtur, modò non amiserint eundi, & redeundi consuetudinem. Adhuc. n. propria sunt illius, qui ea incluserit, quod expressim in confectione iu dicio admonuit Ioã Medina d. q. 12. & probatur in locis modo citatis, quamuis venator nulla arte, nec industria vsus fuerit ad deducenda illa aĩa extra septa, & loca quibus includuntur, in locum sanè publicum. At in casu primæ conclusionis, venator etiam arte, & industria educès feras, & animalia extra locum prohibitum, nõ tenetur ad restitutionem animalium: licet possit quandoque dici, cum obligari ad damni ex hac venatione illati compensationem, iuxta ea, quæ tradidimus septimo prioris conclusionis corollario, ad nihilum aũt teneretur venator, q feras & aĩalia extra locũ vetitum absq; vlla eius fraude digressa caperet, & occideret, quę superius satis ꝓbata est.

Tertiò, ex hoc manifesti iuris est, ꝙ si quis arte, & fraude columbas deducat ab alterius columbario, adeq; propium attrahat, tenebitur is ad columbarum restitutionem, etiam in animæ iudicio. Extrà in foro iudiciali puniendus ẽt ea, quæ hac de re notauit Cepola de seruitu. rustic. prædio. c. de columbario. & c. de venatione.

Quartò, planè constat ex secunda conclusione ratio, quare probibeantur venatores, & alij quicunque balistis, similibusve instrumentis vti ad occidendas columbas, q̃ in priuatis columbarijs nutriuntur. quod Cepol. tradit in d. c. de columbarijs. Guid Papæ, q. 218. Regia lex 22. facit ad idem tit. 28. parte 3. permissum tamen est quibuscunque, vt certo quodam ꝓpacio loci à columbarijs remoti columbas occidere possint: ita cum iuxta decretum supremi Senatus vnius leucæ limitibus definitum est.

His verò, quæ diximus, partim repugnare tex. singularis in l. 3. §. item feras. ff. de acquir. poss. quo in loco Iurisconsultus respondit, animalia inclusa in viuarijs, & columbarijs priuatis, pisces in piscinam congregatos à dño fundi possideri: nõ sic pisces inclusos in stagnis, nec feras in talibus circumseptis degentes & euagantes: nam hæc à dño fundi minimè possidentur. Ecce igit qualiter oĩno pariter sit in talibus circũseptis, & stagnis, quod in viuarijs, piscinis, & columbarijs erat; ideo cum inter hæc nõ diuersa à Iurisconsulto constituatur, patet in his non esse hanc secundam conclusionem omnino constituendam. Huic autem obiectioni primum respondetur, quo ad dominum non esse discrimen vllum inter stagna, & saltus, piscinas, & viuaria, modo saltus & stagna, vtcunque legitimè ipsa cij sint, manu hominum, & priuata industria fuerint circumsepta, & fabricata. hanc q; fuisse olim Salmaticæ publice veram esse probare conatus sum. tametsi quo ad possessionem piscium, & ferarum in particulari, distinctio iurisconsulti mihi maximè placeat: hanc q; arbitror esse illius responsi veram interpretationem, quam deduxi ab Accursio ibi, quem sequuntur Ang. Imol. Alex. & Doct. cõiter & præceteris Vincen. Hered. in §. Nerua filius. num. 2. eiusdẽ l. 3. sed licet quo ad possessionem manifesta sit, ac certissima Iurisconsulti, & interpretum dñi at eaq; ex litera illius responsi expressim constet: tamẽ adhuc, & quo ad dominium eandem esse differentiam admittendam à priori discedens tuta nunc opinor: propter rationẽ, qua Iurisconsultus, eiusque interpretes utuntur. ea. n. ꝙ pisces stagnorum & ferę in saltib. circumseptis enutritæ, libertati naturali relictæ sint. quæ quidem rõ probat hos pisces, hasq; feras nondum in vllius dñium transisse, donec per occupationem capiantur. oportet tamen cùm discrimen constitutum sit à Iurisconsulto inter viuaria, & saltus, etiam circumseptos, piscinam & stagna, diligenter pendere harum dictionum proprietatem ẽm quam Iurisconsulti responsum accipiendum est. Viuaria quidem dicuntur loci, quibus vel aues, vel pisces, vel ferę continẽtur ad victum hominum, hominũ quidem industria aĩalibus in ea loca immissis, vt nutriant, aliaq; progenerent ad mensarum delicias, ex l. vsufructuarius veneri. §. viuarijs. ff. de vsufru. Plin. li. 9. c. 54. & lib. 8. c. 52. dicuntur etiã viuaria apud Columellam li. 8. c. 1. loci, vbi nemorib. cluisis pecudes syluestres custodiuntur. Stagna dicuntur ꝙ temporalem continent aquam inibi stagnantem, quæ plerunque hyeme cogitur, nec fluit, nec refluit. l. 1. ff. vt in flumi. public. manig. lic. Piscina verò est ea, in quam pisces humana industria mittuntur, vt ibidem nutriantur. Igit quo ad dominium, & possessionem pisces piscinarum, & ferę viuariorum pertinẽt ad dominum fundi, cui piscina, & viuaria accedunt. at pisces stagnorum, & ferę in nemoribus circumseptis euagantes nõ sunt ipsius dñi, nec quo ad possessionem, nec quo ad dominium, quoties saltus, vel stagna natura loci, arborum densitate, aut rupib. circumsepta sunt. Quòd si fuerint circumsepta nemora ipsa, & stagna, opera, & industria hominum, tunc idem erit ac si pisces & ferę nihilominus relictæ sint in naturali libertate. Sed hoĩum opera ita sint aĩalia circũsepta, vt naturalis libertas earum ex hoc impedita sit, profectò non video qua rõne hæc ad agri dñm non pertineant. Nisi velis ad literam obseruare Iurisconsulti responsum in d. §. item feras, cuius hęc sunt pulchra verba: tẽ feras bestias, quas viuarijs includerimus & pisces, quos in piscinã cõiecerimus, à nobis possideri. Sed eos pisces, qui in stagno sunt, aut feras, q̃ in syluis circũseptis euagent, à nobis nõ possideri; neq; relictæ sint in libertate naturali: alioqui ẽt si quis sylua emerit, videri eum oẽs feras possidere: quod falsum est. Hęc Iurisconsultus. Qui connectione piscium in piscinam, & conclusionem ferarũ in viuaria hominum industria, & opera facta, ne ferę vagari possint, exigit, vt earum possessio fundi domino competat, & acquisita sit.

SVMMARIVM.

1 *Princeps superiorem minimè recognoscens ius habet indicendi bellum.*
2 *Iustum bellum non tantùm dicitur ex authoritate indicentis: & causa.*
3 *Iustum bellum est, quod fit ad defensionem, vel vindictam, vel punitionem.*
4 *Rebellio est iusta causa gerendi belli, & inibi traduntur aliæ iustæ belli causæ.*
5 *Imperator, an sit totius mundi dominus, etiam quo ad protectionem? quo in loco quæstio latissimè disputatur.*
6 *Potestas spiritualis, in quo à temporali differat.*
7 *Summus pontifex an habeat temporalem iurisdictionem, in actu, vel in habitu.*

8 *Intellectus Bar. in l. 1. §. per hanc. ff. de rei vend. & ibi doctorum distinctio.*
9 *Reges Hispaniarum immunes sunt, & liberi a Cæsarum Imperio.*

§. NONVS.

DECIMOQVINTO potissimũ a principali ꝓcedit disputatio de restitutione rerum, q̃ a militib. bello capiuntur; q̃ necessario illã præmittit, ꝙ sit bellum iustũ, & q̃ ad belli iustitiam requirantur. Nec tñ hic de bello ita longe tractabimus, vt videamur ex ꝓfesso rem istam tractandam, & examinandam assumpsisse: sed obiter quæ iustitiam belli attinent compendio quodam expediemus. Igitur ꝓcipue ad belli iustitiam primo necessaria est authoritas principis, qui bellum indicere possit. Priuatus etenim, qui superiorẽ habet, apud quem possit iniuriarũ agere, reiq; proprias ab alio captas exigere, bellum gerere nequit, præsertim ꝙ principi, cuius Imperio subditus est iniuriam faciat, si eo inuito vel absque eius authoritate bellum alteri indixerit. Habet aũt 1 ius indicendi bellum princeps, i qui superiorem neminẽ habet in eius principatu, ẽm Aug. lib. 22. contra Faustum, c. 74. c. quid culpatur. 23. q. 1. Isidorus lib. 18. Etymologiarum, & c. 1. vigesima tertia q. 2. l. hostes. ff. de capti. & postlim. reuers. l. hostes. ff. de verb. sign. idem adnotarunt D. Th. & Caiet. 2. 2. q. 40. ar. 1. Ioan. in c. olim. in 1. de rest. spol. idem & post alios panor. in c. sicut, de iureiurando. 7. gl. & ibi Doct. in summa. 23. q. 2. Bar. in d. l. hostes. nu. 14. ff. de capt. & est cõis opinio apud eos, qui hanc materiam tractauere. ac deducitur ex traditis per Had. in 4. sent. tract. de rest. c. aggredior casus speciales. & Fio. 3. part. tit. 4. c. 1. §. 9. Sylu. in verb. bellum. 1. q. 1. Caiet. in 2. Tomo opusc. q. vlt. Maior. in 4. sent. dist. 15. q. 20. Alfonsus Castro, lib. 2. de iusta hæret. punit. c. 14. Card. a Turre crem. in d. c. quid culpatur Ioan. And. & Doct. in c. 1. de homic. lib. 6. Ioan. Lign. in tract. de bello. c. 13. gl. Barto. 2. col. post Iuniores in l. ex hoc iure. ff. de iust. & iure. Oldrad. consil. 70. Ioan. Eckius Homil. vlt. Dominicæ tertię post Epiphaniam. ex quib. frequentiori eorum sniã ad iustitiam belli ꝓbandam est necessaria authoritas eius, qui potest bellum indicere, sed & iusta indicendi 2 belli causa, & præterea recta bellantium, & indicentium bellum intentio, vt tale fiat, & bellum geratur animo propulsandi iniuriam a Republica, eidemq; irrogatam vindicandi. Sed quia hæc vltima causa non pertinet ad restitutionem captorum in bello, cum, & si desit recta bellantium intentio, nihilominus capta in bello: alioqui iusto, & indicto ab eo, qui indicere potuit, non ex hoc sunt restituenda. quod in specie notant Host. in d. c. aggredior. Caiet. d. q. 40. ar. 1. ad ii. Maior. in d. q. 20. versic. illis notatis. Sylu. in verb. bellum. q. 1. & Ioan. Eckius in dict. homilia vlt. col. 4. liquidem restitutionis obligatio nunquam oritur a praua capientis intentione, authore Thom. 2. 2. q. 66. arg. 8. vers. ad primum, alias iustæ belli causas perseqeremur, præter eam quæ semper ad iustitiã belli publici necessaria authoritas, scilicet principis.

Inter alias belli causas quæ iustissimæ conferi solent illa est omnium probatissima, & ad quam fere oẽs, q̃ tradi consueuere referri possunt, ꝙ bellum fiat ad defensionem Reipublicæ, ne ea a Tyranno per vim opprimatur: item ad defensionem propę imperij, & prouinciarum 3 ad id pertinentium, quali fiat ad defensionem personarum, & rerũ. d. c. olim. in fine de rest. spoliat. d. vt vim. ff. de iust. & iure. c. vlt. de homic. Iurem ff. ad leg. Cornel. de sicarijs. l. itaque. ff. ad leg. eam Aquil. l. 3. §. 2. part. 7. atque hanc esse iustam belli causam intentat Host. & præcetera Doct. qui & idem esse censent, quoties bellum geritur ad vindicandam iniuriam iniquissimè illatam. quorum sententia probatur authoritate Augustini. lib. 5. q. 10. super Iosue. iusta inquit, bella solent definiri, q̃ vlciscuntur iniurias, ad idem facit, quod scribit post Azonem glo. in l. nullus. C. de iudæ. illeuerans, etiam priuatum posse iniuriam sibi factam vlcisci propria authoritate, quoties ei permissum non est, nec suppetit facultas vocandi offensorem ad iudicium, vt per iudicem is cogatur iniuriã compensare, & satisfacere iniuriam passo. cuius gl. memine. re Fel. in d. c. 2. de homici. Pano. in c. 1. de iud. nu. 33. Alexan. & Ias. in l. miles. §. qui iudicat. ff. de re iudic. tametsi in priuato Azo in summa eam opinionem intelligat veram esse, modo vindicta fiat absq; occisione, & percussione offensoris: quod quidem moderamen in principe, qui superiorem non habet minime procedit. His accedit gl. in c. fulgentium. 1. dist. cuius ipse mentionem feci in lib. 1. Variar. reso. c. 1. ad 6. ex quib. colligit dux causæ iustæ ad bellum indicendum. Etenim bellum iustũ uel est defensiuum, vel vindicatiuum. Defensiuum vero, & priuatis licet absq; authoritate superioris, vel principis, cum ad defensionẽ ipsa iuris naturalis lex authoritatẽ ꝓfer. d. l. vt vim. qua rõne hæc defensiõis cẽ maxime iusti ficat bellũ publicũ, qdq; publica authoritate sustentati itidem & absq; ea ex legis naturalis authoritate pollet bellũ publicũ ad defensionẽ geri. qd satis manifestũ est.

Tertia proponitur belli causa, contumacia seu rebellio iniquè recusantis Imperiũ, cũ subditi aduersus principẽ insurgunt, nec volunt ei obedire, etsi fuerint ab illo sæpe admoniti. hæc probatur, quia grauis iniuria Deo, & principi fit, si eius Imperio subditi rebellant. ad Rom. c. 13. itaque inquit Paulus, qui restitit potẽti, Dei ordinationi restitit. Sic Dauid. rex bellum mouit aduersus Sebam filiũ Bochri, ppea ꝙ populum solicitauit, vt a Dauide Rege ac ipsum deficeret, secũdo Regũ c. 20. vñ. & Aug. d. lib. 22. contra Faustũ, c. 74. ait, aduersus violentã rebellantium, siue Deo, siue aliquo hĩmo Imperio iubente, gerenda ipsa bella suspiciunt a bonis cum in eo rerũ humanarum ordine inueniamur, vbi eos vel ubere aliqd tale, in talib. obedire iusse ipse ordo continuit, c. quid culpat. 23. q. 1. idem Aug. q. 10. super Iosue lib. 6. q. in qt, Iusta bella solẽt definiri, q̃ vlciscuntur iniuriam: hic gens, vel ciuitas plectenda est, quæ vel vindicare neglexerat quod a suis improbe factũ est, vel reddere, qđ per iniuriã ablatum est. c. dũs. 13. q. 2. Hoc ipsum constat ex Arist. lib. 7. Polit. c. 14. ad fin. vbi bellum iustum esse censet vt in seruitutem redigantur, quos seruire oportet, & vt his, qui seruitute digni sunt, legitimè dominetur. Idem Aristot. dixerat 1. polit. c. 5. ex nostris Innocent. communiter receptus in d. c. olim. in 1. de restitut. spoliato. hanc esse iustam belli causam topinatur, tametsi exitimet potius esse executionem iurisdictionis, & punitionem rebellium in hoc casu, quam bellum, & ideo captos in eo non effici seruos capientium. quod maximè est obseruandũ. Nam & idem optimè adnotauit Ioan. a Terra Rubea in tract. contra rebelles. 3. part. artic. 10. conclusio. 13. qui hanc tertiam iustam belli causam etiam tradit ex l. amissione. §. qui deficiunt. ff. de capitul. diminut. l. si quis in genuam. §. in ciuilibus. ff. de captiuis.

Quarta causa huc referri poterit: cum bellum iustissimè indicit ad repetendas res, quæ per violentiã ab hoste deperiere. & hæc constat ex Augustino in præcitatis locis, & 2. Reg. c. 2. vbi Dauid, mortuo Saule bellum gessit contra Isboleth filium Saulis, qui occupare nitebatur regnum Israel, quo ad dominus per Samuelem Prophetam tradiderat Dauid. Sũt; pastum hac de re innumera exẽpla, cum apud Fideles, tum apud Ethnicos, q̃ bella acriter gessere ad repetendas propè asres, quas alioq; repetere a quouis belli minime potuissent. Arma, inquit apud Lucanum Cæsar, tenenti omnia dat, qui iusta negat. Vi-

de & hæc cā ad ſ̄cedentes ptinet,cū ſit vindicatio iniu-
riæ ex eo illatæ,q̄ res propriæ inuito dño detineantur.

Quinta ēt ex rōne iniuriæ illatæ traditur iuſta belli cā
cum quis aliū impedit,ne per aliquā prouinciā tranſeat
ēt propriam impedientis:mō tranſitus ille innoxius fu
turus ſit. Etenim licitum eſt tunc bellū impedienti mo-
uere. Nī cū tranſitus innoxius,cui iure humanæ ſocie-
tatis debetur negatus fuerit,iuſte neganti bellū inferſ.

Quam quidē cā ꝓbat Hiſtoria ſacra numerorum
c.21.quo in loco ſcriptum eſt,filios Iſrael pugnaſſe cōtra
Seon & Og.Reges Amhorreorum,propterea q̄ illis per
mittere noluerunt tranſitum innoxium in tertam ſibi a
Deo promiſſam.quæ de rediuus Aug.li.1.Quæſtionum
c.44.ſuper Numeros inquit,Notandum eſt ſine quem-
admodum iuſta bella gerebantur.innoxius.n. tranſitus
negabatur,cui iure humanæ ſocietatis æquiſſimo patere
debebat,referrur a Gratiano in c.vi.23.q.2.tradit Io.Lu
pi.5.par.de regno Nauarræ.§.1.Bar.in l.1.C.de Paganis.
Iaſ.in l.ex hoc iure.1.col.ff.de iuſt & iur.Alber.in rubr.
de hæret.in 6.q.8.nu.12.ad has fere cauſas plures aliæ re
ducuntur quas præcitati Doct. & præſertim Doctiſſi-
mus Alfons. a Caſt.in d.li.2.c.14.diligenter congeſſere.

Hinc deniq; obſeruandum eſt,quid de repreſaliis,vt
vulgari dictione vtar,iure rūdendum ſit.Nam ſummus
Pontifex in c.1.de iniur.lib.6.eas non omnino licitas eſ
ſe inſinuat,dum aſſeuerat a iure naturali,& diuino ali-
quātulum diſſidere, priusq̄ illud præfati oportet,apud
veteres morem ac legem fuiſſe veruſtiſſimam quidem,
qua ſancitum erat in hunc fane modum,ſi quis violenta
morte obierit,ꝓ hoc gētilib.& cognatis Androlepſiæ
ſunto,quo ad iudicium ſceleris,pœnāſq; ſubierint,vel ne
cis authores dediderint. Androlepſia vero ad tres vſq;
nec eo amplius eſto.huius legis meminit Demoſthenes in
oratione aduerſus Ariſtocratem,qui ſentit, Androlepſiā
iſtā lege permiſſam eſſe ꝓ eos apud quos cædes facta fue
rat. Iulius vero Pollux eam permiſſam fuiſſe ſcribit ꝓ eos
qui homicidam protegum ſuſceperint,nec eum peten-
tib.dederint,nec ad criminis pœnam,nec ad vindictam
nec ipſi iuſte puſuerint.vū moris antiquiſſimi fuit, vt q
homicidium perpetraſſent,ſi cum in externam vrbem
profugiſſent,ad pœnam expoſtulati non dederent his,
ad quos facinus adm illum,eiuſq; vitio pertinebat,vt per
ſolueretur iniuriam paſſis pignorandi poteſtas, quam
Androlepſiam Græci vocant.meminit huiuſce rei Bo-
dæus in annotationib ad l.aut facta.§.euentus,ff. de pæ
nis,quo in loco ſcribit,quas vulgo habere dicimus repræ
ſalias,Latine dici poſſe pignorationes,quemadmodum
& eas appellat ſummus Pontifex in d.c.1. de iniurjs. in
6.vel Clarigationes,vt viſum eſt Hermolao. Ad hūc ete
nim modē repreſaliæ quotidie permittuntur,vt ſi qua
ex gente latrones,aut piratæ,vel quicunque alij homici
dia,rapinas,alia ve ſcelera per petrauerint,iniuriam dā-
nūve intulerint,nec iniuriā dānūve paſſi potuerint eius
obtenere vindictā, aut iuſtitiā ꝓcq apud eā Rēpublicā,
cui ſceleriū authores ſubijciuntur, & quæ eos ſuſceperit
tūc liceat iniuriā paſſis pignorationib. vti aduerſus illius
reipublicæ holes, cui⁹ moris iuſtitia cōi omnium ſenſu de
ducitur ab authoritate Augu.q.10.ſuper Ioſue,quē Gra
tianus retulit d.c.dens.13.q.2.eiuſdem & nos paulo ante
meminimus.ſ.n.inquit hic,gens, vel ciuitas plectenda
eſt,quæ vindicare neglexerit,quod a ſuis improbe factū
eſt.eam Regis l.4.ni.7.par.5.vnde pignorationes iſtæ
licitę cenſentur iuxta quorundam opinionem,quam la
te examinarunt Anch. Dom.Franc.& Iacob. de Canib.
in relectione c.1.de iniur.in 6.Bartol.in tractat. de re-
preſaliis.Bul.& Sal.in authen.omnino.C.de act.& obli
gat.Innoc.in c.olim.de reſtitut.ſpol.Iacob.de bello viſu
in auth.vt non ſint pignorationes Sylu.verb.repreſa-
liæ.quorum rationib.hæc perpenſis,præterea his,quæ
latius ceteris Iacob.de Canib.tradit.ego cenſeo,non ali
ter repreſaliis licitas fore,quam eo mō,quo bellum iu
ſtum iure naturali,& diuino arq; humano cenſetur. Nā
a iniuſtitia belli ad repreſaliarum iuſ argumentantur fere
oēs,& maxime authoritate Diui Aug.veniunt,vnde om
nino requiritur authoritas eius principis,qui bellum in
dicere poteſt,& præterea cauſa illa,q̄ ſm Aug.iuſtū bel
lum efficere ſolet,nempe,quod illa reſpublica,aduerſus
quam inducuntur pignorationes iſtæ neglexerit vindi-
care quod a ſuis improbe factum fuerit.

Hinc ni fallor,manifeſtum eſt,quod plerisq; hanc quæ
ſtionem diſputantes probare conantur nempe repſalias
iſtas,ſeu clarigationes non eſſe licitas,quo ad offenſionē
perſonarū innocentium,& qui nullam culpam admiſit il
lati contraxerunt,quaſi permiſſum ſit, aliam pro culpa
alterius puniri in reb.non tā in perſonis,quod abſit a no
bis d̄putatum eſt.etenim,cum iſtæ pignorationes ad ſi
militudinem iuſti belli ex Auguſtino permittantur,ſicu
ti in bello iuſto non licet principali intentione,& obere
innocētes occidere.fœminas inquam,nec infantes,licet
tamen per accidens, ſcilicet cum aliquod oppidum ma
chinis,ignibus & tormentis concutitur,id ſiquidem na
tura belli dictat, cum aliter geri non poſſit, ſic in his
clarigationib.publica & iuſta indictis authoritate non
licet principali intentione perſonas innocentes offen-
dere eos occidendo aut percutiendo,quamuis liceat bo
na eorum capere:permittit tamen conditio rei quod ex
accidenti occidantur & percutiantur innocentes,liqui-
dem aliter pignorationes legitime indictæ non poſſint
per milites exerceri,nec per eos qui ius publicū pignorā
di habent,quia innocentes ſe & ſua defendunt,vel ciui-
tas quę cauſa pignorationis imponitur,aliter capi nō pōt
hanc fane opinor eſſe huius controuerſiæ breuē reſolu-
tionem,cætera poſſunt a ſcitatis authorib.longius peti.

Cęterum non eſt hoc prætermittendum,an Imperā-
tor Chriſtianorum,iure valeat bellum indicere Infide-
libus,ex eo quod eidem totius orbis domino, & om-
nium in profanis,& temporalibus principi parere recu
ſant,obedientiam,quam ei præſtare,& exhibere tenen-
tur,perfide negantes,vel ex eo ꝓ infideles idola colant,
aut contra legem naturæ multa ſcelera committant
vel religioni Chriſtianæ aduerſentur ? cuius quæſtio-
nis examini prænotanda eſt vera,ni fallor,etiam ſi ma-
xime ſit controuerſa concluſio.

Imperator vtcunq; ſit ſolēne electus,& per ſummum
Pontificem confirmationis coronationisq; nitus,nec quo
ad dominum,nec quo ad iuriſdictionem, aut ꝓtectio-
nem,totius orbis dominus eſt,ſed eius tantum partis,q̄
Romano ſubdita fuit Imperio.probatur hæc concluſio
ipſius iuris humani,ac Cæſarei rāſis.primo in l. mercа-
tores.C.de commer.& mercator.dum inquit Cæſar,tā
Imperio noſtro quā Perſarum Regi ſubiectos: quo in lo
co ſaretur Imperator,Regem perſarum non eſſe ſubdi
tū Romano Imperatori,& habere cū ſibi ſubiectos ho
mines,qui Imperio Romano minime ſubiecti fore.t.ad
idem l.2.C.de vet.iure enucleam.l.1.C.de off.præf.prat.
Afr.& l.poſtlim.prin.ff.de capt.ibi,inter nos,& oēs libe
ros populos regeſq; morib.& legib. conſtitutū, vbi mē
tio ſit populorum,qui liberi eſſent ab Imperio Roma-
no.Liberi autem hi dicuntur, qui nullos alterius ptāti
ſubiecti ſunt,atq; ita in ea ſpecie populus liber is dicitur
qui ſubditus non eſt Romanæ ditioni.l. non dubito. ff.
de capt.& poſtlim.reuerſ.vt hinc manifeſte pateat er-
ror eorū,q̄ dicta Iuriſconſultorum rāta ad factū,nō ad
ius retolere,quaſi voluerint Iuriſconſulti libertatē illam
perſtrū a Romano Imperio inuiſibilimā fuiſſe,& de fa
cto potius q̄ de iure obtinuiſſe. Nā legiſlatores nūcuā
de facto,ſed de iure reſpondere conſueuerūt.l.mora. in
prin.de viur.glo.in c.conſultationi.de temp.ord.nec licet
profecto

profecto ita temerarie legum verba interpretari,vt ea ad
vim,& iniuriam potius quam ad ius referantur, vnde
reſponſionem iſtam Doctor.interpretationem, opinor
ſatis utilem, & leuem eſſe.

Secundo probatur eadē concluſio in l.1.C.de ſumma
Trin.l.oīb.ff.ad Treb.l.vl.C.de ædif.priua.quib.in locis
quotiēs mentio fit Imperatoriæ & Romanæ iuriſdictio
nis,relatio dirigitur & tēdit in eos,qui ſub Romano Im
perio ſunt.Quali expreſſim inibi conceſſum ſit, eſſe in
orbe in numeras nationes,quę libera ſint a Romanorum
& Cæſarum Imperio,& iuriſdictione, protectioneve.

Tertio,vt alia omittam,paucis.n. huius concluſionis
veritas conſtat,licet longe,lateq; fuerit a quibuſdā diſpu
tata ,multis ad hanc controuerſiā adductis,quæ vel parū
vrgeant,vel falſa ſint,perſtringā fortius huius aſſertiōis
probationē.Etenim ſi Imperator quo ad iuriſdictionē
dīs eſt totius vniuerſi orbis,tā nō alia rōne contingit,q̄
ꝓ hæc ptās a natura ipſa,vt lege diuina,aut humana,vel
a Chriſti vicario,maximoq; Pontifice tradita fuerit.nullū
aūt ius ex his,Cæſari,aut Imperatori vniuerſi orbis iu-
riſdictionem tribuit, igit Imperator nō eſt totius orbis
dīs.Conſequens ſatis euidenter conſtat. Maior vero pa
tet,quia principib.non pōt alio iure cōpetere in inferio
ris Imperium,quām aliquo ex ſuperiūs nominatis. Nec
.n.hic de populorū cōſenſu tractamus,cū de eo minimē
appareat,nec natura ipſa poſſit ab vniuerſi orbis populis
præſtari,& præterea quia res eſt ſatis nota abſq; vlla pro
batione q̄ populus liber poſſit principem ſibi eligere, &
cōſtituere, cui ſe ipſum ſubmittat.minor vero probatio
nis & collectionis pars ſequentib.inſtruitur.Natura ſiq
dem ipſa inſtitutum non eſt quod vniuerſus orbis vni
principi ſubiatus ſit.q̄ à rei difficultate deducit. author
enim eſt Ariſtoteles lib.7.Polit.c.4.difficile eſſe, & fieri
non poſſe,vt ꝑclaris legib.regatur nimium celebris ciui-
tas . numerus inquit immenſus, nec deſcriptione vlla,
nec ordine contineri poteſt. Quod ſi ciuitatem ciuium
multitudine frequentē exiſtimat Ariſto.difficillimē ad-
miniſtrari poſſe naturali rōne,multo ꝓfecto difficilius
vniuerſus orbis ab uno rectore, principe regi poterit.

Præterea ſi a natura inſtitutū foret,vniuerſi orbis vnū
eſſe principem,aliqñ ab initio mundi ab vno principe
fuiſſet vniuerſus orbis rectus,& adminiſtratus,quod nū
quā contigit.id etenim quod a natura inſtitutū eſt in iu-
re præſertim adeo frequenti,etiam ſi quandoque ex ho
minum malitia,& hominum vitio infringatur, & viole
tur, alicubi tamen & quandoque ſicut lumine naturali
cognitum eſt , ita & eadem lege ſeruatum extat.

Ad idē facit inſignis Diui Hieron.locus, qui ſolet ad
probationem ſuæ opinionis induci,ex Epiſtola ad Ru-
ſticum monachum de viuendi forma.cuius apib.7.q.1. &
eſt locus is primo Epiſtolarum Tomo in hæc verba: In
apib.princeps vnus eſt,& Greges vnā ſequunt ordine ſa-
tus,Imperator vnus,iudex vnus ꝓuinciæ.Sic etenim legit
apud Gratianū. At apud ipſum Hieron.ita ſcriptum eſt,
in apib.principes ſunt,greges vnā ſequunt ordine literato
&c.Nī eſſi naturæ ſ̄bonū ſit,q̄ cuiuſlibet familię, & cu-
iuſlibet reipublicæ vnū caput ſ̄ituat, ſiq; vnus rector,
nō tā ita ſuenit rōni naturali,q̄ oīum familiarū, omniū
ciuitatū,& rerūpublicarū vnus ſit princeps. Nec.n. om-
nium apū vnus,& idem eſt rex,nec omnes mundi greges
vnā ſequuntur. Vū palā eſt Diui Hieronymi locum hunc
opinioni,quam probamus,omnino ſuffragari & temere
pro contraria parte adduci. His accedit q̄ ſi naturali iu-
re totius vniuerſi orbis vnus eſſet princeps,huic teneren
tur oēs lege naturæ ſubeſſe,& obedire,nec poſſet q̄quā
ab eⁱ⁹ Imperio liber eſſe vlla ꝓrſus rōnabilis ꝓcipiēbe,
nec vlla ex alia cā,q̄ ab ipſo iure naturali nō ꝓcederet,
& q̄ ipſi non naturali deregaret,cū tota naturalis iuris-
dictio tunc in orbe principes, qui Imperatori,
& Cæſari vtcunq; maximo non ſubmittant,imo iuſtiſſi-
mē ab eo immunes,& liberi ſunt,qđ ſtatim probabit:er
go iure naturali,& ab ipſa natura nō eſt Imperatori ꝓcſ
ſa tot⁹ orbis iuriſdictio,nec ꝓcuniēs foret,vt eā vn⁹ prin
ceps hēret ob difficilem rēipublicę adminiſtrationem.

Ex diuino iure plura teſtimonia ab his, q̄ tenuerūt ꝓ-
riā ſiſam,citant,quib.minime probat ea opinio. & pri-
mo dū Lucæ 22.ſcriptū eſt:Ecce duo gladij. hic etenim
non ſignificat, q̄ unus princeps, & ſic Imperator ſit a
Deo vniuerſo orbi in tpalib.conſtitutus,ſed q̄ ſint duæ
ptātes in orbe:vna ſpūalis,altera tpalis,ſicuti & Geneſ.1.
fecit Deus duo luminaria magna, luminare maius,& lu
minare minus. Quem locū Romanus Pontif.in c.ſolitę.
de maior.& obed.re illam pertractans ita interpretaſ,vt
eā Dei inſtitutionem referat,ad duas dignitates Pontifi
calē quidē,& Regalē.i.ſpūalē ptātē,& tpalē.quod ſatis
ibidem exponitur. Nec tpalem ptātē expreſſit Pontifex
ſub noīe Imperatoris,ſed Regis,non q̄ ſit æqualis ptās
regia ptāti Imperatoriæ,nam Imperator dignitate regē
ꝓcellit,ſed quia & Rex pōt habere eandem temporalem
poteſtatem,ſicut Imperator. Idem ꝓbat Romanus Pō
tifex eleganter dum in eodem capite ſcribit,Imperatorē
poteſtatem temporalem,& præcellentem habere, ac in
ea præcellere illos duntaxat,qui ab eo ſuſpiciunt tempo
ralia igitur eſt Pontificis ſummi authoritas,q̄ ꝓbat Im
peratorem non eſſe totius,& vniuerſi orbis monarchā.

Sēdo adducē ex lege diuina locus c.2.Lucæ,Exijt in
quit,edictū a Cæſare Auguſto, vt deſcriberet vniuerſus
orbis,a quo conant colligere partis ſ̄riæ defenſores,Cæſa
rem Auguſtū lege diuina habuiſſe principatum in vni-
uerſum orbem,ſed quantum valeat iſthæc collectio ipſi
viderint.Ego vero nō arbitror inibi ꝓbari eorū ſiſam,
quia Euangeliſta hiſtoriam refert verſimā quidem,&
q̄ eo anno contigit, enarrationem tū refert dūm Re-
demptorem humani generis Ieſum Chriſtum edictū il-
lud authoritate diuina ſtabiliſſe.Præſertim quod etſi edi
ctū illud diuina authoritate ꝓbaret,nō exijt in vniuer-
ſum orbem quemadmodum falſo argumentantur q.II,
ſed in vniuerſum orbem Romanum,&ita eam orbis par
tem ,q̄ Romano Imperio ſuberat. ſiquidem certiſſimū
eſt edictum illud in Perſas,Parthos, & Indos minime
exiſſe,cum hi tunc ditionis Romanæ non forent. Eidē
rōne interpretatio conſtat ad legem,deprecatio. ff.ad l.
Rhodi.de iact.l.bene à Zenone. C. de quadri. præſcr. &
ad alias mi le Iuriſconſultorum,& legumlatorū authori
tates,ſi quæ ſunt,quib.palam ſcriptum ſit,Imperatorem
dīm mundi eſſe.Nam id intelligendū eſt,quo ad eā mū
di partem,quæ Romano Imperio ſuberat. Neq;.n.diuus
Ant.cuius epiſtola a Iuriſconſulto refertur in d.l.depre-
catio,cum aſſerit & profeſſus eſt ſe eſſe mundi dīm, de
vniuerſo orbe intellexit,quatenus,is Indos Parthos ,&
Perſas,Tartaros,aliāq; tunc incognitas ad occidentem,
& meridiem gentes & prouincias cōtinebat. mera qdē
inſania eſt hunc ſenſum Imperatoris rāſo aptare,qui ab
eo omnino alienus eſt,ſed de ea parte mūdi intellexit,q̄
eius Imperio ſubdita erat.hæc & orbis Roma. apud Mar-
cellinū lib.16.& Spartianū,ac Lampridium de ea mūdi
pars,q̄ ad Romanam ditionem pertinet, atque ita pro-
bari,& legendum fore apud Iuriſconſultum in l.in orbe
Romano.ff.de ſtat.homi.contendit And.Alc.libro,2.diſ
puctio.c.vigeſimo primo. Nam & Aegeſippus libro ſe
cundo de excidio Hieroſolimitano.c.12.de Chriſtiana
lege inquit.Nec ulla natio Romani orbis remanſerit, q̄
cultus eius expers relinqueretur. dem c.9.dixerat,cum
orbem iam Romanum Ieſu diſcipuli repleuerint, q̄ ibi
dem ſcribit orbem terrarum,orbem Romanum appella
ri,quia fere omnes gentes Romanis ſuberant. His acce
dit quod Diuus Auguſtinus ſcribat lib.ſecund.de conſen
ſu Euangeliſt.cap.25.aſſeuerans ciuitatem Romanam

di vniuersum regnum in tot ciuitatib.constitutũ. tradit alia Brissonius lib.de verb.sign.dictione Rom.) Sic & illud Danielis c.2.ad Nabuchodonosor,tu Rex regum es, & Deus cœli regnum,& fortitudinem, & imperium,& gloriam dedit tibi,& omnia in quib.habitant filij hominũ, & bestiæ agri,volucres quoq; cœli dedit in manu tua, & sub ditione tua vniuersa constituit, non sunt referenda ad vniuersi orbis principatum,nec imperium,sed ad reges,principes,& prouincias,q̃ Caldæorum imperio parebant.Nam reliquæ mundi gentes,& prouinciæ minime suberant Imperio Nabuchodonosor ẽm Nicolai Lyrani & doctissimorum,ac catholicorum virorum interpretationem.Quo.mire suffragatur Hieronym.in Esaiam. c.13. Medorum,inquit,atq; Persarum describit impetus. qd multis secum auxilijs congregatis,dño earum exercitũ præcedente ad vastitatem venit Babylonis ,& Caldæorum,vt disperdant oẽm terrã,non q̃ totum orbem vastaturint,sed oẽm terram Babylonis,& Chaldæorum. idioma est.n.Scripturæ,vt omnem terram illius significet prouinciæ,de qua sermo est,quod quidam non intelligentes ad omnium terrarum subuertionem trahunt. hæc Hieronymus.

Tertio a iure diuino proferuntur ad constituendã vniuersi orbis iurisdictionẽ in ipso Imperatore testimonia plura,quib.vt, Iesum Christum Romanorum,& Cæsarũ imperium velut iustissimum probasse,qualia sunt, quæ sunt Cæsaris,reddite Cæsari,Lucæ 20.Matthæi 22.Marci duodecimo illud, Non haberes potestatẽ aduersum me vllam,nisi tibi datum esset desuper,Io. c.19. verum hæc duo loca præterquam quod penitiorem sensum habent, ad q.istam vniuersi orbis ciuitatum Cæsari cõuenientis parum vrgent. Nã dũ Iesus humani generis Redemptor censum iussit reddi Cæsari sub persona,& nomine Cæsaris quẽlibet iustum principem , & Reipublicæ rectorem intellexit,cui tributum,& census dari censuit,ac præcepit,vt rẽ principi debitã in mercedẽ, & stipendium laboris per principẽ impensã circa cõitatus,& Reipublicæ administrationem , quẽadmodum explicat D. Paulus ad Rom.c.13.non tñ ex hoc Christus approbauit iustumve esse definiuit Imperium Cæsaris,qui forsan tyrannide potius quam iure rempublicam occupauerat. sed tandem vtcunq; sit,ex hi constituamus Romanorum Imperium iustissimum fuisse,ac Deum ob eorum egregias virtutes p̃misisse in mercedem temporalem Imperatorem illud augeri,quod probare nituntur D. Aug. de ciui.lib.5.c.12.& 15.D.Th.lib.3.de regim.princ. latissime Ant.de Rosellis in tract.de cœcilij fo.96. non inde apparet iusta fuisse Cæsarum Imperia, quorũ plures ita per iniuriam,& tyrãnidem Rempublicã sunt adepti,vt nihil vnquã iniurius,& iniquius excogitari potuit. Qđ si & illud fateri quispiam velit,non tñ Romanæ Reipublicæ imperium iustissimum fuisse,sed & Cæsarum principatũ non tyrannide,sed iure obtinuisse,profecto apparet nec populum Romanum nec Cæsarem,vniuersi orbis Imperiũ,& iurisdictionẽ habuisse,nec.n.Populus Romanus habuit Imperiũ in Indos,nec in eas nationes,quę nunc ad occidentem & meridiẽ a nostris sunt maximis laboribus,Deo duce,in Christianæ religionis cognitionem deductæ.quo fit,vt ẽt fr concedamus Iesum Chr̃m, Romanorũ,& Cæsaris imperia p̃basse,ac iustissimũ esse definire,ea q̃dẽ p̃batio ad ea probet,q̃ tũs Romanorũ principes obtinebãt,nõ q̃dẽ alia,q̃ nec iustis titulis,nec vlla occupatiõe acquirãt,alienaq; a Ro.principe olim erãt.

Alter aũt locus Io.19.quãuis in hunc sensum accipiẽdus sit,illud quidem dicitur,principũ p̃tem a Deo derivari,& ab ipsa diuina maiestate principib.concedi,Per me reges regnant.& ad Roma.c.13. non est potestas nisi a Deo. non tamen inde constat, a Deo vnius principis Imperio totum orbem subditum fuisse.Ecce igitur quã parum conducant diuinarum scripturarũ testimonia ad cõprobationẽ eius opinionis,q̃ asseverat.imperatorẽ totius,& vniuersi orbis dñm esse,inque vniuersum orbem Imperium & iurisdictionẽ hẽre.

Quarto ratione quadam a iure diuino in fauorem ꝓdictæ conclusionis ita quidam argumentantur. in hunc sane modũ,Iure diuino vtraq; potestas spiritualis, & tẽporalis,instituta est,potestas vero spiritualis quo ad totum & vniuersum orbẽ lege diuina ab ipso Saluatore vni tñ commissa est ergo & tpalis eodẽ iure vni principi est delegata.Hæc vero argumentatio maxime peccat, cũ dispar sit vtriusq; ptãtis ius,quantum ad hoc,siquidẽ tota, & suprema ptãs ecclesiastica atq; spũalis non est immediate in tota republica Christiana,sed data est a Deo immediate cuidam certæ personę,nempe Petro,& eius successoribus,qui primatum obtinent in ecclesiastica Republica,& quib.immediate a Christo ptãs iurisdictionis data est supra totam ipsam Rempublicã christianã: qđ latissime probarunt Card.a Turre crem.lib.2.de ecclesia, c.38.39.40.& 54.cum sequentib.Caie.in opusculo de Primat.Romanæ eccl.aliiq; viri catholici,& doctissimi qui hac ætate de primatu Petri scripserunt,præsertim Ioan. Eckius lib.de Primat.Petri.& Albert.Pighius lib.3.& 4. de eccles.Hierar.patet hoc ipsum Io.vl.Pasce oues meas. Nã qđ refertur a Gratiano in c.in nouo.21.dist.ex Anac. Epist.2.ad Episcopos Italiæ,Apostolos s.parem cum Petro a christo honorem & potestatem in vniuersum orbem accepisse,colig. Petrũ sibi principem eligisse,minime his refragaturetenim iuxta catholicorum virorum authoritates,& cõem omnium traditionem , Apostoli parem ab ipso dño Iesu cum Petro ptãte ordinis,& iurisdictionis acceperunt ita quidem,vt quilibet Apostolorũ æqualem cum Petro habuerit ptatẽ ab ipso Deo in totũ orbem,& ad oẽs actus quos Petrus agere poterat.Io. vigesimo.accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata,remittentur eis,quorũ retinueritis, retẽta erũt. & c.18.apud Matthæum quęcunq. ligaueris super terram,ligata erunt & in cœlis . Vũ Apostoli a Christo Iesu ptãtem dimittendi peccata & iurisdictionem ad discernendas iudiciarias causas acceperunt.Sed tũ eam potestatem habuerũt a Petro,vt eorum capiti subordinatam,& subiectam.Petrus autem ab ipso Deo habuit supremam illam potestatem,& præcellentem supra oẽs alios Apostolos,tanquam eorum princeps ab eis institutione, & (Iesu christi electionem secutus immediatam deniq; & Petri primatum ex diuina institutione ꝓfitentib.ad eius vsum sedulo admissus.Quæ quidem præcellens ptãs super omnes alios Apostolos nulli alteri Apostolorũ data fuit,& ideo eorum potestas in hunc sensum a Petro derivat,licet a christo fuerit eis data.Sic denig; est intelligenda Anacleti responsio quemadmodum præcitati Doct. frequentiori suffragio adnotarunt,& Io.Maior.in 2.sent. dist.24.q.3.Ioann.Lup.de regul.Naua.2. parte §.5. Sclua de benef.1.part.quæstio.4.ex quibus apparet potestatem a christo Iesu quo ad spiritualia datam fuisse Petro,vt principi,& cæteris Apostolis immediate quidem, sed tamen subordinatam dispositioni Petri Apostolorũ principis,atq; ita aliorum Apostolorum potestatem hac ex parte dici derivatam fuisse a Petro,eoque mediatore datam a christo Iesu.sic inquit Anacletus.c.sacrosanct. 22.dist.inter beatos Apostolos quædam fuit discretio potestatis, & licet omnes essent Apostoli, Petro tamen a Domino cõcessum est,& ipsi inter se voluerũt id ipsum vt reliquis omnib.præesset Apostolis . (Sacrosancta.n. Roma.& Apostolica ecclesia nõ ab Apostolis,sed ab ipso Domino & saluatore nostro primatũ obtinuit, sicut beato Petro dictum est: Tu es Petrus & super hãc petrã ædificabo ecclam meam.Hæc ex Anacleto & Nicola. Papa in epistola ad Michaelem Imperatorẽ,asseverat ca.

1.22.dist.(ad idem tex.in c.loquitur.24.q.1.& ca.ita dñs
6 19.dist.Nec vere dici potest hanc ptãtem t spũalẽ penes totã Christianam rempublicã esse immediate.Quod manifestum est ea rõne, quia cum hæc ptãs supernaturalis sit,tendatq; in finem supernaturalem,non potest ab humana Republica,nec ab humanis viribus deriuari , sed oportet fateri,eam a Deo datam l. diuina Petro & Apostolis,sicuti ex Euangelistarum testimonijs constat.

HIC secundæ regulæ opportunè cõgruit quæstio de rebus inuentis: qua quidem rõne debeãt restitui. Fit etenim celebratissimus D. Aug. Doc. sermõe 10. d verbiq; Apostoli: apud Gratianum item 14. q. 5. c. si quid inuenisti. quo manifestè asserum est, cũ qui aliquid inuenerit, ꝛnec tñ restituerit, rapinam committit 1 se. ea namque, authoritate probat, rem inuentam esse sub pœna mortalis culpæ restituendã. & quod grauius est, rapinæ crimen contrahere, qui rem inuentam non restituerit. inquit. n. Aug. si quid inueniti, & nõ reddidisti, rapuisti. sed tñ hac in spẽ non est propria, & uera rapina: sicuti ostendimus secunda huius relectionis part. §. 1. nu. 2. vbi rapuisti, exposuimus. i. illicitè accepisti. ea verò illicita acceptio rapina non est, licet sit rapinæ similis. quod ꝓbat tex. in c. multi. 14. q. 5. quem Gratianus tribuere vt diuo Hieronymo super Leuiticũ: cũ sit potius Origenis Homelia 4. ad caput 6. Leuitic. Nam & qui rem inuentam detinet, nec dño reddit, furtũ committit, l. falsus. §. qui alienum. ff. de furtis. quod verum est, vbi inuentor rem illam acceperit alio lucrandi sibi, vel qũ sciens alienam esse, eã retinet, vel negat, aut ea vtitur. l. inficiè. Io. ff. d e furtis. tradit Ias. in l. rem quæ nobis. col. 3. ff. de acq. poss. & Chassanæ. in consuetudines Burgund. rub. 1. §. 3. col. 2. sed & pter hæc potissimum obseruandum est, tunc rem inuentam restituendam fore, cùm ea res eius conditionis sit, q; verisimiliter antea fuerit alicuius: q; si res inuẽta sit talis, quæ ex probabili coniectura antea nullius fuerit, adquiritur inuenienti, nec est alteri restituenda. §. item lapilli. in sti. de rerum diuisi. Thomas docet, & inibi Caietanus dicto art. 5. Florentinus 2. parte, tit. 1. ca. 15. §. 2. igitur ex his apparet, rem inuentam restituendam omnino esse, nec posse ab eo, qui eam inuenit, iuste retineri.

Verùm si cõtingat, præmissa diligenti inquisitione minimè compertum esse, quis sit rei inuentæ dñs, tunc ꝛ restituendi erit res pauperib. c. non sanè. 14. q. 5. & in hac spe 2 cie adnotarunt Thom. 2.2. q. 62. ar. 5. ad tertium. ac post eum Canonistæ, quorum opinio est communis. secũdũ Syluestrum in verbo, inuentum. cui suffragatur text. singularis in Authentica omnes peregrini. C. communia de succeſſ. & ei consimilis regia constitutio penu. tit. 1. parte. 6. quibus statutum est, q; bona peregrini morientis absque testõ per Episcopũ in pias addistribuantur causas, si hæres legitimus non appareat, vade consequitur, rem inuentam quæ verisimili coniectura fuerit alicuius, nec tamen is certus sit, vt ei restituno fiat. pauperibus, vel in pias causas distribuendam esse. non me latet viros alioqui diuini, & humani iuris peritissimos aduersus hanc vulgò receptam opinionem, quandoque disputasse. & denique existimasse, iuri cõ fectis prouinciarum & regnorum legibus, & consuetudinibus, posse rem inuentam iuste retineri ab inuentore, qui præuia diligenti inquisitione, nõ potuit scire, quis sit rei inuentæ dominus. horum opinioni patrocinatur, q; si quando pauperibus restitutio facienda est, id non iure naturali, nec diuino, sed humano tantùm extat statutum: quem admodum ratione satis sufficienti probauimus, in secunda huius relectionis parte, numero 6. ius verò humanum, quod induxit, restitutionem faciendam esse pauperibus, locum obtinet in his, quæ illicitè adquisita sunt: sicuti cõstat ex c. cum tu. de vsuris. & locis similib. igitur in hoc casu, quem tractamus, iure humano hactenus nõ est præcepta restitutio: siquidem rei alienæ inuentor diligenter inquirens, quis sit ciusdẽ rei dominus, non agit quid illicitum si eam interim sibi reteneat, animo quidem inquirendi dominum, & restituendi ei propriam rem: quod modò diximus: sic deniq;, nisi ius humanum aliud statuerit, visum est, non esse necessariam restitutionem rei inuentæ pauperib. faciẽdam, sed posse eam detineri ab inuentore animo sincero, vt eam dño restituat, vtque diligentissimè cum inquirat. nõ obstat text. in d. Authen. oẽs peregrini. Nam in eo casu tractatur de bonis à certo eorum dño relictis intestato decedẽtis, cuius nullus hæres apparet. ideo nimirum, q; restitutio fiat pauperibus, vel in pias causas bona distribuanꝛ ad vtilitatẽ ipsius defuncti. at pũi casu agimus de bonis alicuius, quẽ nescimus vel viuum, vel mortuum esse, vel an habeat certos hæredes. Mihi finè cõis sua placet, quã gl. in hac regula, & in c. cum tu. de vsur. & vbiq; Doctores sequuntur. Nec ad eius defensionem confidero ipsorum pauperum fauorem nam hic minimè sufficeret, sed animaduertendum esse censeo, q; vbi compertum sit, alium rem non esse possidentis, quia eã illicitè acquisiuit vel quia eam inuenit: & præterea eam rem dñm, licet incertum habere, faciẽda est diligẽs inquisitio ad inquirendum, & sciendum quis sit eius dñs, cui sit facienda restitutio. q; si ea præmissa is non apparet, tunc iuris naturalis rõ dictat, rẽ illã non acquiri possidenti: animo potius expẽdendam esse in vtilitatẽ dñi, cuius ea præsumit mens, vt si ei non posset propria res restitui, expendatur quidẽ in eius vtilitatem. Itrgo in hac specie, quam tractamus. etenim si iura humana nihil de pauperibus statuissent, nec decus sæ piæ fauore, naturali quadam ratione idem dicendum et etiq; quod ipse deduco à verbis D. Tho. in d. art. 5. ad tertium. & hanc esse veram rõnem ecclsimo Authentic. oẽs peregrini. siquidẽ inibi agitur de rebus quæ certũ dñm habuerunt, & quidem nunc habeant, nempe hæredes ipsius defuncti: tametsi ignotum sit, qui sint hi hæredes, ad quos res ab ipso defuncto relictæ, pertineant. vnde nulla mihi vr congrua discriminis rõ inter hunc casum, & eũ quem modo de rebus inuentis tractamus: sic tandem opinor veram esse cõem sententiam. Nec difficor hãc rationem minimè conuenire illis constitutionibus, quibus statutũ est, illicitè acquisita simul, & illicitè data, quæ & à dante, & ab adquirente ob crimina detestationem auferentur. at ecclsimo per eas constitutiones in pauperum, & pietatis fauorem statutum esse, q; ea bona pauperibus distribuantur vel in similem piam cãm. potuerem. humanæ leges punire dantẽ, & accipientẽ pœnã ipsam pauperib. vel pijs causis erogandã, ac distribuendã fore, simul statuere.

3 Quamobrem obiter hic quæritur de potestate legis humanæ circa hæc incerta. & profectò in his incertis ꝛ q; iure humano pauperibus, aut operibus pijs distribui inbenturex ea causa, q; nec danti sint restituenda, nec accipiens ea possit retinere, ob virtusque turpitudinem, mihi apertissimi iuris esse vr, principem summum cuius legis authoritate hæc pauperibus distribuenda sunt: quæ penes, seclusa humana lege, pauperib. non erant debita, posse res illas in alium pium, vel publicũ vsum expendere: bene ex causa iusta vel lege generaliter, vel speciali dispẽsatione. Nam princeps is, qui veluti Reipublicæ rector, & administrator, hæc pauperibus dari lege iussit, potuerit & ab eisdem auferre, in alium pũ publicam, aut vtilem Reipublicæ cãm expẽdere. Et hæc sit sufficiens huius cõclusionis

declaratio

clusionis rō. Hinc planè deducitur in his quidem rebus incertis, quæ hanc legē, & conditionem habent, posse eū dem principem ex causa, per compositionem factā cum debitoribus, eos eximere ab obligatione restituendi pauperibus res incertas: cùm hic nihil fiat contra legem diuinam, nec naturalem: sed tm contra legem humanam, cui princeps derogare pōt in alijs verò rebus incertis, q̄ dñm iustissimum hāt, nec ab eo derelictæ sunt, nec lege humana ex eius dño ablatæ: sed tm quia is dñs ignotus est, nec ei restitutio fieri pōt, rō naturalis dictat, eas res expēdendas fore in ipsius dñi vtilitatem: nempe vel pauperib. vel pijs locis erogandas fore, ob ipsius ignoti dñi salutem ℔m Thom. d. art. 5. ad tertium. tūc sanè opinor à summo principe posse liberè cōmutari cām, in quam res istę sint expendendæ: modo ea cōmutatio adhuc fiat in dñi ignoti vtilitatem, aut iuxta ipsius voluntatem, rōne quidem æqua præsumptam: non alias. Quid. n. obsecro differt, si dominus alicuius rei sit ignotus, an absens, ita vt ad eum propria res deferri non valeat commodè: nihil profectò: cùm etsi dominus ignotus sit, tamen manifestum est, rē ipsam dominum habere, cui ob incertitudinē restitui nō pōt. at res domini absentis eo casu, quo ei restitui nō pōt nec verisimiliter sperarē huius, restitutionis tps opportunum, non pōt, ēt authoritate principis, in aliam cām expendi, q̄ quæ vel sit vtilis absenti, vel conformis eius præsumptæ voluntati: sic igitur idem erit in re, quæ dominū habet, quamuis ignotum, & incertum, quod vi conuenientis menti Thomæ, & Caietani in d. responsion. ad tertium. ad hunc, ni fallor, modum est intelligenda sñia eorum, qui censent Romanum Pontificem liberam habere potestatem per compositiones, quas vocant, liberandi debitores ab obligatione restituēdi res incertas: id est, quarum domini sunt incerti: quam opinionem defendit Ioannes à Medina de restitut. quæstione 3. causa 11.

Non tamen inficior aliam esse rationem habendā circa intellectum Authen. omnes peregrini. Nam mortuo
4 rerum domino ab intestato, cùm is non expoluerit propriam voluntatē ad hoc, vt res post eius mortē distribuerent, manet penes leges humanas libera disponendi facultas: & sicut humana lex potuit cognatos proximiores ad hæreditatem intestati vocare: ita potest vxorem eiusdē, aut principem, aut pauperes, aliamve pietatis cām: quod nemo doctus negabit. Siquidem hæc successio intestatorū, iuris ciuilis libero arbitrio relicta est. & iō poterit princeps ad bona intestati peregrini post eius mortē, vocare fiscū ipsum, vel principē. Imò ex cā poterit in his successionibus princeps statuere, q̄ peregrini testari nō valeāt, in fauorē itē peregrinorū, aut alienigenarū, quos lex ciuilis pōt effecere incapaces successionis, quo ad bona, q̄ defunctus in ea ꝓuincia adquisierit, & ea regi deferre: qđ apud Gallos ita statutum est: sicuti testant Gul. Benedict. in c. Raimun. in verbo, & vxorē nōie Adelasiam. nu. 1042. de testis. Boerius in cōsuet. Bituricen. lib. rub. de testis. §. vlt. & Rebuffus in proœmio ad leges regias, gl. 5. nu. 82.

Ex prænotatis examinandæ sunt ad aliæ iudicium re-
5 giæ constitutiones, i quæ de reb. inuentis tractauerunt. Hæ bona vulgo appellantur mostrenca Hispano sermone, Græco verò dicunt, ἀδέσποτα, authore Strabone libr. 17. vbi de Aegypto agens scribit, hæc bona ad fiscum publicum, & Cæsaris deferri. cuius meminit & Budæus li. 3. de Asse. Est etenim apud regia l. 1. tit. 12. li. 6. ordina. quæ cautum est, q̄ inueniens rē aliquā, quæ prius alicuius fuerit, eā tradat iudici, vel illi, cui consuetudine, aut principis priuilegio, ius competit recipiendi, & seruandi hæc bona, quæ incertū dominum habent: qui tandem rem illam recipiens, quolibet mēse, ipse die nundinarum, in loco vbi fuit inuenta, publicè dominum requirat per præconē, vsq; ad annū & duos menses: vt si hoc tpe dominus rei certus sit, remq; ipsam petierit, eidem restituat, alioqui eam vt proprium obtineat, qui eam recepit, dñiumque eius acquirat is, vel princeps, vel Dux, Marchio, aut comes, cui ius sit hanc rem acquirendi, ꝓ dñi ignorantia dimen. idem senserat l. 2. ti. 13. lib. 4. for. etsi similis terē consuetudo apud Burgundos, vti refert, & explicat Chassan. rubr. 1. §. 1. & sequenti. ité & apud Aurelianenses tit. de fugitiuis, & errantib, vt statuit, aut potius consuetudi nē inductum extat, q̄ dñs rei inuentæ, possit eam ꝓpriā petere ēt post dicta præconia, & mēses ꝓ dictos, modò nondum sit sñia iudicis lata, quæ rōne legis, vel consuetudinis rem inuentam principis, ducis, comitis, aut alterius dño addixerit. Harū fermē consuetudinū meminit Io. Faber in §. examen. Insti. de rerum diuisione. Sic licet iure Cæsareo statutum sit res & bona eorū, qui naufragium patiuntur, à nemine occupari posse, nisi eo alio, vt dñis restituant, non obstante quacunq; consuetudine quæ contrarium fieri ꝑmittat, Auth. nauigia. C. de furtis. tñ apud Gallos dñs Prouinciæ, & territorij, ea bona vi oberrātia, & dñm incertum habentia, occupat, & sibi ac quirit, ℔m Guliel. Benedict. in d. c. Raymundus. in verbo. & vxorem nomine Adelasiam. nu. 935. de testam. verum quod ad hanc cōsuetudinem attinet, ego ingenuè fateor me prorsus iuxta æquitatis & iustitiæ rectitudinem, non percipere qua rōne possit ea consuetudo defendi. Nam iniquā esse nō dubito, nec video qua ex cā dubitari possit. Quid. n. obsecro naufragus miser fecit, vt dign' sit amissione rerum, quæ ad ipsum lege naturæ pertinent? q̄d item principem Christianissimum mouere pōt, vt tā impiam, & crudelem consuetudinem probauerit, aut eam a iudicijs seruari ꝑmiserit? vnde Petrus Rebuffus in ꝓœmio ad leges regias, gl. 5. nu. 74. scribit, non esse in conscientiæ foro tutos dños hęc bona occupantes, pluscq̄ timendum esse Deum, vt verē à Catholicis plus timēdus est ad præceptorum diuinorum obseruationem, quàm humani legislatoris rigorem, & quidem iniquum.

De legibus verò huius regni solet ēt dubitari, an & hę tutum reddant in conscię iudicio eum, cui hę bona fuerint addicta, ita quidem, vt verē dñs effectus sit rei inuentæ, nec teneatur prior dño eam reddere, si is postmodū eam petierit? Et quidem lex humana pōt à priuatis rerū dominia tollere varijs ex causis, vel in pœnas criminis cōmissi, vel ad ipsius reipublicæ vtilitatē, vel rōne legitimæ vsucapionis, aut quia res à dñis habentur pro derelictis, & ea ex cā pōt lex earum dñium liberē alteri dare. Sed in hisce rebus inuentis nulla harum rōnum cōstituti pōt ad priuationem dñij agit non satis æquè legibus definitum, est, q̄ hæc bona alicui adiudicentur dño inuito, nec expēdantur in eius vtilitatem, aut in eam cām, quæ eis ꝑsumpto cōsensui conueniat. sicuti modo ex diuo Thoma extitit adnotatū. consequens patet: antecedens verò probatur: quia crimen huc nullum contingit, nec à dño rerum commissum est: reipublicæ item vtilitas non pertinet magis ad has res inuentas, q̄ ad eas, quæ certum dñm habēt. Nec sufficit vtilitas reipublicæ ad priuationem priuati domini, nisi & eius æstimatio priuata reddatur. l. venditor. §. si constat. ff. com. prædior. de quo & nos egimus libro tertio Variarum resolutionum, capitu. 14. vsucapionis autem ius dubio procul æquissimum est, ne dominia rerum incerta sint. l. j. ff. de vsucapion. tamen exigit ex rectitudine iustitiæ, quòd vsucapies bonam fidem habeat & existimet rem ad eum pertinere: hęc autem existimatio in hac specie omnino deficit: vnde sufficiens non est vsucapionis cā. postremò autem quod de derelictis diximus, facillimè refellit, cum nihil hic minus congruat. etenim dñs rei inuētæ si posset eam repetere, & habere, maximo cum gaudio eam sibi potius vendicaret, quàm pro derelicta relinqueret. atque ita præsumēdum est, nisi res sit adeo modici valoris, vt derelictæ rei præsumptio vsucapi possit. Sic denique video iustius esse, quòd hæ res inuentæ,

inuentæ, & quæ certum dñm prius habuerunt, modò vero incertum habent, in vtilitatem dñi, aut in eam cām, q̄ eius sit verisimilis consensui, expendantur, q̄ ꝓ alicuius dño adiudicentur, dño priori invito: sicuti d. Tho. sensit in d. art. 5. ad tertium. Quod si velimus adhuc ex rectitudine iustitiæ, leges regias defendere: quæ fortasis defendi in animæ iudicio possunt, modò priori dño rem inuentā repetenti ius reddat, fiatq; ēt post ꝓconia, & sñiam iudicis rei restitutioest illud potissimū obseruandum, ne vlla fraus fiat per iudicē, aut per eum, cui lege vel cōsuetudine, vel principis priuilegio sharū rerum custodia tradita, aut delegata est. Nam & de iustitia harum legū dubitauit Chassanæus in consuet. Burgundiæ, d. §. j. sub rub. j.

SVMMARIVM.

1 *Thesaurus quis propriè, aut verè dicatur?*
2 *Thesaurus ad quem pertineat, breui quadam distinctione traditur.*
3 *Thesaurus in loco religioso vel sacro inuentus, cuius sit: & ibi conciliantur duo iuris ciuilis cōtraria responsa.*
4 *Regia constitutio de thesauris defenditur, etiam quo ad animæ iudicium.*

§. SECVNDVS.

1 SVperest nunc de thesauris agere, an & pecunia ex thesauro habita sit necessariò restituenda, & cui, & an efficiat inueniētis: est etenim Thesaurus pecunia ab ignotis dominis supra hominum memoriā repositā. l. nunquā nuda. §. thesaurus. ff. de acqu. rer. do. thesaurus, inquit Paulus, est quædam vetus depositio pecuniæ, cuius non extat memoria: vt iā dñm non habeat. sic. n. fit eius, qui inuenit, quod non alterius sit. Alioqui si qs aliquid, vel hæreditatē, vel metus, vel custodiæ cōsiderit sub terra non est thesaurus, cuius ēt furtū fit. hæc Iurisconsu. ideoq; hęc pecunia dē thesaur', quasi repositā sit ἀειφυγα id est, in futurum: sicuti deducit Alcia. lib. 4. de verb. significa. & lib. 7. Parer. c. 1. atque authore Iurisconsulto hæc pecunia quocunque in loco sit, in nullius bonis est, & iō capientis, & inuenientis efficitur, naturali quadam ratione, qua ea, quæ in nullius bonis sunt, vt aues, & ferę, capientis fiunt. §. ferę. instit. de rer. diuis.

His verò de dictionis cognitione præmissis, circa thesauri acquisitionem, sit hæc receptissima, simul & probatissima distinctio, vt thesaurus magica inuentus arte, in proprio etiam fundo, fit Cæsaris, & fisci. l. vnic. C. de thesauris. lib. 10. l. nemo. C. de malef. & Math. absq; arte verò magica inuentus, in proprio agro totus sit inuentoris;
2 in alieno verò, data tñ opera, totus dño fundi competat: fortuito autem inuentus pro parte dimidia dño agri, ꝓ alia dimidia inuentori cedat. tex. ita cōiter intellectus in §. thesauros. Inst. de rer. diui. idq; Hadrian' imperator naturalē rōnem sequutus statuit, authore Spartiano in Hadriano Cæsare. quod & Iustinia. refert in d. §. thesauros. eandem distinctionem sequuntur gl. Faber, Ang. & Doc. in d. §. thesauros. & inibi ē iuniorib. Claudius Cantiuncula, Ferrarius, & Eguinarius Baro. optimus tex. & ibi Doctor. in l. 3. §. ii in locis. ff. de iure fisci. l. si is qui. §. vlt. ff. de acq. rer. do. regia l. 44. tit. 28. part. 3. traduntur idem d. Tho. 2. 2. q. 96. art. 5. Floren. 2. part. tit. j. c. 15. §. 2. Sylu. in verb. inuentum. gl. & Card. à Turre Cremata in c. si quid inuenerit. 14. q. 5. & Chass. in consuet. Burgundię, rub. j. §. j. nu. 7. & sequentib. à quibus variæ hac de re quæstiones traduntur. Postremum tñ hoc in tractatu dubium est, quanā mō conciliari valeant duo iuris ciuilis responsa de thesauro inuēto in loco religioso, contraria planè rñderint, siquidem in l. 3. §. si in locis. ff. de iure fisci. Callistrat' scribit thesaurum inuētum in loco religioso, pro parte dimidia fisco cedere: at Iustinianus in d. §. thesauros. rñdit, the
3 saurum inuentum tñ in loco religioso, fortuito tñ, totū inuentoris esse: ideq; tribuit Hadriano Cæsari: cùm Spartianus hoc subticuerit. Idem quod respōdet Callistratus ꝓbatur in lib. Feudorum, in c. 1. quæ sint regalia, cæterum Accurs. in d. §. si in locis. & in d. §. thesauros, hanc antinomiā dissoluere conatus, intelligit Iustiniani decisionem ℔m naturalem æquitatem, ex qua ea quę in nullius bonis sunt, capientis efficiuntur: Callistrati verò sñiam ℔m rigorem iuris procedere censet, qui hoc in casu prævalere debeat æquitati. Ego hanc conciliationem minimè probo, quippe qui non esse verisimile censeā Iustinianū in suis illis Institutionib. quas' edidit, vt iuuenes iuris principia acciperent, falsam vel iure ciuili iam derogatam sñiam tradidisse: quamobrem idem Accursi. in d. §. si in locis. intellexit: tex. ubi, q̄ thesaurus fuit inuentus data opera. §. verò, thesauros, vbi inuentio thesauri fortuitò contigerit. Et profectò ita verum est quod Iustiniani loc' de thesauro fortuito inuento tractat: sed quod Callistrati rñsio sit intelligenda de thesauro data opera inuēto, falsum est præterquam ꝓ hæc interpretatio maximam diuinationem habeat: Etenim in d. §. si in locis æqualis decisio ponitur in thesauro inuento in loco sacro, religioso, in prædio publico, in prædio Cæsaris patrimoniali, vel fisci: & ideo in omnibus his eadem esse debet determinatio. Et tñ constat thesaurum inuētū in prędio Cęsaris patrimoniali, vel fisci, data operā nō pro parte dimidia tñ, sed in totum Cæsaris, vel fisci esse. quod & ex ipso Iustiniano ap paret, qui ꝓ de thesauro tractat diuidendo, cùm is inuētus sit fortuitò: quasi vbi sit inuentus data opera, is o īno, & in totum ꝓtineat ad fundi dñm. vnde certissimū hinc esse censeo, non posse Iurisconsulti rñsum in d. §. si in locis. intelligi de thesauro inuento data opera: sed necessariò procedere in thesauro fortuitò inuēto. quod palā est.

Tertia igit rō ad dissoluti onem huius antinomiæ, ita constituitur, vt Iustiniani sñia obtineat in thesauro inuēto in loco sacro, aut religioso, proprio tamen ipsius inuētoris licet etenim cuique locum religiosum propria authoritate facere inferendo mortui corpus. §. religiosum. Instit. de rer. diuis. l. cùm in diuersis. ff. de relig. & sumpt. funer. sacrum autem priuata authoritate fieri non pōt: sed necessaria est authoritas publica. §. sacræ. Instit. de rer. diuis. eademq; authoritate publica licebit priuato illum locum obtinere. Sic denique ob id q̄ locus ille sacer vel religiosus paulò antè priuatus fuerat ipsius inuentoris, ab ipsoq; possidetur, thesaurus inibi inuentus in totum ei cedit. tex. tñ in d. §. si in locis, procedit in loco sacro, aut religioso, qui inuentoris non est, nec antea fuerat, nec ab eo detinetur. atque ita Claudius Cantiuncula in d. §. thesaurus. hanc difficultatem explicat. cui quidem accedendū non est, quia eius interpretatio diuinationem ité habet. Et præterea, quia loca sacra in nullius bonis sunt, §. nulli'. Instit. de rer. diuis. religiosa autem ℔m veterem iuris ciuilis significationem, quo ad ius sepulchri non quo ad alia, in priuatorum dominio esse videntur. sicuti in d. §. nullius, probatur. vade parum sufficiens hęc rō est, vt thesaurus in loco sacro, vel religioso inuentus ab eo qui locum religiosum fecit, vel sacrum fieri consensit, in totum adquiratur. deinde apparet, non aliter Iustinianum locum sacrum, vel religiosum accepisse, q̄ Callistratus acceperit. quo fit, vt satis nodosa sit hęc iuris ciuilis antinomia. Fortasis illud potius, ac congruentius est, quod Iustinianus Cęsar à nōsō Callistrati Iurisconsulti discesserit authoritate legis ab Hadriano latæ: atque ideo sñiam Iurisconsulti d. §. si in locis. sublatam esse, & correctam à Iustiniano in d. §. thesauros. ℔m quem thesaurus inuentus in loco sa

cro,

cro, vel religioso ipsi inuentori quæritur: nec eius aliqua pars fisco, aut reipublicæ debetur quasi hæc loca in nullius bonis sint, & iure publico censeantur: quam interpretationē sensit verā esse Ang. Aret. in d.§. thesauros. & probat inibi Eguinarius Baro. His accedit opinio Cy. & Bal. in Litem Ispilli. ff. de rer. diuisio. & Chasl. in d.§. 3. qui scribunt, Thesaurum inuentum in loco publico, qui in nullius bonis sit, totum fieri inuenientis, nec eius partem aliquam fisco cedere. ergo eadem rōne thesaurus inuentus in loco sacro, vel religioso, quæ quidē loca publica sunt, nullius q; in bonis esse cēsentur, totus fiet inuenientis. Nō obstat quod de prædio fiscali, publico, vel Cæsaris scriptū est in d.§. Thesauros. & in d.§. si in locis, quia id intelligēdum est non de locis publicis, quæ in nullius bonis sunt, vt platea, via publica; sed de locis quæ ipsius reipublicæ, Cæsaris, fisci, aut ciuitatis ita ꝓpria sunt, vt est fundus Titij, nec sunt omnib. cōmunia: in his etenim dimidia pars Thesauri aut fisco, aut Cæsari, aut ciuitati iure dñij debe. turquem sensum probat regia Partitarū l. 44. tit. 24. par 3. non tamen inficior Doct. sentire contra Baldi opinionem, Thesaurum inuentum in loco publico qui nullius, sit, ꝓ dimidia parte fisco cedere & id deducere vñr à d. §. si in locis, quo decisum extat thesaurum inuentum in loco religioso, aut sacro pro parte dimidia pertinere ad fiscum & deinde ab eo quod de thesauro inuēto in loco publico, idem ibi & in d.§. thesauros. statutū est. sed nos de loco religioso Iustiniani sententiam eleginus: de locis autem publicis respondimus, id intelligendum esse in locis publicis, quæ Reipublicæ sunt iure dominij specialis, non de locis quæ publica, & communia sunt nullius dominio speciali subdita.

Sed apud nos, qui loca religiosa, & sacra alia significatione accipimus, & interpretamur, opinor thesaurum in loco religioso, aut sacro inuentum pro ea parte ad ecclesiam eiusq; prælatum pertinere, pro qua ad priuatū, qui dominus illius loci fuisset, omnino ex legibus deferendus esset, si locus ille non religiosus, sed priuati domini foret: sicuti adnotarunt Ang. in d.§. Thesauros. Ang. & Syluest. in verb. inuētum. §. 4. contra gl. in c. si quid inuenisti. 14. quæstio. 5. quæ etiam hodie in locis religiosis seruandam esse censet Iustiniani decisionem.

Postremò illud est obseruandum lege regia 7. titu. 12. lib. 6. ordin. statutum esse ꝙ thesauri quocunque in loco inuenti fuerint, regi acquirantur, data quinta eorum parte ipsi inuētori. Et licet, in vulgatis codicibus quartę partis fiat mentio, in antiquis tamē exemplaribus manu scriptis, quinta tantùm pars inuenienti defertur. Sed etsi ea constitutio, vt quidam opinantur, possit iuxta veterem Partitarum legem intelligi, sicq; ita intelligenda, vt non de omnibus thesauris quocunque locorum inuentis sed de quibusdam, quæritur alioqui ad regem pertinent, accipienda sit tamen fere totius orbis consuetudine inductū est, q; thesaurus ad reges, & ad fiscum pertineat: quod ꝑter alios testatur Paludan. in 3. sent. dist. 15. q. 3. artic. 5. & Floren. 2. part. tit. 1. capi. 15. §. 2. Hanc tamen consuetudinem damnat Syluest. in verb. inuentum. §. 6. dicens eam esse contra naturalem æquitatem, quæ dicat, ea quæ in nullius bonis sunt, primo occupantis fieri. vnde asseuerat, hanc consuetudinem, legesq; humanas illi similes in animæ iudicio non obligare. Sed eius sententia falsa est: nam præter alia, profectò si hæc consuetudo in conscientiæ iudicio non ligat, nec in exteriori ligabit: siquidem eadem ratio, quæ eam iniquā esse probat in foro animæ, dictat itidem iniustam esse in foro exteriori. Sed consuetudinē istam probandam esse, iusteque induci posse censet Caie. in d. q. 66. art. 5. Palud. item & Floren. eiusdem opinionis esse videntur, dum eam referunt, minimè improbantes. Ratio autem, qua eam iniquam esse opinatur Syluest. fut ficiens non est: etenim ratione naturali ea, quæ in nullius bonis sunt, primò occupantis efficiuntur, vt satis cōstat, non tamen ex hoc tollitur potestas principibus, quibus administratio reipub. commissa est, quin possint ea, quæ in nullius bonis sunt, alicuius priuato dominio applicare postquam applicationē, qui ea occupauerit, non occupat quæ nullius sunt, sed quæ iure humano dominum habēt: quod Conrad. tradit in tract. de contract. part. 1. q. 8. & 9. ac potissimè 10. qua ratione thesaurus priusquam inueniatur, poterit per leges humanas alicui applicari, vel infodiū, vel quo ad partem fieri applicatus dari debet his, quibus lex humana iussit, & statuit dandum esse. Præterea contra Syluest. vrget ratio satis firma. Nam si ratione naturali thesaurus fit primò occupantis, quia in nullius bonis est, & pro derelicto habetur: eademque ratione censuit Syluest. iniquam esse legem, quæ thesaurum ad fiscū pertinere statuerit in totum. eodem profectò iure dedu citur, iniquam esse legem, quæ thesaurum inuentum in fundo alieno, pro parte dimidia statuit ad agri dominum pertinere non ad inuentorem: cū dominus fundi non habeat ius aliquod ad ipsum thesaurum, nec ad eius partem quidem is in nullius bonis sit, & ideo primo occupantis fiat, & tamen nemo vnquam damnauit leges, quæ iuxere: dimidiam thesauri partem dandam esse domino agri: imò eas probauerunt, & vti iustas admiserūt diuus Tho. d. q. 66. artic. 5. cæteriq; Theologi, qui hac de re hactenus tractauere. lege verò naturali nulla thesauri pars domino fundi debetur: nō magis quàm si quis rem propriā in agro alieno derelictam dimittat: illa etenim res non pertinebit ad agri dominum, sed ad eum, qui primo illā occupauerit. Quo fit, vt quemadmodum lex potuit dimidiam thesauri partem domino fundi addicere, ita etiam possit eandem partem vel totum thesaurum fisco, vel regi ad onera Reipublicæ sustinenda, soluendum, ac reddendum esse statuere.

Hactenus de vltima reiectionis parte cætera, quę possent huic tractatui conuenire, diximus 3. Variar. resolutio. libro, dum de contractibus vsurarijs tractauimus: & de rebus acquisitis per vsucapionem traditimus, in regula pollicitor. mulæ fides, &c.

FINIS.

AD

AD MAGNIFICENTISSIMVM,

AC IVRIS VTRIVSQVE CONSVLTISSIMVM,

DOMINVM GOMETIVM TELLIVM GIRONIVM,

Caroli Cæsaris, Hispaniarum Regis, in Granatensi Prætorio Consiliarium: Didaci Couarruuias à Leyua Toletani, in eadem Curia itidem Regij Consiliarij, in Clementinæ, Si furiosus. Commentarios, Præfatio.

MVLTA sunt in iure pontificio, admodum magnifice ac oratissime vir, quæ à veterum prudentissimorum Iurisconsultorum responsis deducta, propter eorum argutam breuitatem, quæ mirè, ac perspicuè vsi facere, atque ob iuris ciuilis obtensam quandoque, multis que recoditam subtilitatem, difficillimam habere videntur interpretationem, laugeque diligentissimum examen exigunt, & requirunt. Huiusmodi sunt quæ Gregorius Nonus de Iurisdictionibus, de caus. poss. & propriet. de iuribus incorporalibus, de vsucapionibus, ac de testamentis in suam illam Decretalium congeriem, maximo reipublicæ Ecclesiasticæ commodo visus est transtulisse. In his sanè interpretandis Innocentius, Ioānes, Andreas, Aucharanus, & Panormitanus ipse egregiam operam hactenus præstitere, ab ipsis iuris ciuilis constitutionibus. Senatusconsulta, Decretis, eorumque veteribus, ac nouis Accursii, Bartoli, & aliorū glossematis multa mutuati, quibus præclarā lucem nostris attulere sanctionibus. Hos deinde & alios, veluti lampade à prioribus in decursu tradita sequuti, non minimam, nec temerè, in hoc negotio laudem acquisierunt. Quandoq; & nos in eadem palæstra lusuri certandi occasionē nacti, quædam non tanti æstimanda, sed ob animi synceram votum non omninò contemnenda, ad eiusdem Pōtificij iuris examen publicè adnotauimus. Sunt alia fateor, in eiusdē in vis constitutionibus, quæ à sanctissimis Pontificibus, veteribusq; Ecclesiæ catholicæ Synodis ea pietate, & zelo fuere instituta, vt potius quid cultui diuino, sacerdotibus tanti sacrificij ministris, ac denique animarum spiritali saluti conduxerit, quā secularis philosophiæ plerunque vana mysteria, mente ipsa, & animo verè christiano conceperint: in his explicandis non adeò sunt obuia ex ipso Dædali labyrintho quæstiones, vt commentariorum cumulos, nouasq; absque vllo scribendi fine lucubrationes sine fastidio admittant. Eiusmodi videbitur fortasse quibusdam tractatus hic, quem olim dum Salmanticæ titulum de homicidio, ac deinde clementinam istam constitutionē palām interpretarer, examinare conatus sum, multa de sacerdotum irregularitate tradere pollicitus, quæ ipse apud plerosque aduersis quibusdam rationibus compertissem. Non enim diffiteor, rem illam nec difficilem, nec subtilem, nec admodum ambiguam habere cognitionem, si aliquot ex nostris interpretes neglecta superficie, & omissa cute, carnem & succum ipse interius spectassent. Quia enim ferat veteribus quibusdam addictus, & his, qui summaria iuris ratione quadam alphabeti non inutili edidere, tot præter Canonum, & Ecclesiasticarum traditionum edicta, ab eisdem expositas irregularitates? cuius erroris ea est profectò causa, quòd dum nouos tendere cupiunt, in ipso actu deficientes multa commiscentur, quæ nulla vnquā Pōtificum authoritate fuere statuta. Ipse siquidē Nauarrus Socinus, vir alioqui vsq; nis, nec vulgaris eruditionis, etiam si diligenter, et cautè hac in re veterum sententias expenderit, alicubi quæ tamen admisit, quæ forent omninò improbanda. Qua ratione quandoque opinatus sum, non inutilem futuram breuem, quandam huiusce materiæ resolutionē, quæ præcipuas vitias tractatus exponeret decisiones ab ipsis canonibus verè ac propriè ita deductas, vt quę fuerit ipsa decidendi ratio, lectoribus manifestum fiat, eo quidem compendio, quo possint hac de re varijs, in quæstionibus, & controuersijs iure respondere sibique ipsis consulere, si quando aduersus sanctionem in aliquam huiusce modi labem ruiderint, quæ ipsos tanti sacerdotij dignitate indigna efficiat. Hos igitur Commentarios præludi tradere cupiens, te primum, omnium officiorum obseruantissime Gomeci, mente obuersatum habui, cui labores hosce dicarem, & cui vel aptè, vel confidenter literarij otij nostri possent reddere rationem. Scis etenim in tam frequenti forensium causarum examine quantum temporis nobis ad hæc superesse possit, præsertim te huius magistratus & muneris collega, qui pulcherrimā vitæ tuæ partem esse duxeris negotia passim agere publica, cognoscere, iudicare, promere, & exercere iustitiam, vt tandem qui te præeuntem sequi velimus: cogit equidem & nos respublica sustinutum, minimè in his, quæ litium definitionem non attinēt, feriari possimus. Habes profectò quem imiteris, integerrimum sanè Fernandum Gironum patrem tuum de Hispaniarum Rege, & republica ita bene meritum, vt quinquaginta annis Regij Consiliarij officio functus apud Reges inclytos & Catholicos Fernandum & Elizabeth, eorumq; nepotem inuictissimum Carolum Quintum, maximum fuerit vei bene gesta nomen adeptus: cuius causa non possumus tibi & illi non vehementer gratulari. Hoc ergo munusculum qua vti fronte ex tenuitate tua suscipias obsecro: quandoquidem tua humanitas vis huc me non inuitum animo adegerit, vt nihil non audendum putarem, quo tuo profectò in me animo aliqua ex parte respondere nunc enim mihi alia ratione id testari licet, quod apud te impensissime cupiam testatissimum facere. Quod si tu vobis facultatē dederis ex certo scio volumus, in ipsa pro tua erga nos animi candore probabis. Vale. Ex hac inclyta Granata, Kalendis Februarij. Anno Dominicæ. M. D. LIIII.

PRO-

PROOEMIVM.

VANTA fuerit apud veteres, qui miserè sunt falsò deorũ cultu obcæcati, religionis curam longa oratione expauere necesse non est. Cùm id tàm sanctissimum faciant tot ad sacrificia instituti publici magistratus, tot munera eisdẽ indicta, tot ad ea obeunda maximo cum examine selecti viri, quibus & sacerdotij sacrosancti titulus, ac pontificia venerãda dignitas non secus adscripta fuere, quàm si de vero Deo colendo ageretur: vt vel hinc facillimum sit, apud quoscunque tãti fuisse religionem, & sacerdotium expendere, quòd præcipui publici muneris fuerit, sacrarũ rerum curam gerere. Nam & religionis summum imperium cessisse, author est Valerius Maximus, qui libro primo commemorat, Postumium Consulem, eúdemq; Flaminem Martialem à Metello Pontifice Maximo prohibitum, ne cæremonijs Martijs desertis in Africam ad bellum gerendum proficisceretur. Quin & Reges ipsi sacris initiati, diuinam simul & humanam curam gerebant: quasi principibus prima debeat esse religionis cura. Sic & lege lata Romulus sanxit, ex ipsa patritiorum nobilitate creandos fore, qui Romæ sacris operarentur, authore Dionysio libro secundo magnã equidem sacrorum curam gessisse Romulus videtur, quippe qui existimauerit præcipuè suam ciuitatem his contineri. Etenim Cicero libro tertio de natura Deorum scribit, Romulum auspicijs, Numam sacris constitutis fundamenta iecisse Romanæ ciuitatis. Plato libro de Regno: apud Aegyptios, inquit, non licet Regem absque sacerdotio imperare. Quinimò si ex alio genere quispiam vi regnum vsurpet, cogitur post regni adsumptionem sacris initiari, vt Rex denique sit, & sacerdos. Hoc in loco apud Platonem lector comperiet, maximam apud Ethnicos sacerdotum fuisse dignitatem, quæ magnanimitate, intelligentia, & claritate abundat propter eorum quæ tractat, magnificentiã. Sacerdotum item meminit Aristoteles in sexto Politicorum libro, capite vltimo, & itidem libro septimo, capite nono, hos esse in qualibet Republica constituendos, ex veteri probato instituto; nec tamen quoslibet homines, sed eos, qui ad honestè dijs exhibendum idonei esse censeantur. Apud Athenienses prima erat authoritate sacrorum nomine Basileus, id est, Rex qui cum Iudorum curatoribus Cereri, & Baccho sacra fieri pro moris vsu curaret: cuius simul munus hoc demandatum erat, vt præesset sacris Eleusinijs, Lenæis, & his, quæ ad lampada fiebant. Romani Athenienses imitati post constitutum à Numa maximum Pontificem, exactis regibus & Regem sacrificulum instituerunt Pontifici maximo subditum, vt is publica obiret sacra, quæ per ipsos reges moris fuerat facilitari: authore Liuio libro secundo primę Decadis. Gentibus igitur sic sunum sacerdotium venerati sunt, vt Reges, & Imperatores sceptra desererent, & sacerdotio fungerentur. In lege veteri sacerdotium solis Aaron filijs concessum esse manifestum est. Et hi quidem sacerdotes oleo sicuti Reges vngebantur: capitulo vnico, in pri. & §. 1. de sacra vnctione. Cyprianus in libro de vnctione chrismatis, Hæc oleo, inquit, antiquitus sacrabantur sacerdotes, & reges, & ipsi altarium lapides delibuti spiritualem intelligi volebant mysterijs inesse pinguedinem. Hæc Cyprianus. nec tamen hoc in loco multa de veteris legis sacerdotio tractabimus: cùm id ad iam translatum in aliud multò excellentius sit, quo in lege Euangelica vtimur. Quòd si apud Gentiles idolorũ cultores, & in illa vmbratica figura veteri, maxima in veneratione fuere sacrorum ministri & sacerdotes; cùgé maior ratio est, apud Christianæ legis professores eam dignitatem multis nominibus piuris quàm vsquam fuerit, æstimandam fore. Siquidem ea non ad taurorum hostias, hircorum, & vitulorum sacrificia sed ad pretiosissimum corporis, & sanguinis Domini nostri Iesu Christi hostiam, & sacrificium pertineat, & instituta sit. Quam excellentiam sancti & catholici viri respicientes, nostri sacerdotij dignitatem multis præillo veteri efferunt encomijs. Nam & diuus Chrysostomus sex hac de re scriptis dialogis tam diserè, tantaque orationis vbertate dignitatem istam euellit, vt vel hac in parte aureo facundus ore videri possit. His præclara Gregorij Nazanzeni carmina sunt omnino adijcienda, dum is inquit.

O sacrificia mittentes incruenta sacerdotes, O animarum custodes glorioſi,
O magni figmentum Dei veltris in manibus ferentes.

Merito quidem sacri canones non omnes passim ad dignitatem hanc, nec ad eius ministerium, nec ad alios ei subseruientes ordines absque defectu admoueremur ab eisdem institutum est non solùm ab hoc ordine repellendos esse, qui moribus inquinatum aliquam fecerint, sed & eos, qui eorum culpæ, etiam per pœnitentiam remissæ, vel sine culpa labem aliquam corporis, aut animi contraxerint, notatiue aliquo defectu possint; qua ratione ab initio catholica ecclesia ad exemplum veteris legis actum est in ipsis Apostolicis sanctionibus de tuae irregularitatis initio, quod est ad amussim obseruandum, quoties tractabitur de ordinibus ecclesiasticis conferendis, aut semel iam collatis exequendis. Quam equidem materiam seorsum plerosque ex veteribus, & recentioribus diligenter tractauisse nos tamẽ, vt operam nostram hac in parte publicæ vtilitati præstaremus, eandem repetere decreuimus, sicuti & olim Salmanticæ fecimus ordinaria lectione constitutionem. Si furiosus, de homicid. eiusque intellectum examinantes. In tres verò partes tractatum illum diuidere libuit, quò distinctior sit cuiusque quæstionis locus. Prima enim parte de irregularitate generaliter agemus, aliquot eius species explicantes. Secunda, irregularitatem ex homicidio voluntario, vel casuali inductam ita exponemus, vt deinde Tertia huius operis parte idem prosequuti multa de homicidio necessario tradentes, constitutionem hanc Clementis Quinti sub hoc titulo de homicidio interpretemur. Illud profectò studio præstabimus, quòd (posit tot veterum, & iuniorum commentarios quacunque in quæstione minimè sit hic noster labor ea ex causa reijciendus, quia sæpissimè argumentationum cumulis, varijsque ac sæpissimè inutilibus rationibus decisionem ipsam prosequatur.

DIDACI

DIDACI COVARRVVIAS ALEYVA TOLETANI,

REGII CONSILIARII

IN CLEMENTIS QVINTI

CONSTITVTIONEM SI FVRIOSVS.

RVBRICA DE HOMICIDIO, RELECTIO.

EX PRIMAE PARTIS.

INITIO.

SVMMARIVM

1 Irregularitatis definitio: & vnde sic dicta fuerit.
2 Irregularitas iure tantum humano Pontificio statuta est.
3 Intellectus cap. is qui de sentent. excomu. in 6. & cap. ad audientiam de homicid.
4 Irregularitas mentalis, an possit contingere.
5 Corpore vitiatus, quando sit irregularis.
6 Eunuchi, an sint irregulares: & quis de his, qui sibi virilia abscinderunt.
7 Quis possit dispensare cum corpore vitiatis.
8 Rebaptizatus irregularis est, & quid de confirmatione sacramento
9 Expositus, an sit promouendus ad sacros ordines.
10 Pœnitentia solennis efficit quem irregularem.

PRIMA PARS.

1 IRREGVLARITAS (hac n. dictione sæpissime vsuri sumus) varie a nostris definitur: frequentior tñ eius definitio hunc in modũ exponitur: Irregularitas est canonicũ impedimentum, ex facto seu defectu prouenies, quo quis prohibetur ad ecclesiasticos ordines promoueri, & in eisdẽ ministrare. Hanc definitionẽ ex multis adnotauimus: p cæteris ex Spec. tit. de legato. §. iuxta. Arch. Io. And. & Doct. in c. 1. de re iud. in 6. Host. in c. 1. de cler. exc. Gonzalo a Villadiego de irregu. in prin. Sylu. in verb. irregularitas. Nicolao Plouio in tract. de irregu. in prin. Alber. Trotio de vero & perfecto clerico. 2. c. 20. Multa quidẽ sunt iure canonico inducta impedimenta, quæ ad irregularitatem non pertinent: quia minime impediunt ordinis ecclesiastici susceptionẽ, nec eius iã suscepti executionẽ. atq; ideo loco generis in hac definitione, canonicũ impedimentum traditur. cætera vero ad differentiã spectãtq; apertissime constabit ex his, q̃ lõgius sunt omnino p tractãda. Est tñ text. opt. in c. significasti. in 1. de homic. irregularitas siquidem impedit quẽ a susceptione ordinis ecclesiastici: & cũque a iam suscepti vsu ficuti euidẽtius deinde apparebit. Quamobrẽ posset ita definiri: Irregularitas vitium est, cuius cã iure humano Pontificio prohibet quis ordinem ecclesiasticũ suscipere, & in susceptio ministrare. Nec tñ hinc sequitur, irregularitatẽ semper pœnã esse propriam: tenim cũ propria pœna culpã præsupponat, §. in Aug. lib. 1. retract. c. 9. Gordianum lectio

2 ¶ Ex hac ipsa definitione colligitur irregularitatẽ iure tñ humano Pontificio statutam esse. Quod expressum adnotarunt Inn. col. 3. Ant. nu. 19. & ibi Doct. in c. nisi cum pridem. de renun. idem Inn. in c. ad audientiam. de homicid. vbi Docto. quorum opinionem communem

esse fatentur et sequuti Sylvest. in verb. irregularitas. in fine: Gonsal. a Villad. de irregul. in prin. eandē sequunt Imol. & Doct. in hac cle. si furiosus. Flor. 3. par. tit. 18. c. 2. §. 6. Palu. in 4. sent. d. 25. q. 3. ad fi. cui opinioni nō obstant plura, q̄ in ꝓrium ex veteri testō, & canonib. Apostolorū, atq; ex eorū epistolis adduci poterant: siquidē apostolorū canones, & decreta, iuris humani sunt. Vetus vero lex per Christianā, & euangelicā legē fuit abrogata, qua rōne hoc fit cōstitutissimū, irregularitatē nō esse iure diuino, sed humano institutā, idem probare in in spē cuiuslibet irregularitatis diligenter conabimur: & probat Spec. tit. de l. §. iuxta. quidquid ex aduerso disputet Maria. Soci. in d.c. ad audientiam. q. 3. principali.

Hinc & illud apertissimi iuris est, irregularitatē nullo in casu esse constituendā, nisi in iure Pontificio id fuerit expressum. tex. celebris in ca. is qui. de sent. exc. in 6. quem Doct. ibi maxime cōmendarunt, ꝑsertim Franchus, dicens eum singularem: esse idē Francus in c. dilecti. col. 4. de appella. Bertach. in tract. de episc. c. vi. nu. 8. Nam cum hoc vitium sit iure tantum humano Pontificio inductum: consequitur manifestum, nusquam id contingere nisi expressim sit eodem iure definitum. 5

Nihilominus aduersus illationē istā solet obijci rīsio tex. in d.c. ad audientiā. de homici. vbi constat, in dubio an quis sit irregularis, iudicandum, esse, ac censendum, q̄ is irregularis sit: quia hoc sit iudicū tutius. tex. ad idē optim. in c. significasti. in 1. & apertior in c. significasti. in 2. vers. q̄d si discerni. eo. tit. igit̄ non ita certum est, nō esse quē cēsendū irregularē nisi casus is satis fuerit iure Pontificio decisus. Sed huic obiectioni Ioa. And. Card. Abb. Ananiā, & Soc. nu. 46. in d.c. ad audientiam. rīndere conantur distinguentes inter forum interius cōsciētiæ, & exterius iudiciale, vt in priori casu hoc in dubio teneatur quis a diuinis abstinere, & seipsum censere irregularē. c. illud de cler. exc. ministrant. in posteriori: vt iudex non possit ipsum irregularē per sīnam pronūciare, nec definire. Sic et. n. te. ī d.c. ad audiētiā & similes procedunt in conscientiæ iudicio: non in foro iudiciali. Hæc vero differentia nequaquā est admittēda: cū & de citio tex. in d.c. is qui in aīæ, & conscientię foro itidem obtineat. Et ꝓterea quod rīsum est in d.c. ad audientiā. & similib. ad forū exterius, & iudiciale ptinet: sicuti deducitur ex his constitutionib. Sed & Inn. in d.c. ad audientiā. indistincte alleuerat, in dubio non esse quē censendū irregularē, quia iure humano est irregularitas inducta. q̄ quidē rō ita militat in foro conscientiæ, vt in iudicialissimo fortius obtinet apud interiorē aīæ iudicem. quamobrē cōem differentiā eleganter improbat Mart. Azpilc. in c. si quis aūt de pen. di. 7. n. 53. adeirco ipse aliter opinor posse intelligi tex. in d.c. is q. & in d.c. ad audientiā. Nā vbi sit dubiū, an in aliqua spē sit inducta irregularitas iure Pontificio, tunc rīndendū erit, non esse irregularitatē cōstituendā in eo casu, nisi expressum id fuerit iure canonico. At vbi simus certi, iure irregularitatē induci certo in casu: & tīn ambiguū sit, an Sēpronius irregularis sit ex illius causæ rōne, & an id vitiū pp eam cām ꝓtexerit, vt plane non de iure, sed de facto dubitemus tutior erit in vtroq; foro eligenda via, eritq; Sēpronius irregularis cēsendus & iudicādus ad hunc effectū, q̄ absque dispēsatiōe minime diuinū officiū exequat. hāc aūt interpretationē deduci posse censeo a pētatis rīsis: nēpe ex d.c. ad audientiā, c. significasti. in 1. & c. significasti. in 2. de homic. imo quoties ea cōtigerint, q̄ in dictis decretalib. traduntur, erunt oīno seruandę earū decisiones adhuc in iudiciali, & exteriori foreiue forū sit exterius simplex iudicio cæpto p accusationē, aut denuntiationē, qd est vere contentiosum: siue mixtū exterior. absq; accusatore, & denunciatore: licet. Fel. in d.c. ad audiētiā, velit eā cōstitutionē, & similes in hoc vltimo tīn seruandas fore. Idcirco ꝑfata **Romanorū Pontificū** responsa erunt ad vagueni memoriæ commendanda: ne quis falsa eorū interpretatione deceptus, ab optimis institutis temere discedat.

¶ Rursus ab eadē definitione constat, qualiter accipiendū sit qđ plerunq; in apostolicis indulgentiarum literis continet, l. t posse priuilegiorū rōne sacerdotem ad sacrale electū confessionē absoluere pœnitentē ab irregularitate mentali, & super ea dispensare. Ego plane fateor, me nō satis pcipere, q̄ sit hęc mētis irregularitas, aut deniq; mētalis. Scio equidē nō posse irregularitatē mente tīn ꝓhi absq; actu exteriori, qđ non semel in hac relectione probauimus: ꝑsertim ea rōne q̄ lex humana adhuc pōtificia, qualis est q̄ irregularitatē iduxit, minime afficiat actū pure interiorē mentis: quemadmodū ostendimus in reg. pōtīn de reg. iur. in 6. 2. Relectionis par. nu. 7. Igitur qui mēte homicida sit, quiq; aīo deliberato alicuius occisionē conceperit, non erit irregularis censendus: cum lex Pōtificia irregularitatē ex homicidio statuens nō cōprehendat actum homicidij, mentis equidē, interiorē, sed exteriorē. Fit ergo nō posse cōmode aut proprie dari mētis, aut mētalē irregularitatē. Et inde consequitur, verba priuilegiorum, quæ de mentis irregularitate tractauere, accipienda esse de illa irregularitate, quæ licet ab actu exteriori procedat, occulta tamen est. De hac etenim inferius agemus, an exigat necessario dispensationem.

¶ Prima tandē irregularitas a corporis vitio & labe deducēda est: siqdē corpore vitiatus, iure Pōtificio censetur irregularis, ita vt possit ad sacros ꝓmoueri ordines, nec promotus in eisdē ministrare. Nā & Leui. c. 21. dixit Dūs ad Moysen: Oīs qui habuerit maculā de semine Aarō Sacerdotis, nō accedet offerre hostias Dño nec panes Deo suo. Et paulo ante dixerat: Loquere ad Aaron, Hō de semine tuo ꝑ familias suas qui habuerit maculā, nō offeret Deo suo, nec accedet ad ministerū eius si cęcus fuerit, si claudus, si vel paruo, vel grādi, vel toto naso, si fracto pede, si manu frigidb. si lippus, si albugine habens in oculo, si iugē scab. ē, si impetiginē in corpore vel herniosus. Hactenus apud Leuit. Apud ethnichos idē obseruabatur: siquidē authore Pli. li. 7. natu. histo. c. 28: Sergius in ꝑtura a sacris arcebat, eo q̄ debilis essēt. Sene. li. 4. Declamationū: tecla. 2. itidē ꝑmittit apud Gentiles cā legē obtinuisse. Sacerdos integer sit, quasi decens vbiq; gentū cē visum fuerit, & sacerdotes, sacro rūq; ministri corpore sint integri, nullā maculā habentes, quiq; nulla possint corporis fœditate notari. idq; obtinuit olim apud Romanos ab ætate Romuli, qui sacerdotes elegit genere excellentes, simul & virtute ꝑstantes nec tū inopes, aut corpore vlla ex parte truncum: vt testatur Diony. li. 2. Roma. antiquit. idē & apud Persas vsu receptum fuisse tradit Alex. ab Alex. li. 6. dier. genia. ca. 14. hac vero in re duas regulas cōstituendas esse cēseo.

Prior regula. Corporis vitiū impedit quē sacris ordinib. donari, cum id vel impedimentū ꝑstat ordinis executioni, vel insignē inducat deformitatē. tex. in d.c. 21. Leuitici. Cuius seriē egregie morali quadā interpretatione prosequit D. Greg. c. 11. 1. par. Pastora. c. hinc etenim. 49. d. probat & isthæc regu. in c. 2. &. toto ti. de corpore vitia. c. 2. & ibi Pan. de cle. ægrot. not. ꝑter alios Alber. Trotius de vero, & ꝑfecto clerico. li. 2. c. 16. Host. in sum. ti. de corpore vitia. Rich. in 4. sen. d. 25. q. 3. art. 5. & Palu. ibi q. 3. ad fi. Gonsā Villad. in trac. de irregu. ca. de corpore vitia. idē ꝑstat ex Inn. Car. & Doct. in c. 1. & 2. de corpore vitia. Henr. in c. Tho. eo. tit. Regin. l. 25. ti. 6. par. 1. quę vero sit deformitas insignis, arbitrio Epi relinquitur: c. 2. & ibi Ant. Car. & alij de corpo. vitia. quod receptissimum est apud omnes, qui quæstionē istam tractauere. Est ad hanc regulam optī. text. in ca. si euangelica.

Tertio his bigamus est,qui etiam vnicā vxorē habuerit corruptam tñ non virginem.c.debitum vbi Car. & Doct.de big.c.1.de clericis coniug.in 6.c. curandū. c.si quis de laicis.34.dist.qđ adeo verum est, vt idem vitium locū habeat si quis inscius, & ignorans corruptā vxorem duxerit:sicuti probatur in d.c.curandū.& est cō munis opinio,quam sequuntur Card.in cle.cum ex eo. col.1.de sen.excom.& Henr.in c.1.col.3.de bigam. tex. in c.qui in aliquo.51.dist.idem erit si quis matrimoniū quod nullum est,cū fœmina corrupta contraxerit:adhuc n.bigamus censetur.tex.in d.c.vl.de bigamis. vbi cōis omnium sententia hoc ipsum probat.Quod aūt de eo q fœminam ꝓ corruptam ab eodem tamen stupro vitiatā vxorem duxerit,sunt.n.qui censent, & hunc bigamum esse.huius sniæ authores sunt Host. Io. And. Anch, Ant. & Imol.in c.sane de cler.cōiug.quorū opinio profecto falsa est.Nec.n.hæc fœmina diuisit carnem suā in plures, cum ab vno tñ fuerit cognita.c.debitum.idcirco virginem dicitur accepisse in vxorem,qui a seipso corruptā, & stupro vitiatam vxorem duxit,siquidem per matrimonium subsequens præcedens vitium omnino purgatur.c.tanta qui filij sint legit.atq; ita in hac q.opinionē istam tenent gl.in c.quales.10.q.5.& in c.sane in 1.de cleric.cōiug.& c.vnico,de cler.cōiug.in 6.gl.& cōis in d.c. tanta.Io.And.Dom.& Franc.d.c.vnico.S. Th.in 4.sent. dist.26.q.3.par.ti.28.c.3.Sylu.in verb.bigamus.in prin. Ang.q.5.Capella Tholos.219.& 254.& vtrobiq; Aufrerius. Arch.in c.nemo.32.dist.vbi Dom.fatetur, hāc opinionem esse communem, idem asseuerant Card.in d. c.sane.Hen.in c.1.de biga.col.4.Imol.in d.c.sane Gonsā Villadieg.in tract.de irregula.q.de bigam. Io. Montagna in tract.de bigam.q.6.& Alber. Trot.lib.2.de vero & perf.cler.c.21.nu.3.Io.in summa confes.lib.3.tit.3. q.5.probatur q; veritas huius sniæ ex his,quæ statim explicabimus ad rationem huius irregularitatis.

Quarto ,bigamiæ vitium contrahitur ab eo qui etsi vnicam,& virginem vxorē habuerit,eā tñ post adulterium ab ea commissum carnali coniunctione cognouerit,& adulterij ignorās.c.si cuius vxorem. 34.dist. & c. seq.notant Abb.Ana.& Doct.in c.3. de adult. quorum opinio communis est,& obtinet,et si ex præcepto ecclesiæ adulteram vxorem inuitus cognouerit.Host.in summa de bigamis.q.9.S.Th. Palu.& alij in 4. sen. dist. 27.q.4.Florent.in d.c.si cuius vxorem & ibi Doct. Capella Tholos.255.Aufre.in cle. 1.de offi.ord.reg.1.fallē. 8.horum opinio tutior est sm Henr.in c.1.de biga. col. 4.& magis cōis,vt asserunt Alber.Trotius in d.c.11.nu. 2.& Sylue.ff.in verb.bigamia. q. 1. licet contrariam tenuerit Inn.in c.inquisitioni.de sent. excom. & quidam alij,quorum sententia in vltimo loco retulit Io. in Summa confes.lib.3.tit.3.c.9.imo & irregularis est qui adulteram post pœnitentiam sibi recōciliatam cognouerit. Anan.in c.3.de adult.Fel.in c.ius generale.col.6. dist. 1. idem sensit Anch.cons.124.& sentiunt omnes,qui proximam opinionem probarunt.

Huius uero irregularitatis plures tradunē rationes, ꝑ tertum a gl.in summa 26.dist.etenim licet matrimoniū contractum cum corrupta verum sit sacramentum, repsentans per mutuum consensum coniunctionem Christi,& animæ iustæ,non est tamen quo ad significationē omnino perfectum sacramētum:siquidē minime significat coniunctionē Christi cum vnica, & immaculata sponsa ecclesia.c.acutius.26.dist.debitum de bigamis.vn de bigamus cum patiatur defectū quo ad significationē in sacramento matrimonij,prohibetur ité a sacramēto ordinis deinde pati non debet defectū in sacro qui sacramenta ministraturus est.quib & aliis rationib. iure pontificio hæc fuit irregularitas instituta:quas equidē

RATIONES

rationes tradidere Tho. & reliqui Theologi in 4.sent. distin. 27. Io. in Summ. confes. d. titul. 3. q. 2. Host. & alij Canonistæ paulo ante nominat im citati.

Hinc deducitur & illud dubium, quo quæri solet, q̃ sit rō cur vxor corrupta efficiat maritum bigamū: non sic debetur bigamia ex ipsius mariti corruptione, ita q dē, vt licet ipse vir non sit virginitatis laurea tpe matrimonij p̃ditus, non ex hoc efficiat irregularis si virginem vxorē acceperit. & gl. in d. c. debitū. de bigamis tres vel quatuor rationes exponit, quas improbat eleganter. S. Tho. in 4. sen. dist. 27. q. 3. scribens eā esse veram rationē quia actus p̃hendi, & contrahentis matrimonium non cadit super ipsum, sed super alterum coniugem, atq; iō vitium corruptionis nullum efficit defectum quo ad corruptū, sed quo ad alterum. eandem rationem sequūtur Ant. in d. c. debitū. nu. 9. Henr. in c. 1. de bigamis. col. 4. & Syluc. in verb. bigam. q. 5. quæ quidem ratio communi omnium consensu probata videtur.

PAtet deinde ex p̃notatis, manifestam esse quorundā hæreticorū calumniam, q̃ Pauli Apostoli verba ita acceperunt, vt dicerent ex Pauli testimonio eum esse bigamū, & repelli qui eodem tpe duas vxores haberet: non autē eum, qui successiuo tpe secundam vxorem legitime accepit quasi non sit irregularis ex bigamiæ cā. horum impudens error iuris Pontificij manifesta interpretatione, & ipsius Pauli vero sensu refellitur: qd & p̃ter canones a me superius citatos ostendit Alber. Pighius in controuersia 15. vers. Impudens vero calumnia.

4 Ex his etiam consequitur, Romanorum Pont. posse dispensare, vt bigamus susceptis ministret, & ad superiores ordines accedat, cum hoc vitium, aut impedimētum a iure humano Pontificio inductum fuerit: tametsi originem habeat hæc institutio a lege Diuina veteri, & a gentilium ritu, quam sententiam plane omniū consensus admittit: p̃sertim S. Tho. in 4. sen. dist. 27. q. 3. & inibi alij Doct. Flo. 3. par. tit. 18. c. 4. gl. & canonistæ in c. in per eo. de bigamis. imo esse hanc opinionem cōem fatetur Io. Montaigna in tract. de bigam. q. 7. quæ itidē obtinet adhuc de p̃late ordinaria: quia p legem ipsam naturalem, diuinam, humanam, principi legislatori summo licet per dispensationem humanis constitutionib. derogare. circo; hæc potestas ordinaria est: cum lege sit data, & constituta, non autem absoluta: siquidem in humano principe potestas absoluta tyrannidi potius, q̃ legitimæ potestati tribuenda est. quod nos alioqui adnotauimus lib. 3. Var. relo. c. 6. nu. 8. Qua ratione mihi non placet hac in controuersia quod quidam adnotarunt maxime Henr. in c. 1. de bigam. col. 5. & Io. Staph. de lit. grat. & Iust. col. vlt. asserentes posse summum Pōtificem cum bigamo dispensare ex potestate absoluta: non aūt ex potestate ordinaria. Nā vt mō explicuimus potest p̃pa hac vti dispensatione potestate ordinaria. Nō. n. est de necessitate p̃cepta iuris diuini, qua ad sacrum ordinis, vt sacramentum sit, characterēmq; imprimat, q̃ ordines suscepturus bigamus non sit: is etenim bigamus etsi non sit ad ordines promouendus, si promotus fuerit, characterem recipit, & ordinis sacramentum. cæquicunque in 2. 50. dist. & c. penitentiā not. ant omnes p̃ter Host. in sum. tit. de bigamis. §. vlt. ant. in d. c. debitum. de big. Alber. Trotus in d. c. 11. nu. 6. quorū opinio cōsentit theologorū, & canonistarum quam & ipse Arboreus probat lib. 1. Theosophiæ. c. 16. solus aūt Romanus Pont. dispensat super hac irregularitate ex m Inn. & cōem in d. c. super eo. quib. ea rō fundi negatur, q̃ bigamię irregularitas ab apostolis, & a venerab. vris ecclesiæ cæ ipsis inducta fuit, & in his non est dispensatio expressim p̃missa, atq; ideo Episcopus minime potuerit dispensare iuxta cōem resolutionem traditā in c. at si clerici. §. vl. de iudic. & maximis rationib. comprobatam ab eruditissimo prudētia & morib. admodū illustri D. Didaco ab Alaua, Episcopo Abulensi, curiæ Granatēsis p̃side integerrimo in lit. de conclijs. c. 2. num. 1. Sic sane non posse Episcopū dispensare in hac ipse & irregularitate asserunt oēs paulo ante citati, quorum opinionē cōem esse fatetur P̃æp. in d. c. lector. 50. dist. eandē tenent Ang. in ver. bigamus. Gonsa. Villad. de irreg. q. vl. Io. Mōtaigna in d. tract. de biga. q. 7. qui & hanc esse cōem asseverat. sed Card. a Turre Crem. in d. c. lector. post. Th. in d. q. 3. & Syluest. in ver. bigamus. q. 7. probare conantur, posse episcopum dispensare cum bigamo in minorib. ordinibus. Quæ quidem opinio potest admitti quoties maxima subsit dispēsandi causa: quemadmodū L. ud. Gomez. opinatur in tract. breuiū nu. 20. aut sine vbi q bigamiā contraxit, eo tpe merus erat laicus: hæc etenim irregularitas quo ad minores ordines tolli potest episcopi dispensatione, ſm Henr. in c. 1. de biga. in fi. Quasi eo autore sit locus dicendum in eo, qui post clericatum bigamię vitiū p̃cerit, vt cū hoc nec in minorib. possit episcopus dispensare: hic. n. ex hoc amisit omnino clerici & ecclesiastici ordinis priuilegiū ipso iure. c. vnico, de biga. in 6. & iō non potest idē ex episcopi dispensatione recipere. Non inficior hāc opinionem Henrici probabilē efficere tā dubiā nimis esse censeo: illud certo sciens, etiā summum Pontificem maxima cum difficultate in hoc bigamiæ vitio dispensare. Quod & post alios Io. Staph. fatetur in d. tract. de lit. gra. & iuit. ad fi.

5 ¶ Verū i hoc de bigamia tractatu est p̃sidēdū, tho micidium commissum ante baptismū minime efficere quem irregularē, c. si quis viduā. 50. dist. idque oēs fatentur. At bigamia contracta ante baptismum, dubiam efficit disputationem, an ex ea detur irregularitas, aut semel data per baptismum tollatur. Nam D. Hiero. in epistola ad Oceanum in ea est sntia, vt existimet bigamiam ante baptismum contractā minime irregularem quē constituere. Huius opinionem Gratianus retulit in c. 1. 26. dist. eandem tuetur rursus idem Hieron. super epistolā ad Tit. ū. c. 1. Gl. ord. & Nicol. Lyran. 1. ad Timoth. c. 3. hoc ipsum p̃bat tex. in c. 1. 33. dist. ex canonib. Apostolorū 17. & defendūt fo. Maior. in 4. sen. dist. 27. q. 6. vers. li dubitat. & Iac. Almain in dist. 25. q. 1. & Hen. i Gādauo ab eodē, & alijs citatus. Huius opinionis ea est rō, q̃ bigamiæ irregularitas iure humano Pontifico statuta sit: & hoc nō ligauerit infidelesigit irregularis nō est, q̃ ante baptismū bigamiā contraxerit. deinde Paulus Apostolus cum scripsit, episcopū debere esse vnius vxoris virum, dubio procul de fidelib. iā baptizatis intellexit: idcirco de irregularitate a baptizato contracta Apostolus tractat, non de ea q̃ infideli ante baptismum aptari nequit: & præterea constat, per baptismum omnia p̃cā, ēt mortalia, & actualia tolli, ac dimitti. c. gaudemus. de divort. c. deinde. 26. dist. notat. S. Th. 3. par. q. 68. art. 3. & 4. ar. 6. ergo & irregularitas, etsi contracta fuerit, cū tē p̃sitime absque labe & crimine contingat, per baptismū tollitur. in contrariam sententiam itum est a diuo Augustino, qui in lib. de bono coniugali c. 18. opinatur, irregularem esse eum, qui ante baptismum vnam vxorē habuerit, & ea mortua, aliam post baptismū acceperit. Idem Gratianus refert in c. acutius. 26. dist. quo in loco ad eandem opinionem citat Innocentium primum in epistola 22. ad Rufum & Eusebium Macedoniæ episcopos. c. deinde. & in c. penult. D. Ambrosium. qui lib. 1. de Officijs. cap. vlt. eandem sententiam probat, quam Sanctus Thomas & alij sequuntur in 4. sent. distinct. 28. q. 3. Canonistæ in d. c. gaudemus. Ioannes Arbore. lib. 10. 2. Theosophiæ c. 16. Iacob. Almain in 4. sent. distinct. 33. q. 2. rursus est & ad hoc tex. in c. acutius. 29. q. 3. (multa tradit Claudius Spencerus in. 2. de cōtinentia c. 3. & seq.) ex Diuo Augustino. in d. c. 18. lib. de bono coniugali: cuius sententia

sententia recepta est olim fere p̃ sensu aduersus Hieronimum, cuius rōnib. sic rādendū est. duab. equidem prioribus. in hunc modū, q̃ licet lex Pontificia non afficiat eius vinculo infideles, dum infideles sunt, tñ si ipsi ad Catholicā fidē trāsierint, & velint sacris ordinib. insigniri, nō sunt ad eos admittendi, si habuerint ea vitia & defectus, qui iure canonico impedimentū p̃stant. Cuius rei exēplum sit in corpore vitiatis, maxime quia in specie, q̃ Hieron. tractat, bigamia contracta fuit post baptismum, cū iam baptizatus sedas p̃xerit nuptias. sic sane D. Paul. de baptizatis agit: hi. n. qui nondū Christi fidem susceperunt, nō promouentur ad ordines sacros, & tñ baptizatus pōt bigamus esse ob matrimonia contracta ante baptismū. postremæ autem rōni ex eo satisfaciendum est, q̃ per baptismū tolluntur p̃cā omnia vi sacramenti, & interiori confessione, saltem Deo facta cum peccatorū pnīa. quo 7 ad culpā, & satisfactionem offensæ diuinæ: ſm Tho. in d. q. 68. ar. 3. & 4. non tñ quo ad forum exterius, nec quo ad iudicialē punitionē: quēadmodū ipse tradidi in lib. 2. Variar. resol. c. 10. nu. 4. nec itē tollunt per baptismū defectus sacramenti, quos ipse infidelis patiebat, nēpe in contractu coniugali, cuius causa carnē suam in plures diuiserit. Nam & apud infideles matrimonium est ītimū consensu quidē: imo & id dici poterit sacrm habitu licet nō actu: cum absque fide sacrm ratū contingere nō possit. c. quanto. & d. c. gaudemus. de diuort. quorū intellectū & nos explicuimus in Epitome ad 4. decre. 2. par. c. 1. §. vnico. nu. 4. Nec opinioni August. obstat tex. in d. c. si qs viduam. & c. 1. 33. dist. siquidem inibi probat, bigamiam post baptismum contingentē efficere quem irregularē. non tñ negatur, q̃ idē non sit, si ante baptismum ea cōtigerit. [quamuis huic solutioni satis refragatur Zonaras in scholijs canonis 17] Quib. tandem sit, opinionē Aug. magis receptā esse, & Inn. p̃pe authoritate p̃batā fuisse.

¶ Superest tñ adhuc scrupulus quidā, qui male iuris utriusq; Doct. torquet. Horū etenim quidam censet, irregularitatē ex homicidio ante baptismum p̃cedentē tunc p baptismū tolli, cū homicidiū acciderit, cū pcto; quasi in hac spē irregularitas tollat vt cōsequens pctō quod tollitur per baptismū: locus aūt dicendū, sit homicidium contigerit absq; pctō, vt in iudice: eo siquidem casu irregularitas non tollitur per baptismum, quemadmodum probant gl. in d. c. si qs viduā. 50. dist. vbi Arch. Dom. & Præp. gl. Arch. & Præp. post alios in d. c. deinde 26. dist. Host. Io. And. Ant. & Anch. in d. c. gaudem'. Gōsa. Villad. de irreg. c. vlt. regia l. 17. tit. 6. par. 1. contrariā sn̄am defendere conantur Cald. Abb. Card. & Præp. in d. c. gaudemus. Inn. in c. presbyterum. de hom. Henr. in c. gaudemus. Paul. in 4. sen. dist. 4. q. 1. Io. Minor dist. 27. q. 6. & Iac. Almain dist. 25. q. 1. & dist. 33. q. 2. Host. in sūtit. de hom. §. qua pæna. vers. & hoc. Sylu. in verb. irreg. q. 18. quorum opinio verior est, & eam rōnē habet, q̃ irregularitas procedens ab homicidio tolū orit ex horrore illo, quo afficit is qui iussit, aut iniq; alium occiderit, hic vero horror per baptismū abolet: & iō irregularitas rōne homicidij cōtingens siue homicidiū sit pctm, siue non, per baptismum abolet. Nō sic in bigamia rādēdū erit, nam is defectus minime per baptismū sacrm supplet. Quamobrem posterior sententia magis applaudet quam fatetur communem esse Sylu. in d. q. 28.

6 Ingressus aūt religionis sed irregularitatē tollit q̃ non procedit a culpa, vel actu ipsius, monachi: nēpe natalium defectū, non tñ ea, q̃ ab actu proprio deducitur: ſm gl. in c. 2. de Apostat. q̃ probari vī authoritate tex. in auth. de sanctiss. epiſc. §. nullā. & c. vlt. 19. q. 3. qb. constat ingratitudinis causam quo ad exhæredationē aliorū tolli p ingressum religionis. Qua de re nos aliquot nouiter adnotauimus in c. Raynuntius. de test. in prin. nu. 10. Quid quid tñ sit de ignoratorum filiorum iure, & cautis quo ad pātē q. illud potius obtinet, quod quæcunque irregularitas minime tollatur per religionis professionem, ni si in casib. iure expressim statutis, tametsi religionis fauore facilior sit dispensatio. quod notant Abb. in d. c. 2. Gōsa. in d. q. vlt. Sylu. in. d. q. 28. tradit Soc. in c. ad audientiā column. vltim. de homicid.

¶ De Neophytis potissime cōtrouertit, an hi sint adhibendi ad sacros ordines, & altaris ministerium admittēdi. De clinicis etenim Euseb. scribit lib. 6. Hist. eccles. c. 23. olim non potuisse clericū fieri eū qui in necessitate p̃stitutus morboq; grauatus in lecto baptizatus fuisset, qui vulgo Clinicus dicebatur: id uero ea ex cā prohibitū fuit, vt idē Eusebius sensit, q̃ nondū reliqua, q̃ baptismum subsequi solēt, essent in hoc solenniter adimpleta, nec clinicus hic foret chrismatis signaculo consummatus. extat uero de his clinicis elegās D. Cypriani epistola, q̃ septima & li. 4. Neophytū faūt appello nouiter in Christiana religione plātatū, qui equidē multis authoritatib. excluditur ab huius sacri ordinis susceptione. Nam & Paul. Apost. 1. ad Timoth. c. 3. ingt, nō Neophytū, ne forte elatus in superbiā in iudicium incidat, & in laqueum diaboli, hoc est in arrogantiam, q̃ est diaboli ruina: ſm Gratianū in sum. 48. dist. Huc pertinet quod scripsit Inno. Papa primus epistola. 12. ad Aurelium, Miserum est, inquit, eū fieri magistrū, qui necdum didicit esse discipulus. Nicæna itē synodus canone 2. in spē vetuit, Neophytū ad episcopatū vel presbyteriū admitti. c. qm. 48. dist. idē D. Greg. li. 7. epist. 111. ad Siagrium episcopū. c. vl. ead. dist. inquit, Sicut Neophytus dicebat, qui in initio sanctæ fidei eratditione plantatus sic mō Neophytus habendus est, qui repente in religionis habitu plantatus ad ambiendos sacros ordines irrepserit. idē Greg. lib. 8. epist. 25. ad Fortun. Neapolytanū Episcopū scribit, neminem ad religionē conuersū ante biennii debere tonsurari. c. monasterijs. 19. q. 3. sed & de Neophytis concilium Arelatense ſm sub Sylu. Papa primo celebratū statuit eos non esse ad diaconatus, vel sacerdotij officiū ordinādos, qd in eius dē synodi canone 1. continet. Idē prohibuit concilium Laodicēse, celebratū sub Liberio Papa. c. 3. apud Laodicēā Phrygiæ vrbē prouinciale quidē, sed cōprobatū in sexta synodo gēerali: Siritius Papa hui' noīnis primus hoc ipsum p̃hibet Tepist. 3. ad vniuersos orthodoxos, docēs, vt Neophyti sacerdotes non fiant. sic & in Neocæsariēli cōcilio, c. 12. statutū est q̃ in ægritudine baptizatus ad sacerdotium non admittatur: nulla quidem alia ex cā, q̃ q̃ nōdū sit tatis in fide cōfirmatus. c. 1. 57. dist. cuius inter eius singularia meminit Lud. Ro. sing. 416. & & op. tex. in c. si officia. 59. dist. ex Vrbano Papa, q̃ rndit, officia ecclastica gradatim dāda esse instructis iā admodū in christianæ religionis documētis: nequēadmodū & fæcularis. Officia vero ac munera publica reipublicæ sæcularis. Nō esse dāda Neophytis p̃bat tex. iuxta intellectum gl. inibi i c. p̃stituit. 17. q. 4. ex ☞cil. Tole. 4. c. 63. de Iudæis etenim id scripsit Greg. nonus. in c. pe. de Iudæ. idē statutū fuerat in c. cū sit eo. tit. c. nulla. 54. dist. ex cōc. Tol. 3. c. 14. qd & in d. c. ☞stituit. expressim tradit: quo in loco idē adijcit de his q̃ ex Iudæis sunt, vt hi apud Christianos officia publica minime obtineant. Hos glo. intellexit esse Neophytos, quē sensū tequuti sunt Ro. i sing. 672. Ias. i rub. ff. de iust. & iur. col. 1. qua de re late disputat Mōtaluus in l. 2. tit. 3. li. 4. Fori, cōtēdēs nō esse Toletanum cōcilium intelligendum de his, qui ex gente Iudæorum Christi fidem susceperint, quos admitti ad officia sæcularia non est ventumsed de ipsimet Iudæis, & his, qui sunt sub eorū familia. hi etenim nō sunt apud Christianos ad munera publica eligēdi, ne Christianis p̃sint regia l. 3. tit. 24. par. 7. l. 4. tit. 3. libr. 8. ordinat. text. elegans in l. vlt. C. de Iudæ. quæ procedit nō tñ iure ordinario, sed & delegationis rōne, vt nec ex cōmissione tāquā delegatus

t'alteri' posſit Iudæus apud Chriſtianos officia publica exercere? ſicuti docet Iac.de Nigris in rub. de offi. eius cui eſt mand.iurisd.col.6.ℨ Mart.Laudenſem ibi. Priuatam vero,dignitatẽ poterit Iudæus obtinere, nẽpe primogenium familiæ vt probat And.Tiraq.de primoge. q.66.nu.40 & ſeq. Nec oberit tex.in l.3.ff.vl. ff. de decurionib.ex quo cõſtat,Iudæos poſſe eſſe decuriones. Nã vel lex illa eſt correcta,vel tractat de Chriſtianis :quod paulo poſt examinabit,aut tãdẽ obtinuit in municipio qđ Iudæos incolas:vel gentiles habentẽ de eo,qđ Chriſtianorũ legẽ obſeruat,& eorũ iuriſdictioni,ac regimini ſubditur,& Chriſtidem ſuſcepit. Sed q̃rit an Iudæus poſſit eſſe Chriſtiani tutor? & Fulgoſ.ac Mart.Laudenſ. in rub.ff.de iuſt.& iure.tenent id fieri poſſe.tex.op. in l. ſpadonem.§.iam aũt.ff.de excuſat.tuto.iam aũt Iudæi quoq; non Iudæorum tutores erunt,quẽadmodũ cætera munera ſubeunt. Namq; eos conſtitutiones ſolutos eſſe volunt ſolis illis reb.per quas ſuperſtitio eorum poſſit videatur.hactenus ℨ Hoſtiẽſis ex Latina Ant.Aug. traductione. Et tũ verius eſt,q̃ Iudæus tutor Chriſtiani eſſe non poſſit, ne prauis moribus pupillum ,& Iudaicis ſuperſtitionib.erudiat.atq; ita,licet variis rationib. tenet Bar.& Ias.in rub.ff.de iuſt.& iure.Rom.in l. pactũ C.de collat.nu.11.Anan.in rub.de Iudæ.nu.7.Ang.Are. in §.præterea.col.25.de exceptioni.Fel.in c.cũ ſit col.1. de Iudæ.Soc.conſ.70.lib.1.col.vlt.& Bertach. de gabellis.3.par.q.8.q & Ias.in d.rub.ff.de iuſt.& iure.intellexere d.l.3.§.vlt.ſm primum & vltimum intellectũ, quos paulo ante ipſe tradidi.Non me latet hac in controuerſia plura poſſe tradi, quæ de Neophytis diſcernendis a veteribus. ſeu veteranis Chriſti militibus . paſſim obuia ſunt: nos tamen aliquot proponemus concluſiones ad quorundam canonum intellectum.

Prima cõcluſio.Neophytus is proprie dr̃ qui ex Iudaica lege,aut Mahumetica,vel ethnica nuper legẽ Chriſti ,profeſſus fuerit:non is,qui ex ipſa natiuitate iã Chriſti nomẽ acceperit,genus tñ a Iudæorum gente deducens.hoc ,patet ab ipſius dictionis propria ſignificatione:& eſt eos omniũ,quos in hoc tractatu ipſe legerim obſeruatio:ita etenim oẽs iuris vtriuſq; Doct.dictionẽ iſtã acceperunt vel ipſius Pauli teſtimonio,qui non appellat Neophytũ eum,q̃ è gente Iudæorũ,iã olim,iã diu legẽ Chriſti fuerit profeſſus.alioquin & ipſe paſſus Neophytus dicereſ coẽq; nolle reliqui apoſtoli cenſeri recte poſſent. Secũda cõcluſio.Neophytus nõ eſt ad ordines ſacros , nec adhuc ad minores promouendus.Probatur hæc concluſio in ſpecialitatis authoritatib.D.Pauli,Concilionum , & ſanctorũ Doct.quib.ſatis conſtat hanc concluſionẽ verã eſſe: nã ſpecialios eam tradidit Io.in ſum ſpecul.l.3.tit. 14. & Canoniſtæ in dictis locis paulo ante per me nominatim adductis.Fuit vero olim,& nunc eſt maxime vtilis hæc prohibitio multis ſane de cauſis,q̃ eam ſuſtinere effectum.

Tertia cõcluſio.Neophytus quacunq; ex lege Chriſtianam legem profeſſus,tunc demum poterit ad ſacros ordines,& eccleſiaſtica bẽficia promoueri cum Epiſcopo viſum fuerit,eum tam moribꝰ & Chriſtiana diſciplina ſatis inſtructum efficta quidem,vt tam veteranus Chriſti miles cenſeri poſſe poſſit.tex.op.in ca. 1.57.diſt. ex quo Rom.id notauit in ſing.416.Fel.in ca.cum ſit de Iudæ. Deci.col.3.in c.eam te.de reſcrip.vbi eſt tex.ſm hanc cõcluſionem intelligendus.Nam ibidem Fel. & Ripa nu. 31.fatentur poſſe ad ordines & eccleſiaſtica bẽficia admitti eum,qui nõ nuper,ſed iã diu relicta gẽtilium , aut Iudæorũ lege,Chriſtianã,& euãgelicã fuerit profeſſus. Sic deniq; multi fuere olim ad ordines ſacros,& eccleſiaſticas dignitates admiſſi,qui è Iudaica,vel gentilium lege fidẽ Chriſti ſuſceperint,& tñ ob vitæ,& morum ,probitatẽ, atq; iõ,quia iã diu Catholicæ religionis inſtitutis fuerãt edocti,nomen Neophytorum amiſerãt.Is ſiquidẽ Neophytus nõ eſt,qui iã diu Chriſtianam religionẽ ,profeſſus nõ eſt,nihi fallor,hæc irrefragabilis quæ ad Neophytos pertinet,aliis oĩno ſimilis,cum non ſit expectanda Romani pont.diſpenſatio:ſed tñ ſit arbitrio epiſcopi conſiderãdũ,an ſit nouiter ſuſceptꝰ ad fidẽ iã dicẽdꝰ veteranꝰ miles Chriſtianæ religionis,vt ex morũ ,probitate , & integra legis euangelicæ inſtructione,antiqua , & veteri Chriſtianæ legis ,profeſſione , quod caute diſcernendum erit. 8

Quarta concluſio.Neophytus ſi paulo ante Chriſtianã religionem ſacro baptiſmate profeſſus non eſt , nec ad ſæcularia officia eligendus:hanc aſſertionem probat cõcilium Toletin.d.c.conſtituit.17.q.4. & ibi gl. & Arch. poſt eos Ana.& Fel.in c.cum ſit.col.1.de Iudæ.Inn.in ru. ff.de iuſt.& iure.col.1.Roma.in ſing.672.quib.& ea rõ admodũ accedit,q̃ indecorum ſit veteranis Chriſti militib.munere publico ,ficiri eum qui paulo ante Chriſtianã religionẽ vel idolorũ cultu,aut Iudaicis cæremonijs, & ſuperſtitionib.infectebatur. potiſſime hæc ipſa cõcluſio eſt admittenda:ne in ſuperbiã Neophytus elatus in præcipitium ruat,& diabolica ſuggeſtione peior fiat, atq; a noua,& vera religione,q̃ humilitatem docet ,profus abſtineat.quinimo & ipſe Fel.in d.c.cum ſit.& in c. Iudæ.de Iudæ.aſſeuerat,hunc Neophytum nõ eſſe teſtẽ idoneum,nec ad teſtimonium admittẽdum ℨ Chriſtianum.citat ad hoc tex.in c.nõ poſt.2.q.7.ex concil.Tol.4. c.62.vbi id minime probat.Cõcilium etenim de eo tractat,qui cum Iudæus eſſet,Chriſtianus effectus fuit,& tã dem poſt in legẽ Chriſti eſt prœuaricatus, non autẽ de eo Neophyto , q̃ nouam religionem Catholice obſeruat: vñ mihi non oĩno placet hæc Fel. ſnĩa,licet eam ſequatur Franciſ.a Ripa in d.c.eam te.nu.30.libenterq; admonitos eſſe velim iudices,vt in hac opinione ad praxi recipiẽdã cautiſsime ,pprio ad diſcreti viri arbitrio vtant.

Quinta concluſio.Qui iã diu catholicã fidẽ relicta friuola religiõe ſuſcepit,& miles eſt veteranus militiæ Chriſtianæ,nulla lege prohibetur ad ſæcularia officia eligi & admitti,imo Regia conſtitutio expreſſim admittit.tex. celebris in l.6.tit.24.par.7.cuius meminit late hanc cõcluſionem probans Montalbus in d.l.2.tit.3.lib. 4.Fori. hoc idẽ notant Fel & Rip.in d.c.eã te.nu.31.Fel.in d.c. cum ſit de Iudæ.& licet Reg.lex indiſtincte admittẽdos eſſe cenſeat ad publica munera eos qui relicta Iudæorũ aut Maurorum lege Chriſto nomen dederunt, ipſe tamẽ cenſeo eã legem eſſe intelligendã ſm hanc quintam cõcluſionem,in hoc quidem diu legem Chriſti veteranus ,profitetur,alioqui indecorum eſt, quod apud Chriſtianos præficiatur is in muneribus publicis, qui nuper falſam religionem mordicus, & aio contumaci obſeruauerat.

Sexta concluſio.Satis iure cõcluditur, nec a bẽficijs eccleſiaſticis,nec à dignitatib.nec a ſacris ordinibꝰ,nec ab officijs publicis,& ſæcularib.prohiberi eũ q̃ a tpre natiuitatis,ab ipſa quidẽ infantiæ ætate Chriſtianus eſt,tametſi patrẽ,auũ,aut proauũ Iudæũ,vel Sarracenum habuerit. Hic etenim dubio procul Neophytꝰ nõ eſt dicẽdus ſm propriã huius dictionis ſignificationẽ , licet vulgo apud Hiſpanos appelleſ Cõuerſus,aut Marranꝰ.Hinc ſane apparet qualiter ſit intelligendum quod ſcripſit Io.Staph. de literis gratiæ,& iuſt.col.vlt.ita.n.angt, cum Neophytis,qui vulgo dicuntur Marrani,diſpẽſatur ad omnes,& beneficia dummodo ipſi ſemper vixerint vt Catholici. Nam diſpenſatio iſta neceſſaria non eſt in his de quib. tractat hæc ſexta concluſio,vt ipſe opinor.Ipſi vero Iudæi,quod paulo ante notauimus,apud Chriſtianos magiſtratus,& publica munera nequeunt obtinere,ſpecialiter ea,q̃ infamib.cõmuni non poſſunt.Nam Bart. per text. in l.vlt.C.de poſtul.Ana.in rub.de Iudæ.col.2.Ias.in ru. ff.de iuſt.& iur.col.1.& And. Tiraq.in tract.de nobil.c. 29.nu.12.exiſtimant,Iudæum non poſſe aduocatũ eſſe, cũ infames hoc officiũ minime valeãt exercere.l.1.§. ait prætor.

prætor.in 2.ff.de poſtu.c.infames.3.q.7.ſic & D. Augu. lib.vno adnotationũ in Iob.c.30.appellat Iudæorũ gẽtẽ ignobilẽ pp Chriſti occiſionẽ. Quintilianus itẽ,hoc ipſum teſtatur li.3.c.9.Eſt,inquit,& conditorib. vrbiũ infame,contrax ſſe aliquã pernicioſam ceteris gentem: qualis eſt primus Iudaicæ ſuperſtitionis author.His eqdem verbis Quintilianus, etſi impie inculauerit Moſen & eius leges,q̃ ad Chriſti vſq; paſſionẽ ſanctiſſimæ fuerunt,gentẽ tñ Iudæorum infamẽ apud Romanos fuiſſe inſinuat.Obiter etenim illud eſt animaduertendũ , Iudaicã ſuperſtitutionẽ apud Quintilianum intelligendã eſſe Iudæorum legem,quæ ſuperſtitio Iudaica appellat in Lqm multi.C.de hæreti.c.Iudæi.28.q.1. ca.augurijs. 26.q.5.l.3.§.vlt.ff.de decurionib.& licet Alc.li.3.diſputatio,c.8.& lib.10.C.locum Quintilliani ita intellexerit, vt Chriſtianam religionem à Quintiliano appellari Iudaicam ſuperſtitionem contendat:minime congruit ea interpretatio ipſi Quintiliano,qui de Chriſto Ieſu nequaquam egerit:cum is nullã terrenã vibẽ condiderit. Quod aduerſus Alciatum adnotarunt. Ant.Aug. de exciſt.tutor.pag.167. & Aemilius Ferretus in ,ptatione ad Cornelium Tacitũ.Nec inficior quandoq; ab ethnicis Chriſtianam religionem dictam fuiſſe ſuperſtitionẽ Iudaicam.Quod ſatis cõſtat ex Arriano de dictis Epicteti c.9.Non tamen ita dicta eſt a Quintiliano,nec ab Vlpiano in d.l.3.§.vlt.vt conſtat ex l.ſpadonum.§.iam autem & Iudæi.ff.de excuſatio.tutor. quo in loco relato fit ad Vlpiani reſponſum in d.§.vlti.licet Accurſius id non ſatis perceperit.vnde cõis eſt Bart.& omnium conſenſus,d.l.3.§.vlt.abrogatam eſſe per l.vlt.C. de Iudæ.

Hæc vero ſint ſatis pro prima huius operis par. q̃ hactenus de irregularitate in genere, & de q̃buſdam eius ſpẽb.tractauerit:atque ideo ſecunda ſubſequitur pars.

SECVNDA RELECTIONIS PARS.

SVMMARIVM.

1 *Homicidium quid ſit,& de homicidio voluntario.*
2 *Voluntate diſtinguũ delicta,qualiter ſit aliter intelligẽdũ.*
3 *Maleficia,quo in ſenſu,ſine, & propoſito diſtinguantur.*
4 *Delictum , ex quo fuerit ſecuta publica vtilitas , an ſit puniendum*
5 *Irregularitas ex voluntate occidendi , etiam perfectiſſima,non contrahitur . Ibique de interioribus actibus quo ad humanam legem agitur*
6 *Conatus qualiter ſit in atrocioribus puniendus.*
7 *Intellectus ad legem , quiſquis , C . ad legem Iuliam maieſtatis.*
8 *Intellectus ad l. vnicam.C. de rap. virgin.& inibi de raptu monacharum.*
9 *Intellectus ad c.primum,de homicid.in ,6. vbi de Aſſaſſinis tractatur.*
10 *Interpretatio tex in l. is qui cum telo. C. de ſicar.*
11 *Veneni præparatio , aut ipſius propinatio animo occidendi contingens,an ſit puniendus,morte non ſecuta.*
12 *Parricidij crimen expenditur,& lex Pompeia de Parricidis explicatur.*

SECVNDAE HVIVS OPERIS PARTIS INITIVM.

ANDEM hic locus exigit,vt latius eã explicemus irregularitatem,quæ ab homicidio procedit:ſiquidem hac in praxi ſæpiſſime contingat.Duas vero partes habet:prior de homicidio voluntario,poſterior de caſuali tractabit.Nam de neceſſario agimus in ſpecie ſtatim in tertia huius tractatus parte: vtriuſq; tamen examen requiret,quod generice aliqua de homicidio ,mittamus.Eſt igitur homicidium, ,corporis perẽptio,authore Aug.li.19.ℨ Fauſtum c.23.c.homicidium. de pæn.di.1.Corpus aũt hic humanũ intelligo, & animatum,cum alioqui peremptio non conueniat corpori inanimato,& de hominis occiſione tractet Iſtẽ Aug. lib.1.de Libero arbi.c.ti homicidiũ.23.q.5.deſcribit, homicidium eſſe hominis occiſionẽ.Hõ autem cõſtat ex aſa rõnali,& carne,aut corporeti:deinde percutiens hominẽ mortuum,aut corpori inanimato caput abſcindens,nõ põt accuſari homicidij.notat Bal.per tex.ibi in l.1.nu.19.C.qui accuſ.non poſſ.idem in l.furorem.C.de his quib.vt indign.& in l.ex hoc iure.nu.10.ff.de teſtã.& iure.atq; eadẽ rõne conſtat,non eſſe irregulariẽ qui corpori mortui,& vita functi membrum abſciderit, animo illũ hominem occidendi ſi eũ viuum comperiſſet: quod notat Arch.in c.periculoſe.de pæn. d.1.vbi in cat vlr.15.q.1.Doct.in c.ſi aliquis de homi.& Fel.in c. ſicut dignum.eo.tit.col.4.Anania in c.ſicut ex literarũ de homici.col.vlt.Hippol.in l.vlt.nu.37.ff.de q. Albert. Trotius de vero & perfecto clerico.li.2.c.10.nu.7.Ludo. Carrer.in pract.crim.tit.de homic.§.1.nu.21.& 22. qui tradit hunc puniendũ eſſe de iniuria mortuo illata, iuxta illius iuſtã æſtimationẽ,& æquiſſimã pœnã, argumento deducto ex l.qui ſepulchra.C.de ſepu.vio.l.12.§.aduerſus.ff.eo.ti.notat Matthæ.de Affli.in cõſt.Neapoli.1.nu. 56.ꝑter ea q̃ de ſepulchro violato tradunt iure regio:in l.12.tit.9.par.7.l.3.tit.13.par.1.l.1.& l.3.tit.18.li.4.Fori.

¶ Voluntarũ homicidiũ eſt,quod dolo malo aĩo occidendi committitur,l.1.in princ.& l.10.ff.de ſicarijs.l. in l.Cornelia.ff.eo.tit.c.1.§.ſi quis hominẽ de pace tenend.c.ſicut dignum.de homic.docet Ang.in tract.de maleſi.§.ſcienter,& doloſe.ex hoc aũt voluntario homicidio dubio procul ,hitur irregularitas:nõ animum ipſum occidendi ſequatur actus occiſionis. Nã & irregularitas actum exteriorẽ requirit:ex elegantia in c. vlt. 15.q.& probatur ea rõne,quã ſuperius expoſuimus, in huius operis par.1.nu.4.Hoc vero in loco voluntarium homicidium intelligo non ſolum cum occidens explicite tendit ad occaſionẽ,& occidere vult:ſed & quoties eius voluntas tendit in eum actum ex quo de per ſe, ac immediate mors ſequit,non p accidens:liquidẽ voluntas pecãtis , & agentis malum ſerſ in id qđ fit, & in oẽ illud,quod p ſe,nõ p accidens ſequit ex illo. Cuius aſſertionis ſit exemplum in eo,qui Sempronium percuſſerit prauo aĩo,volens ei iniuriã irrogare,etiaſ;facie cicatrice ſignare,non occidere:nec tñ potuit manum ita tẽperare,quin grauiter percuſſerit, ex eaq; percuſſione mors fuit ſecuta.profecto hic erit homicida voluntarius:nolluntas.n.percutientis fertur in percuſſionem,& in omne id,quod immediate,& per ſe, non p accidens ex eo fuerit ſequutum , ſic & in homicidium ex percuſſione p ſe, & immediate ſequutum. Id manifeſte ſenſit S. Th.1.2.q.20.ar.5.qui docet,peccata aggrauari ex euẽtib.qui poſtea ſuccedunt,non ſolum qñ illi ſunt ꝑcogitatiſed etiam qñ ꝑter intentionem ſucceſſerunt, ſi illi euentus per ſe,& neceſſario ſequuntur ex priori opere, aut ſaltem ut in pluribus ita illa euenirent.probat hoc ipſum tex.in c.ult.de homic.in 6.& l.quoniam multa.C. ad l.Iul.de ui.l.1.§.ex incẽdio.ff.de incen.ruina,& naufrag.notat Cate.in 2.2.q.64.ar.8.ſed quia multa lector paſſim comperiet,quæ huic noſtræ propoſitioni videãtur aduerſari:præfert;m quod voluntate, & propoſito delicta diſtinguuntur c.cum voluntate.de ſent.excom. oportet rem iſtam longius repetere aliquot prænotando,quæ dubitationem iſtam radicitus explicent.

¶ Primum,.illud cõſtitutiſſimum ſit, delictũ , aut peccatum committi non poſſe abſque voluntate , multis

enim cuiusque actus praui à voluntate procedit, quæ p̃cipua est in omni peccato: cum prima cã peccati sit in voluntate, quæ imperat oẽs actus humanos: peccatum aũt nihil aliud est, quam actus humanus malus quemadmodum probatur in c.1.15.q.1.ex August. lib.1. retract.c.15. qui asseuerat, pctm non posse esse nisi voluntarium. idẽ docet Arist.3.Eth.c.1.S. Tho.in 1.2.q.71.omnib.eius qõnis articulis. quo fit, vt quæ ex parte in actu humano contigerit inuoluntarium, ex ea quidẽ malitia ablit, & omnino peccatũ quod & nos de ignorantia dispurantes explicuimus in c.alma mater.2.par.§.10,nu.7

2 ¶ Secũdo ex proximè dictis cõstat, maleficia, crimina, & delicta volũtate distingui in hũc equidẽ sensum, vt voluntarium constituat delictũ: inuoluntariũ aũt ab eo excusat, & liberet, cum pp inuoluntarium malitia cesseret. vera vero ex voluntate procedat. igitur voluntas distinguit delictũ a non delicto, & pctm a non pctõ discernit. c. cum voluntate. de sent. ex com. l. qui iniuriæ. ff. de furtis. l. verũ in princ. ff. co. titu. l. quod reipublicæ. ff. de iniur. sunt & ad hæc plures authoritates, quibus passim hoc ipsum cõfirmatur. delictũ liquidẽ, aut pctm nequaquam põt accidere, nec constitui abs q; malitia illud cõmittẽtis, q̃ quidem malitia minime daf ex inuolũtario.

Tertio considerandũ est, voluntatẽ ferri quandoque in actum homicidij directe, & per se quandoque indirecte, & per accidens. Directe quidẽ fert voluntas in homicidiũ, qũ quis animũ habet occidendi: & hæc est perfecta, propriaq; homicidij malitia. l. 1. C. de sica. l. 1. §. D. ff. eo. tit. Indirecte aũt, & p accidens fertur voluntas in homicidiũ, quoties fert in id, ex quo immediate, & per se, non per accidens homicidiũ sequitur. Nã in id, quod per accidens sequitur, nullo mõ fert voluntas, nec directe, nec indirecte: erit sane huius assertionis exemplum quod S. Th. exponit in 1.2.q.76.ar.4 dicens, q̃ cã peccati non est directe voluntaria, sed indirecte, & p accidẽs, quando quis vult bibere vinũ immoderate, fertur quidẽ tunc voluntas directe in potũ immoderatum: indirecte aũt, & per accidens in ebrietatẽ, q̃ fuit secuta directe, & immediate ex potione immoderata. Hæc denique Tho. Cui adijcã libenter Palud. in 4. sent. di. 32. q. 1. ar. 3. col. 5. & Pan. in c. quia diuersitatẽ. de concess. pb. nu. 3. ũcta gl. ibi in verb. suspensus. & nu. 11. ex quib. ipse colligo, voluntatẽ huius bibentis vinũ immoderate minime ferri nec directe, nec p accidens in id, q̃ ex ebrietate fuerit per accidens secutum p̃ter spem. Dicitur aũt magis, vel minus indirecta voluntas in homicidiũ: quoties actus per se volitus, aut voluntate cõprehensus, magis vel minus tendit ad ipsius homicidij periculum: sicut deducitur ex D. Tho. 2.2.q.64.ar.8. ad 3. & ibi Caiet. præsertim in responsione ad 3. & in verific. & confirmatur authoritate Aug. idem apparet ex eodem Th. 1.2.q.20 ar.3. cuius paulo ante mentionem fecimus. Hunc vero propositioni & alia conueniunt, quæ tradentur in 3. huius operis parte, quæstione de Ebriol. & in illationibus statim examinandis.

Interim tamen hac in controuersia expendere conabor duo Iurisconsultorum responsa, quæ mihi videtur pari fere ratione proposita, dissimilima censeri. Extat enim apud Viptanum in l. 3. ff. ad l. Cor. de sicar. hoc cuiusdam Senatusconsulti testimonium: sed ex Senatusconsulto relegari iussa est ea, q̃ non quidẽ malo ãio, sed malo exemplo medicamentũ ad conceptionem dedit, ex quo ea, quæ acceperat, deceßit. Paulus vero in l. si quis aliquid. §. qui abortionis. ff. de pœnis, ita ingt. Qui abortionis, aut amatorium poculum dant, etsi dolo non faciant, tñ quia mali exẽpli res est, humiliores in metallũ dãnantur, honestiores in insulam amissa parte bonorũ relegantur: q̃ si eo mulier, aut hõ perierit, summo supplicio afficiuntur. Hæc Iurisconsultus. Vñ cũ in vtroque

3 responso probetur dolũ abesse, & excludi: proponatur tamen res mali exemplum: mirũ fortasse videbit, cur mors secuta in vno casu delinquentis relegatione, in altero vltimo supplicio puniatur. His accedit quod Aristoteles in libris de Morib. quæ magna Moralia vocantur, narrat, cum fœmina poculũ amatorij dedisset amatori, & eũ interemisset illa potione, in iudiciũ q̃ Areopagi vocata esset, elapsam illã fuisse seueritatẽ iudicũ nulla alia de cã, nisi q̃ planũ factũ esset, ipsam eo maleficio ex cõsulto, & dolo nõ vsam. Dederat. n. philtrũ amoris cã, quam uis fine suo excidisset. Vũ intelligi poterat, non esse id sponte factũ nec. n. obesse voluit, sed prodesse. Hyllus ẽt fremẽti Herculi patri apud Sophoclẽ i Trachinis aperte rẽ exponit, dicens Dianiram. cũ putasset corpori ipsius iniecturã quod conciliandi amorẽ, vim haberet, reuocandiq; abalienatũ ipsius animũ, peccasse errore quodã non voluntate. Cicero item in 3. lib. De natura deor. Nec. n. inquit, Herculi nocere Dianira voluit, cũ ei tunicã sanguine Centauri tinctã dedit. Sed ad Iurisconsultorum responsa regressus, illud asseuerare cõstãter non verebor, iõ apud Paulum vltimo supplicio delictũ puniri, q̃ ille actus ex propria vi, ac natura maxime tẽdat in periculum mortis, aut grauissimæ læsionis: siquidem abortio ipsi ob corporis dissolutionẽ valde periculosa est: poculaq; amatoria in hoc propinant, vt iudicium amatoris perturbẽt, mutent, & euertant. quo fit, vt licet dolus absit, nec is actus fuerit factus ãio occidendi, & iõ p se, & directe nõ possit dici hõicidiũ volũtariũ indirecte tñ, per accidẽs dicaf ea occisio voluntaria magis. quia actus p se volitus, aut volũtate cõprehẽsus magis tẽdat ad ipsius homicidij periculum. Vlpianus vero eum casum expolut, in quo poculum datur ad conceptionem quod non est ita periculosum, quippe quod conficere soleat ex his, quæ vires corporis augent, hominesq; & fœminas natura debiles, medicamine ipso fortiores generationem reddit. qua rõne non ita tendit actus hic voluntate cõprehensus in periculum mortis, vt tendit ille quo abortionis, vel amoris causa pocula ministrantur.

¶ Quarto proxime notandum erit, tunc vere dolum homicidio volũtario perfectũ adesse, quoties voluntas occidẽtis directe, & p se in actum homicidij fert: & sic habet homicida occidendi animum. d.l. 1. §. D. l. in lege Cornelu. ff. de sicariis.

¶ Quinto illud est oĩno animaduertendũ, q̃ ad punitionẽ ordinariã homicidij p̃cipue attendit verus ãus occidendi, perfectus inquã dolus, & tandẽ voluntas directa in ipsum homicidij actũ in ipsumq; hoĩnis occisionẽ, ita quidẽ, vt quoties homicidiũ voluntariũ fit, volũtate in directa, & p accidens attingenti, tunc pœna ordinaria remittatur, in aliãq; cõmutetur: quali minuatur pctm pro rõne indirectæ voluntatis, & ob imperfectionẽ voluntarij. Nã authore sanct. Tho. 1.2.q.76.ar.4. voluntas per accidens tendens in peccatum minuit culpã pcti. idẽ probat tex. celebris in d.l. in lc. Cornelia. cuius mentionẽ agemus inferius ad apertiorẽ huius qõnis resolutionẽ, & deinde ad intellectũ. c. vl. de homic. in 6.

¶ Sextũ hoc in loco nõ incõgrue p̃ponit, pctũ & malitia quo ad exteriorẽ actũ, saltẽ materialiter, vt statim quar, minime distingui ex p̃posito fine quẽadmodũ docet S. Th. 1.2, q. 18. ar. 6. cuius hęc sunt verba: Aliq actus dicuntur humani inquantũ sunt voluntarij, sicut. 7. dictũ est. in actu aũt voluntario inuenitur duplex actus. l. actus interior voluntatis, & actus exterior: & vterq; horũ actuũ hẽt suũ obiectũ, finis aũt p̃prie ẽ obiectũ interioris actꝰ voluntarij. id aũt, circa qđ est actio exterior, est obiectum eius. ficut igit actus exterior accipit spẽ ab obiecto, circa quod est, ita actus interior voluntatis accipit ipsẽm à fine sicuta proprio obiecto: id autẽ, qđ est ex parte voluntatis se hẽt ut formale ad id, qđ ẽ ex parte

te exterioris actus. quia voluntas vti membris ad agendũ sicut instrumentis. Neque actus exteriores habent rõnẽ moralitatis, nisi inquantum sunt voluntarij, & iõ actus humani spectes formaliter considerantur ſm finem, materialiter autem ſm obiectum exterioris actus. vnde philosophus dicit in quinto Ethicorum: q̃ ille, qui furatur vt committat adulterium, est per se loquẽdo magis adulter, quam fur. Hactenus D. Tho. qui & in eadẽ. 1.2. q. 70. 2. ar. 1. ascribit, peccata distingui, & differre ſm obiectum & idem esse distingui ſm obiecta, & ſm finem. quia omnis actus quatenus à volũtate procedit, formalẽ habet spẽm a fine, & sic ab eius obiecto. hic aũt finis semper est ad rõnẽ boni existentis, vel apparentis: itaquidem malum est p̃ter voluntatẽ, & voluntas quo ad finẽ semper habet rõnẽ boni. quemadmodum idem Thomas explicat 1.2.q.8. artic. 1. ex Dionysio, c. 4. de diuinis nominibus & Aristotele, 2. Physicorum. actus autem voluntarius semper consideratur ad distinctionẽ pctõrum: & sic hæc distinctio proprie per se ſm eũdẽ Tho. 1.2.q.72.ar.1. interior vero actus semper distinguitur secundum finem: exterior autem materialiter ſm obiectum, in quo exercetur, idcirco malefícia ex proposito fine non sunt distinguenda, nec commode distinguunt. idem vlterius cõstat, si actuum humanorum distinctionem expoluerimus, & ex Aristo. 2. Ethicorum. ca. 6. D. Augustin. lib. § mendacium. c. 7. S. Tho. 1.2.q.18. maxime art. 8. cap. venerabilibus. §. penul. de sent. excomm. in 6. sunt. n. actus quidam ex p̃pria natura adeo mali, q̃ nõ possunt aliqua ex causa licere, nec ex aliqua circumstantia esse bonus: vt adulterium, incestus, stuprum. & in his actibus plane constat, verum esse, q̃ ex fine non possint licite censeri, nec iustificari, sicuti obiter ipse notaui in Epitome ad 4. decre. 2. par. c. 3. §. 4. nu. 5. & in reg. pctm 2. par. §. 1. nu. 5. sunt & quidam actus suapte natura mali, qui tamen aliqua ex causa licere possunt, & permittũtur. vt homicidiũ, quod licet ex se malum sit permittitur tamen ad defensionem. in hac actuum specie dictat iuris diuini & humani ratio, quod in dubio delictũ & prauum agentis animum præsumamus, donec veritas cõstet. c. 1. de p̃sumptioni. Alij actus sunt ex propria eorum natura boni, qui etsi possint contingere mali ob aliquem malum finem, ob prauam circumstantiam: attamen in dubio præsumendus est bonus agentis animus. Sunt denique & alij actus indifferentes, qui possunt esse mali, vel boni ex fine, & p̃p circumstantiam aliquam: vt risus, deambulatio, & his similes. in his equidem obseruandum est, quod erit in dubio adsumenda in meliorẽ partem, & sic in bonum interpretatio. l. merito. ff. pro socio. capit. eltote misericordes. de regul. iur. l. vlt. tit. 10. part. 5. de quo late tractauerunt e iuniorib. Hippoly. in rub. ff. de fideiuss. nu. 46. Franciscus Niconitius in repet. rub. ff. de noui oper. nunciat. Andreas Alc. in tractatu de p̃sumptioni. reg. 3. præs. 1. Abbas Ananiæ, & Fel. in ca. cum dilecti. de accusat. per text. ibi qua rõne Bart. eleganter scribit in l. quoties. §. 2. ff. de hæred. instit. quod si probetur, aliter dictum a quibusdam vel testib. quam scriptũ fuerit a tabellione, p̃sumendum erit, id errore potius quam dolo scriptum fuisse. Quam sẽtẽtiam probauerunt Andr. Alc. de præsump. reg. 3. præsumpt. 13. nu. 10. & Hippo. in d. rub. de fideiuss. nu. 66. Ego vero perpensa hominum malitia, & p̃sertim his consideratis, quæ frequenter solent a tabellionib. dolo, & fraude committi, non facile admitterẽ hanc opinionẽ, nisi apud me probatissima foret ipsius tabellionis rectitudo. Igitur actus exteriores boni per se, aut indifferentes omnes sunt p̃sumendi boni, nisi ex inordinata volũtate, aut malo fine malitiose dicentium simpliciter in actus boni dominium mortali autem boni, vel mali ex recta, vel inordinata voluntate ex bono vel malo fine prauo, aut bono vel malo fine boni actꝰ

vero ex sua natura mali, & sic peccata, non possunt esse boni, nec distingui ex fine, aut bona intentione: ſm magistrum sent. in 2. dist. 40. Augustinum super Psalmum 31. & in homilia. 7. lib. quinquaginta homiliarũ. c. forte 14. q. 5. quo fit, vt delicta voluntate distinguantur, id est ex rõe volũtarij & inuolũtarij vt paulo ante oltẽdimus: p̃posito aũt, & fine minime: distinguntur, nisi q̃ ex parte finis refertur per rationem propriam ad actum volũtatis: & hõ quia finis refertur ad actum volũtatis interiorem, cuius obiectum est actus autem exterior hẽt pro obiecto id: in quo ipse omnino exercetur, & voluntas fertur in obiectum peccati secundum quod ipsum peccatum distinguitur: ideo idem est id q̃ peccata distinguantur secundum obiecta. & secundum fines, author Thomas d. q. 72. art. 1. ad 1. Ergo proposito maleficia distinguuntur quatenus propositum ad voluntatis actum spectant: & sic idem est voluntate, & proposito distingui delicta, dic. c. cum voluntate. l. qui iniuriæ. ff. de furtis. cũ similibus paulo ante citati. de quo late Hippol. in l. 1. §. D. ad fi. ff. de sicariis. & in singuluri. 176. polt alios quos ipse refert.

Hinc sane poterit expendi quæstio elegans qua solet controuerti, an delinquens puniẽdus sit, si sequatur ex 4 delicto publica vtilitas. etenim ex crimine per se nihil bonum sequi potest, per accidens autem poterit bonum aliquod ex malo procedere & deduci. sic sane furtum furtipiẽs alteri proprias res, & eas sibi rapiens inter alienas supellectilia literas proditionis reipublicæ inuenit, quo factum est, vt de tecta proditione salua fuerit respublica: vtrũ hic sit furti puniendus, in declamationib. Seneca disputauit. lib 10. declam. q. vlr. nec Anch autus est definire in c. canonũ statuta. de constit. fol. 19. col. 3. est tñ hęc dubitatio ita definienda, vt si quis alienas res furripuerit ãio furandi, & voluntate in furtũ directa, & sic in rẽ illicitã, peccet pctõ furti, in cuius obiectũ volũtas huius furantis ferẽ, & oĩno puniendus sit. licet ex accidẽti proditionis literas inter furtiuas res inueniens, maximum reipublicæ periculum detecta proditione impedierit, & uitauerit. probat tex. in c. relegantes. 23. q. 5. cuius meminit ad hanc fere qõnẽ Pan. in c. nouit. de iudic. nu. 29. quod si quis res alienas furripuerit non ut eas furto sibi habeat, & adquirat, sed ut proditionis literas intercipiat in maximũ reipublicæ obsequiũ suspicione ductus, q̃ p̃ditio a domino rerũ tractabat, uel q̃ apud eũ erant proditionis lites, hic maxime laudandus est, nõ puniendus, nec furti pctũ habenquippe qui non ãio furandi, nec contrectandi res alienas domino inuito hoc admiserit facinus, sed ut interciperet proditionis literas, quod licitum eidem erat. Deducitur hoc ex c. dixit. Sara. ad finem. 32. q. 3. ex l. 2. §. postea cũ Appius. ff. de origine iuris, quem tex. mirabilẽ esse asserit Barbat. in c. intelleximus. de iud. col. 3. cõmendat Rom. cons. 310. notant in ipẽ hanc distinctionẽ Fel. in c. 1. col. ult. de p̃sump. & Hieron. Cagnolus in d. l. 2. §. his legib. latis. col. 3. ff. de orig. iur. Nec tñ est simile qđ Iurisconsultus scribit in l. 3. §. in bello. ff. de re milit. tex. in c. vlt. ad finem. 22. q. 2. ex c. 24. primi Regum. quibus probatur, puniendũ fore eũ, qui aduersus p̃ceptum ducis belli quidquam egerit ẽt hoc in victoriã felicẽ cesserit reipublicæ: commẽdat Cræmẽlis in sing. 150. hoc ipsum intelligẽs, nisi aliquid noui posit ducis p̃ceptũ secuerit, qđ suadeat ille ris, nec possit cõmode ipse belli dux consulẽdi Rochus Curtius in c. ult. de consuetu. fol. pariso 27. col. 2. est etenim hęc militaris disciplinæ lex iustissima, uel ea rõe, q̃ in bello obedientia sit admodũ utilis reipublicæ, & transgressio imperij valde pernicio: quippe q̃ cũ maximo reipubicæ periculo plerunq; exercentur. secuti tradit Fel. in cap. causam. col. penul. de iudic. idem Fel. in ca. illud. de maiorit. & obedi. Accedunt iuri memorabilia ma-

iorum exépla. Posthumius Tiburtius filium fortissimũ adolescentẽ Aulum Posthumium, q̃ sua sponte iniussu patris egressus hostes fudisset, capite plecti, & secuti peuti iussit auctore Valerio Maximo lib. 2. ca. 2. de disciplina militari. qđ facinus graui vsus argumẽto Titus Liuius lib. 4 primæ Decadis, nõ Posthumio, sed L. Manlio Torquato tribuendum esse censet. is n. L. Manlius, aut. T. Manlius Torquatus filium T. Manlium securi coràm omni exercitu peuti fecit, q̃ inscio, & ignorãte patre cum hoste Gemino Metio duce Tusculanorum ꝑ uocatus pugnauerat, & prouocatorẽ hasta confodisset qđ & Valerius Maximus refert lib. 9. ca. de ira. ex iuniorib. hæc & alia tradidere in prouerbio, Manliana imperia. & Claudius Cottarius de iure militari, lib. 3. c. 7. Plutarchus ex ueteribus in Parallelis cap. 25. qui idem de Epaminonda, & eius filio Stesibroto, scribit.

His profecto utcunque melius potuimus ꝓnotatis circa uoluntarium homicidium quo ad irregularitatẽ, & quo ad huius criminis punitionẽ multa in ipẽ deducemus, ex quibus possit commode percipi quid in hoc tractatu respondendum sit, præsertim ad intellectũ, veramque iuris Pontificij, & Cæsarei decisionum interpretationem, quę hac in re passim commemorantur.

Primo constat ex his, neminem irregularem constitui, nec decerni ex deliberata valde occidendi hoĩnem uoluntate, etiam si ea ex causa cũ telo armatus insidias alteri intenderit. nõ ipsum nec occiderit, nec ei membrum amputauerit. quod probatur in c. uls, 11. q. 1. ca. sicut. 32. q. 1. tex. optimus in c. cogitationis. de pæn. d. 1. l. cogitationis. ff. de pœnis. tenet in ipẽ gl. in c. si aliquis. de homi. vbi eã sequuntur Doct. cõiter, sicuti asserit Alber. Trotius de vero, & perfect. cler. li. 2. c. 20. nu. 5. idem tenent Fel. in ca. sicut dignũ. col. 4. versi. 3. fallit de homic. Hipp. in l. is cum telo. col. vlt. C. de sicarijs. idẽ Feli. in tract. qñ conatus. versi. 6. fallit. est ad hoc. gl. singu. in c. periculose. de pœn. d. 1. etenim licet Anani. in dicta. li aliquis. Trotius, Fel. & Hippol. ex d. gl. ꝓrium adnotauerint, uere iuxta eius ꝑ integram literã, quæ in aliquot codicibus desideratur, cõem opinionem probat. ita equidem legit. Sed nũquid dices irregularem clericum, qui homicidium voluit facere, nec fecit, quia non potuit non credo, quod sit irregularis tanquam de homicidio, licet sit voluntarius homicida. quia lex promotionis potius opus considerat, quam voluntatem. 15. q. 1. capit. si quis non iratus. 32. q. 2. c. sicut homicida quo ad Deum infra eod. c. si cui. vbi tamen factum sequitur, grauius est peccatum, hactenus gl. quæ manifestam facit pro communi opinione authoritatem.

Obijcitur tamen huic opinioni, tex. in c. si cui. de pœniten. dist. 1. c. si propterea. ea. dist. & deinde præceptum illud: Non concupisces. quo inordinatus mentis, etiã solius appetitus, eque ꝑnitus consensus palã prohibetur. tex. ad idem celebr. in l. si quis cum telo. C. de sica. vbi punitur solus occidendi animus cum exterioris actus conatu, probatur idem in l. si quis non dicam rapere. C. de epis. & cler. & alijs plerisque authoritatibus, quib. constat, conatum puniri utroq; iure. His accedit q̃ ẽm Sanctum Th. in 1. 2. q. 20. ar. 4 & Car. Caie. ibi: Card. item à Turre Cre. in c. si quis non dicã rapere de pœnit. dist. 1. actus exterior non addit in bonitate, & malitia ex fine actui interiori. tamen si finis consecutus addit in bonitate, & malitia voluntati bonæ, vel malæ ex fine. non. n. actus exterior addit aliã malitiã, aut bonitatẽ actui interiori ex parte finis de per se tendendum tñ malitiã, vel bonitatem intendit. varijs quandoque modosimo ẽm materiam, & circunstantias actus exterior, vt terminus actus interioris, addit aliquid bonitati, vel malitiæ ipsius actus interioris. tex. ad idem in ca. dicendum. dist. 6. glo. ꝓpria in c. 1. de eo, qui mittitur in poss. cauf. rei seruand. Ergo actus interior mentis præsertim cum exteriori conatu puniendus est, & puniri poterit.

Sed & his rõnibus respondẽdum erit, lege diuina interiorem actum, vtpote eius legislatoris cognitũ puniri. vel ꝑmio afficinon ita lege humana, quæ in actum interiorem potestatem non hẽt. quod alibi latius adnotauimus. Quod si actus interior in exteriorẽ conatũ erũpat, is optime legi humanæ subijcitur. Deinde illud est adnotandum, voluntatem nõ esse vel in malis vel in bonis perfectam nisi sit talis, quæ oportunitate data operetur. Etenim si desit facultas voluntate existente perfecta, vt operaretur quis, si posset: defectus perfectionis quæ est ex actu exteriori. est simpliciter involuntarium. Involuntarium autem licut non meretur pœnam, vel ꝑmium in operando bonum aut malum ita non tollit aũ quid de ꝑmio, vel de pœna, si homo involuntarie simpliciter deficiat ad faciendum bonum, vel malũ: authore Thoma in d. art. 4. quod Caietanus ibi intellexit accipiendo bonum, vel malum moraliter. non tamen secundum hanc vel illam humanam legem, quæ actus interioris executionem exigit per exteriorem operationẽ.

Hinc deducit, quo ad pœnã irregularitatis nõ esse animum, voluntatem, nec actum interiorẽ considerandũ: imo nec conatum ipsum. Quod mõ explicuimus. Cum ipsa lex pontificia quantum ad hoc verum actum homicidij, aut mutilationis exigatq̃ & Henr. post alios docet in c. 1. de eo, qui mittitur in possel. & ibi Card. Secundo inde apparet, idem esse quo ad excommunicationis, & censuræ ecclesiasticæ pœnas. Quibus minime afficietur qui deliberatissimũ animum habuit, omninoq; conatu curauerit agere id cuius eã excõicatio est in d. gl. elegans. in cã audiẽtia de ſnis excõicatio. cõiter ibi recepta. Card. in clem. 1. q. 3. de vſuris. Fel. in d. tract. qñ conatus. versi. 6. fallit. de quo & ipse aliqua scripsi in repet. c. Alma mater. de sent. exc. in 6. 1. par. §. 10. nu. 15.

Tertio infertur, in d. l. si quis non dicam rapere. ꝙ nõ puniri lege humana interiorem tñ actũ mentis, sed exteriorem. nempe ipsum conatũ, qui per exteriorẽ operationem procedit. Nam in atrociorib. criminib. conatus ipse puniendus est: secundum Bald. per textum ibi in dict. lege si quis non dicam. glo. in verb. putamus ibi communiter probata in l. 1. §. hęc autem verba. ff. quod quisque iuris. vbi Romanus, regia. l. 2. tit. 31. par. 7. & est omnium communis sententia post Cynum in d. l. si qs, probat idem tex. elegans in c. 1. de homic. in 6. lex, quisquis. C. ad leg. Iul. maie. gl. in l. præsenti. C. de his, qui ad ecclesiam confugiunt. quam dixit esse peregrinã Fel. in tractatu qñ conatus. versi. fallit quinto. Nam si hõ magnum aliquod scelus, aut eiusmodi tentat patrare crimina, in quib. magna calamitas, aut graue admodum exitium futurum est, proculdubio leges humanæ incœptum facinus, ac si consummatum esset, puniri voluerunt. Non. n. secus censuere eum, qui tã atrox dirumve facinus moliri ausus fuit, quique ad tam exitiale scelus animum induxit, pœnis athici oportere, acsi illud opere cõsummasset. quod in leuioris noxæ criminibus, & vbi non est tanta sceleris magnitudo locum non obtinet. Huc pertinet qđ Cicero in eleganti pro Milone oratione ad exaggerãdã inuidiã, ad improbandum grauissimũ scelus tentatũ equidẽ cã occidendi Pompeium illũ Magnũ, in quo totius Reipublicæ salus, & maiestas periclitabatur, inculans Clodij seruum in æde Castoris cũ fica vt Põpeiũ trucidaret, deprehensum fuisse, in hunc modum loquitur. Nisi quia res ꝑfecta non est, iõ puniẽda non fuit, quasi exitus rerũ, non hoĩnum consilia legibus vindicentur. Minus dolendũ fuit re non perfecta. sed tñ puniẽdũ certe nihilominus. Hęc Cicero, cuius ad hãc distinctionẽ meminit Alex. ab Alex. dierum genialiũ lib. 2. c. 16. ad idem facit quod notant Bar. in l. 1. C. ad legẽ Pompei.

pompei. de parricidijs. & Sal. in l. 1. C. de maleficijs. qđ si & in his atrociorib. affectus fuerit intra animũ retentus, nec ad opus aliqđ exterius eruperit, nulla pœna humanæ legis huic affectui nocet, nec pro eo constituẽda est: quemadmodum regia lex ꝑcitata, & alię, quas ex iuris ciuilis rescriptis adduximus, probant: liquidẽ, vt inqt Cato, voluntates, nec legib, nec pœnis sunt obnoxiæ.

Verũ circa illationẽ istã non leuis est controuersia, an conatus in atrociorib. criminib. sit ordinaria pœna delicti ꝑfecti & cõsummati puniẽdus. Sunt etenim qui censent, conatum in his criminib. etiã deductũ ad proximũ ipsius consummati sceleris actũ, & si non stet ꝑ conatẽ, quin illud peregerit, sed aliquo exteriori impedimento fuerit impeditus, eadem lege, non tamen eadem pœna puniendũ. Hanc opinionẽ probant ex tex. in c. sicut dignũ. §. illi aũt. de homic. cui rõdere possumus, in eo casu conatũ non fuisse deductũ ad proximũ ipsius ꝑfecti criminis actũ: nec conantẽ fecisse quidquid agere ad actus ꝑfectionẽ potuisset. Et nihil ominus eãdẽ ſnam tenent Cynus in d. l. si quis nõ dicã rapere. col. 2. & ibi Sal. Ang. de Maleficijs in gl. Sempronij mandatorẽ. col. 2. Tho. Grammatic. voto. 20. & decisio. 74. num. 12. Cæpola in consi. vltim. col. pen. Andr. Isernia in c. 1. §. si vero de capita. qui curiã vendic. Fel. in tracta. qñ conatus. colu. vlt. quamuis ipse non ita in ipẽ hoc asseueranter ausit. & Cynj opinionẽ probant Tho. Grãmati. decis. 2. nu. 22. Io. Bernard. in pract. c. 91. & est cõis opinio ſm Hippoly. in consi. 105. col. 1. tradit in d. l. is qui cum telo. C. de sic. eandẽ opinionẽ fatẽ cõem Thomas Gramm. in voto. 8. col. vlt. & Lud. Carreri. in pract. crim. rubr. de homici. §. 2. nu. 19. qui, & Hippo. plures authores ad id citarũt.

Contrariã tñ ſnam, q̃ in atrociorib. criminib. punitur pœna ordinaria conatus ipse ad aliquẽ proximum actum deductus: ita vt per ipsum conantem non steterit, quin fuerit scelus omnino consummatum: probat tex. elegans in c. 1. de homic. in 6. cui accedit tex. in d. l. si quis nõ dicã rapere. & in d. l. si is qui cũ telo. Nec tñ hic agẽdũ erit de eo puniẽdo, qui ſpõte pœnituerit, & à criminis cõmittendi conatu cessaverit: cui parcendũ est. l. qui falsam. ff. de falsis. sed tñ tractabimus de puniendo eo, qui mentis interiorẽ cogitationẽ ad exteriorẽ actũ deduxerit. ita, vt per eum non steterit, quin crimen ipsum ꝑageret. qua in re video multa à iuris vtriusq; doctoribus frequẽter tradi adeo perplexe, vt maximo labore opus sit ad discernendũ ea, q̃ sint ad praxim cõgrua, & recipienda, quamobrem ipse conabor iudices admonere, quid mihi visum fuerit tam sepissime hac in controuersia dubitanti.

Primum admonendum est, quoties de puniendo conatu in atrociorib. criminib. actũ fuerit, non oĩa crimina, quæ grauissima existimãtur, pari iudicio cẽsenda fore. ex his etenim vnum erit grauius, & atrocius alterone. considerer. de pœnit. d. 5. l. aut facta. ff. de pœn. l. qđ ergo. 6. pœna grauior. ff. de his, qui notant. infamia. c. aut facta de pœn. d. 1. Nã licet Cicero in Parad. c. 3. & Ioannianus hæreticus probare conati fuerint, oĩa ꝑcta esse æqualia: id tñ falsum est, erroneũ, & hæreticũ: quemadmodũ docent S. Th. 1. 2. q. 73. Castro de hęreſib. in verb. ꝑctũ. Io. Arbore. li. 14. Theologiæ. c. 9. igit quo ad punitionem conatus in criminib. atrocib. quo ad pœnã ordinariã, vel extraordinariã, iudex ꝑpendere debet ipsius criminis qualitatẽ, ne vna, & eadẽ mentura oĩa metiri conetur.

Secundo, ꝓter ipsius criminis grauitatẽ considerãdi sunt actus ipsi, ad quos fuerit conatus ipse deductus, vt ex his, & simul delicti qualitate iudex ꝑpendat, qua pœna conatus puniendus sit. Sunt etenim actus quidã qui proximi censentur ipsius criminis executioni: nõ tamẽ sufficiunt his, vt ex parte conantis debitũ perfectum sit: cũ & aliud ad perfectionẽ eius supersit ab ipso criminis 7 authore agendum. Cuius rei sit exemplum in eo, qui cogitauit ac decreuit patrem occidere, & hoc animo patrẽ aggressus est. pater aũt seipsum defendit: ut aliunde impedita fuit parentis occisio. Sunt alij actus ita proprie ad criminis perfectionẽ ꝓtinentes, vt nihil his peractis supersit agendum ex parte delinquentis ad criminis ꝑfectionẽ: licet mors secuta nõ fuerit ex eo, q̃ adhibitũ sit aliquod medicamẽtũ, quo fuerit impedita. Erit sine exẽplũ in propinante alteri venenũ cã homicidij: qđ quidem venenum minime nocuerit ad mortẽ, quia medicamẽtis sit eius vis extincta. Horũ equidẽ actuum distinctionẽ ꝓ oculis habere debent iudices, vt in atrociorib. criminib. pœnã ordinariã, vel extraordinariam conãtib. inferant. Nã in aliqđ crimine adeo erit cõsideranda eorũ grauitas, vt sufficiat conatũ deductũ fuisse ad priores actus: in alijs vero hoc nõ erit satis, sed erunt necessarij posteriores: quandoque nec hi sufficient ad ordinariam pœnam.

Tertio, est omnino cõsiderandũ in delictis, q̃ atrociora non sunt, conatum puniendũ fore pœna extraordinaria iuxta ipsius conatus qualitatẽ: nõ tñ ordinaria: & hoc quidẽ eo casu, quo conatus est ad exteriorẽ actũ deductus, nec stetit per conantẽ, quin delictũ consummaretur. Etenim arbitror, nõ debere hũc conatũ manere, nec dimitti impunitum, imo puniendũ fore iudicis arbitrio non pœna ordinaria. Hanc conclusionem ipse deduxi ex mente omnium, qui de conatu hactenus scripsere ꝑsertim Sal. in d. l. is qui cũ telo. col. 1. sentit eãdẽ opinionẽ regia. l. 2. statim citanda, & l. fœcularis. ff. de variis crimin. cuius meminit Bal. in d. l. si quis non dicã rapere. col. 2. & Chassan. in consue. Burgun. rub. 1. §. 5. vers. Archidiac. nu. 123. eadẽque rõne ipse probauerim. Nã hic conatus ad exteriorẽ operationẽ deductus, licet criminis ſpem, in qua voluntas ferebat non perfecerit dubio procul delictum est, & ad sceleris audaciã pertinet, q̃ reipub. est perniciosa: & iõ expedit actum istum nõ dimitti impunitum. quod Plato li. 9. de legib. eleganti sime docet. eadẽ ſnia probat authoritate, ꝑsertim ex l. Imperator Seuerus. ff. de iure fisci. & gl. ibi alter. vbi gl. & Bar. ff. de calumniat. l. 1. in princ. & ad si. ff. de extraor. crim. vñ fit, vt consuetudo totius Christiani orbis, qua obtentum est leges punientes conatum abrogatas esse, sit plane intelligenda quo ad pœnã ordinariã: etenim extra ordinẽ arbitrio iudicãtis puniendus est conatus ipse ad exteriorẽ actum deductus. ametli huius consuetudinis plures meminerint: maxime Spec. tit. de accusat. §. 1. Iaſ. post Ang. in l. 1. §. vlt. ff. quod quisq; iuris. Bal. in l. 3 C. de seruis fugiti. Hippoly. in l. eiusdem. ff. de ticar. & in d. l. is q cũ telo. nu. 12. C. eo. tit. Ale. & ibi Car. in cõs. 15 li. 1. & plerq; alij, quorũ iuniores meminere, & Hipp. in d. cõs. 105. nulla aũt pœna conat' puniẽdus erit in his cõib. criminib. quoties ista ſpõte q̃ conaſ pœnituerit, & ab opere cessarit. l. qui ea mẽte. & ibi gl. ff. de fur. l. q falsã. ff. de falsis. regia. l. 2. tit. 31. par. 7. fatent oẽs, & docet Fel. in tract. qñ conatus. col. 1. qui eiusdẽ operis col. vlt. scribit, posse iudicẽ, licet non teneat, mitigare pœnã à lege statutã, quoties lex conatũ punierit. text. optimus in l. aut facta. §. euentus. ff. de pœnis. notat. Sal. Bal. refe. ens in d. l. is qui cũ telo. nu. 6. qđ est intelligendum ita, vt discretus iudex pœnã moderetur ſm actuum, & criminum distinctionẽ, quã paulo ante tradidimus, & q̃ põt colligi ex Sal. in d. l. is qui cum telo, col. 2. quæ oĩa ad varias ſpẽs deduci possunt: quarum aliquot ſpeciatim subijciam, vt inde possit aliquid certum hac in quæstione proponi.

¶ Primo interest intellectus ad tex. in l. qui quis. C. ad legẽ Iul. maiestatis. vbi probatur, in eo crimine, quod atrocissimũ est, conatũ puniri pœna quæ dẽ ordinaria. oportet. n. hic perpendere criminis grauitatẽ, eiusque conditionem, cuius proprium est, vt conatus ad actũ exterio-

rem deductus, nēpe ad tractatum, & consiliū initū cū alijs circa proditionē, vel his equidem simillimū, ad speciem criminis læsæ maiestatis perfecti pertineatcū is ꝓditor sit, & huius criminis author, qui aduersus rempublicam, aut principem fuerit aliquid machinatus per actus exteriores, quorū mentio fit in l.1.2.ff.ad legē Iuli. Maiestat. l.1.tit.2.par.1.eſt in spē regia. l.2.tit.31.particu.7. vt plane in hac spē conatus, efficiat eius authorē criminis huius reum. Quod communi omniū sententia receptum videtur: vt tradidit Ludouic. Carreri. in practi. rubr. de homic. §. homicidij nu.15. Ang. in l.1.§. hæc verba. ff. qđ quisque iur. Hyppoly. in l.1. ff. de sicarijs. col.4. imo magistratus oēs animaduertere debent in hoc crimine puniendo, quantū periculū toti Reipublicæ ex eo immineat. Multa. nduntur huic atroci delicto spēs, q̄ cōmemorat Io. Igneus in qōne, An Rex Fracię recognoscat superiorē, nu.108. Nā & vbi conatus ipse ad exteriorem actū deductus, etiā absq; criminis cōsummatione delicti spēs nomen habeat tunc illius criminis pœna ordinaria puniendus est quod probatur in l.1.ff. de effracto. l. vulgaris. §. qui furti. ff. de furtis. notant in spē Salic. in d.l. is qui cum telo. col.2. & Henr. in c.1. de eo, qui mittit. in posse. col.5. exemplū est satis obuiū in eo, q̄ alterius portas fregerit cā furti, q̄ minime potuit peragere: profecto hic punietur pœna ordinaria, non furti, sed effractoris. de quo crimine legito Chasſinæū in consuetud. Burgundię, rubr.1.§. videndum. nu.31. & l. hi. ff. ad legē Iul. de vi publ. num.51. & hi qui. ff. ad legem. Iul. de vi publica. & l.18. tit.14. par.7. l.6. tit.5. lib.4. fori. & l.74. styli.

8 ¶ Secundo, infertur interpretatio ad l. vnicam. C. de raptu virgin. & ei similem Regiā. l.3. tit.20. par.7. eſt. n. illud crimen grauissimum: ideirco oportet explicare, Sit ne illius constitutionis pœna admittenda ē eo, qui raptum minime consummauerit, tametsi conatus fuerit id agere per actus exteriores, & perfectioni huius criminis proximus. Et Ang. ibi censet, rapientem virginem, si cā stupro non afficerit, nec cognouerit, nō cē puniēdū illius cōstitutionis pœna, sed alia mitiori: quasi illa cōstitutio exigat raptū cū stupro. Idē tenent Anania in c. penul. de raptori. col. penu. Dec. in consi. 234. col. vlt. Hippolyt. in consi. 105. col. 1. Cępola consi. 58. Ludo. Carreri. in practi. criminali. titu. de homic. §. circa. nu. 285. idē habet cōis opinio ſm Boerium decisio. 316. col. 2. quibus adstipulat. l.1. tit.10. lib.4. fori. ārium tn deducit ex l. si quis non dicā rapere. C. de ep. & cle. & clericis. & idem tenent And. Isernia, & Matthæus de Afflictis in constitutionib. Neapolitanis li.1. rubr.19. q.2. lex n. quę punit raptum virginum libidinis cā factum, considerat ꝓ huius punitionis rōne stuprū, & virginitatis vitium, quod frequentissime ex raptu sequi solet. Hæc vero lex rōnē habet continuam, finem communem, & vniuersale, nō particularem: & ió licet eius rō cesset in aliquo casu nō non deficiat in cōi, lex non cessat, nec cessare debet: licuti adnotauimus & nos in 4. Dec. 2. par. c.6. §.9. nu.8. quamobrem dubia est hæc Angeli & Ananiæ opinio: ipse vero in raptu cuiusque virginis simpliciter admittere ſnam Angeli & Ananiæ: vbi rapiens, qui poterat a nemine impedius virginē raptā stuprare, ipsorte sua noluit id gerere, imo eā libertā, & integrā ad honestū locū duxit. Etenim per eū iterit, quin crimen omnino cōsummaret. Quo casu video Ananum & alios loquutos fuisse saltē in exemplis: cenſeo tn esse adiuc raptorē iniustū grauissimæ pœnæ puniendū. Secundem quo ad speciem raptus crimen illud perfectum mihi videtur, etiā absq; copula, si iura mentem considerem⁹, cu ꝓp iniuriam parentib. illatā, tum ob ipsius virginis infamiam. Nec. n. potest eadem virginis opinio vnquam integre restitui tametsi mille testibus probatum fuerit, eam nondum corruptam fuisse à raptore. Quis. n. credet hoc iuxta illud Iuuenis ad paridem apud Ouidium de rapta Helena a Theseo.

A iuuene, & cupido credatur reddita virgo?

Quod si raptor minime raptā vitiauerit, non ꝓpria pœna ductus, sed quia id agere non potuit, nec per eū stetit, quin eam stupraueritne sane pœna ordinaria eū puniēdū esse opinor iuxta d.l. vnicā. vbi Hip. nu.154. & Lu. Carreri. in d. nu.285. ita expressim tenuerūt. Quib. adstipulat Regia. l.2. tit.31. par.7. & authoritas Iserniæ, ac Matthæ. de Afflict. & denique ipsius Ananiæ mens, & exemplum.

Sed in raptu alicuius monialis arbitror nō esse admittendam distinctionem: ità si mo raptor pœna mortis puniend⁹ est, & deniq; ordinaria, si vere rapuerit libidinis cā, & ex monasterio abduxerit: tametsi eā nō stupraueri t, cū id potuisset agere. Hoc. n. crimen grauissimū est, & maius q̄ simplicis virginis rapruscū: in eo non tm ip se raptus monial ū, sed & conatus sit oīno puniendus. d. l. si quis non dicā rapere. vbi Bal. Paul. & alij hoc tenent, & Andr. Iser. ac Matth. de Afflict. in d. cōsti. Neap. opti. tex. in l.4. tit.10. li.4. fori. licet existimē, conatū ad rapiē dā monalē, si rapta non fuerit, nec abducta e monasterio, grauissime puniendum: foremon tn pœna ordinaria. Ad hæc optime cōducit, q̄ coitus cū moniali sapit incestū, & eius q̄dā spēs esse quibusdā, tametsi impropria vē gl. in c. virginib. 27. q.1. l.5. tit.15. lib.8. ordi. l.2. tit. 17. par.4. l.1. tit.2. ead. par. mortifiq; pœna punit. Auth. de sanct. epis. §. pe. c. si quis rapuerit. 27. q.1. notat. Pan. in c. monasteria. de vita & honest. cleric. Paul. Grillandus in tract. de pœnis omnifar. coitus. li.3. q.1. num.18. clericus vero, nā de laicis hæc sunt intelligenda, cū moniali carnale commercium habens, officio, & beneficio priuatus in arctum monasterū ad perpetuam pœnitentiam detruditur. c. si quis episcopus & c. si qua. 27. q.1. etiā si hęc fornicatio non fuerit publica, nec scandalū dederit, qđ not. Anania. consi.1. & Io. Bernard. in practi. crim. c.75. Hinc poterit lector perpendere. l.2. tit.19. par.7. q̄ simplicem coitum cum moniali, non pœna mortis, sed pœna simplicis stupri puniendum esse respondit.

¶ Tertio, deducitur ex his sit intellectus ad text. in d. c. 9 1. de homic. in 6. ex quo probauimus ſ. conatū pœna ordinaria delicti puniendu fore, etiam si non sequatur effectus, mō ꝓ conantem non iteterit, quin delictū consummaretur, mō crimē sit grauissimū, vtpote Assassinū de quo ea constitutio tractat. Et etiam hanc opinionem probant in Assassinio communi. vbi quis pactione cū altero fecerit pecunia ꝓmissa, vel data, vt occideret Titiū. Ang. consi. 14. & Chasſ. in consuet. Burgund. rub. 1. §. videdū. nu.7. asseuerās, se ita vidisse. Mediolani factū. Et tn ārium quo ad pœnā ordinariā, licet punitionē extra ordinariā admittant, conant tenere Hipp. in d. consi. 105. & in d. l. is qui cum telo. C. de hear. ad finē. & alij paulo ante citati in hoc. verī, verū circa illationē istam. quasi punitio constituta in d.c.1. extraordinaria sit, nō ordinaria: quod mihi non satis applaudit, Nā pœnę in d. c.1. statutæ, graues profecto iuris, & iure punificio ordinariæ: nec ad negari vere pōt. qua rōne in hac difficili q. constituerē ipse aliquot casus iuxtā ea, quæ ꝓmisimus ad propriam huius materię de conatu cognitionem.

Primus casus exponit in ꝓprio crimine Assassinij: licet, cū tractat pecunia data, aut ꝓmissa de occidendo hoīe Christiano p ministerū alicuius infidelis ex gēte Assassinorū, quēadmodū ipse adnotaui in 2. Var. resol. c.10 nu.10 Nā in hac ipē ob tanti criminis imminentē opinor oīo ieruādā ꝓdictā constitutionē. vt idius pœnis, & alijs ordinarijs puniat ipsum mādatū, ēt non secuto homicidio, si per ipsum mādantē non iteterit, quin homicidium fuerit secutū. qđ mihi manifestū fit ex d.c.1. vbi Philippus

Philippus Franc. post Io. And. in reg. in pœnis. de reg. iur. in 6. scribit, in ea constitutione mandatum tm puniri, vt delictum quidem speciale, atque ideo ad pœnas inibi statutas, mandatum ipsum sufficere, nec tunc probatur, conatum in hoc casu pœna ordinaria puniri: liquidem ſnō conatus, sed crimen consummatum puniatur.

Secūdus subijcit casus ſm cōem assassinij significationem in eo, qui cum quolibet Christiano, aut infideli pecunia data, vel promissa pactionem inierit de homine Christiano occidendo: & sine in ipso mandatario, si ad actū proximū processerit, & conatum ipsum deduxerit vt per eū minime steterit quin scelus peregerit, notāt puniendum fore pœna ordinaria, Ang. in d. consilio. 14. & Chasſa. in d. nu.7. Matth. de Afflict. in const. Neap. lib.1. ru. 22. nu.16. Io. Andr. in reg. in pœn. de reg. iur. in 6. Tho. Grammat. in voto 3. asseuerans, ita pronunciatum fuisse in senatu. Neap. eandem opinionem sequitur Ludou. Carrer. in practi. criminali, rub. de hom. §. 2. nu. 12. & in §.5. nu.8. & nu.100. Bald. & Ang. in l.1. §. hæc verba. ff. quod quisque iuris. & licet Ang. in d. consit. 14. & in l. ité apud Labeonem. §. si curauerit. ff. de iniu. existimet, piū esse, q̄ iudex pœnam mortis in hoc casu ordinariam in mitiorem, & extraordinariam commutet: ego arbitror locum fore ordinariæ pœnæ, nec eam minuendam esse, si conatus fuerit deductus ad actum admodum proximū ipsius criminis consumationi, ſm ea, q̄ ad hanc controuerſiam præmisimus. facit ad hæc, q̄ constitutio in d.c.1. a summo pontifice statuta, non tm in mandante locum habet, sed & ipso mandatario, sicuti nos explicuimus in d. lib.2. Variar. resol. c.20. nu.10. verſicul. quarto.

Tertio proponit, quid dicendum sit de ipso mādatore in hac spē. Nam iuri conueniens satis est, q̄ hic punitur eadē pœna, qua & mandatarius. Quo fit, vt si mandatarius ad actum processerit ita proximū profectioni criminis, q̄ pœna mortis sit dignus, eadem erit ipse mādator plectendus. Quam opinionem ipse coactus ex tex. in d.c.1. ſm eius cōem intellectum. Etenim illa cōstitutio in ipso mandante loquitur vere: & mandatarū per doctores extendit. Huius sn̄æ authores sunt omnes hi, qui in crimen Assassini censent, conatum deductum ad actū proximum ipsi sceleri esse ordinaria pœna puniendū. licet sane Lud. Carrer. in d. §.5. nu.8. hunc casum ex alijs per eum citatis definiuit. Nec pōt congrue iure probari differentia, quam inter hunc casum, & præcedentem constituit Th. Gram. voto 8. & 9. ad fi. liquidem actus proximus ipsius sceleris consummationi erit sufficiens ad puniendum ordinaria pœna mandatorem, cum & sit satis ad puniendū ipsum mandatarium, qui crimen iussu, ac mandato alterius, commisit. Maxime huic opinioni locus erit ex eo, q̄ frequentissimo omnium consensu receptum est, in c. c. conatum puniri, etiam si non sequatur effectus, & tn ea constitutio mandatorem potius quā mandatarium pœnis mihi expressis persequitur, quæ quidem prosequutio ad hunc casum potissime pertinet, cū de mandatario puniendo tractauerit, quemadmodum Francus & Doct. ibi adnotarunt.

Quarto, si quis pecunia data, vel promissa mandauerit alterum occidi, & mandatarius ad exteriorem conatus actum non processerit, ipse mandans non est ordinaria sed extraordinaria tm pœna puniendus, cum alioqui in alijs crimin⁹, nō ita atrocib. nulla foret pœna in hoc casu mandanti intligenda. quod not. Bart. in l. non solum. §. si mandato. ff. de iniur. nu.3. Ang. de Malchicijs in glo. Sempronium mandatorem. col.2. atq; in hac specie loquunt. Hipp. in d. consi. 105. & in d. l. is qui cū telo. Tho. Gram. in d. voto. 8. & in decis. 2. nu. 25. & rursus voto. 20. Lud. Carre. in d. §. 5. nu. 8. Dinus, & Ang. in d. l. item apud Labeonem. §. in curauerit. cui opinioni facillime subscribent omnes, qui probare conantur, adhuc in atrocib. criminib. conatum non esse puniendum pœna ordinaria. quorū opinio tunc obtinebit, cum ipse conatus non processerit ad actū exteriorem, saltē eum qui sit ad modum proximus.

Quinto, ex his facilior erit decisio eius q. quam tradit gl. in d.c.1. de hom. in 6. in verbo, mādauerit. vbi asserit in hoc crimine Assassinij non esse satis ad effugiendā pœnam illius constitutionis, quod mandator reuocauerit mandatū ante eius executionem, quam gl. sequutā ibi Dom. Franc. & profecto vera est, quoties reuocatio mandati minime nota sit mandatario, atque ió ipse vel minimum exequitur, vel ad actum proximum ipsi crimini processerit. Etenim in hoc casu nō excusat mādatorē reuocatio mandati, q̄, vt eum excuſet, debet notificari ipsi mandatario re integra. gl. in c. cum quis. vbi Doct. de sen. exc. in 6. quæ est ordinaria ſm Fel. in c. ex parte decani, nu.6. de reicr. & notab. ſm Ale. in l. si pecuniam. ſ. 1. ff. de cond. caus. dat. vbi Bar. idem ꝓbat, & Fel. in c. licet dignum. de hom. nu.14. optima gl. & ibi Doct. in c. mulieres. §. vl. de sen. exc. quam sequitur, & explicat Syl. in verb. exc. 6. notab. 3. & Auſreri. in Cle. 1. de offi. ord. reg. 3. nu.6. q̄ si mandatum fuerit reuocatum, nec aliquis effectus sit sequutus, quia mandatarius fuit certus de reuocatione, tunc nō erit locus, ēt in atrocioribus pœnæ ordinariæ, licet extra ordinem vterque sit arbitrio iudicis puniendus, quod notat Hipp. in d. consit. 105. & in d. l. is qui cum telo. col. pen. Lud. Carre. in d. §. circa. nu. 78. & idem ipse dixerat nu.8. constatq; ex proxime adnotatis. sed si mandatarius non obstante reuocatione ad mandati executionem processerit, videtur sane, non esse mandatorem pœna ordinaria puniendum adhuc in his atrocioribus. criminib. sicuti apparet ex gl. in d.c. cū quis. & his, q̄ eam sequuti sunt. Ipse tamen in hac specie grauiori pœna quam in præcedenti, puniremus ipsum mandatorem.

Sexto, hinc perpendi poterunt Bald. verba in l. nō ió minus. C. de accusat. nu 16. ita enim scribit, Et si dicas, q̄ in illis atrocissimis punitur consilium solum, ergo puniatur tractatus, & ordinatio: & nō est aliqđ mandato, qn sit tractatus, & ordinatio l. & si amicus. ff. de adu. Rū. qđ solus tractat⁹, & sola ordinatio nō punit de iure, nisi sit ꝓcessum ad aliū actū ordinatū de p se ad ipsum factū. l. si qs nō dicā rapere. c. de epis. & cle. & ff. de pœnis l. cogitationis. Hactenus Ba. sentiens, adhuc in grauissimis criminib. mandatum non puniri, nisi processum sit ad actū ordinatū in ipsam mandati executionē. Hæc. n. Bald. sn̄a est intelligenda quoad pœnam ordinariā, vt mandatū ea puniēdū non sit. ēt in his grauissimis delictis, nec tn hanc sequitur, non esse extra ordinē mandatū puniendū. ꝑtim in Assassinio, cuius criminis pars est ꝓcipua ipsum mādatū, & ipsa conuentio in id facta, vt pecunia cōductus hō aliū incautū occidat. quod senſere Doct. in d.c.1. de hom. in 6. maxime Francus ibi. post Io. And. in reg. in pœnis. de reg. iur. in 6. idem erit in his criminib. in quib. tractatus ipse maxime ad speciem criminis accedit, nēpe in crimine læsæ maiestatis, in quo pœna forsan ordinaria erit mandati iniungenda. Potuit sane Bald. eum sensum habuisse, vt adhuc in grauissimis scelerib. mandatum solum nec pœna extraordinaria puniendum sit, vt in casu l. si quis non dicam rapere. Præterquā vbi mandatū ipsū potissime sceleris speciem cōstituerer, sicuti de Assassinorū crimine probauimus. sed Bar. in d. §. si mandato. & Ang. in d. gl. Sepronii mandatorē. col.2. & plerique alij eū sequuti existimarunt, in delictis atrocioribus. solū mādatū puniendū fore pœna extraordinaria. Quorū opinio mihi magis applaudit, quamuis Fel. in tract. quando conatus. col.2. sequatur Baldi sententiam: imo in quocunq; delicto æquum est, q̄ mandatum ipsum saltem nondum re integra reuocatu ꝓmō & qualitate criminis, qđ mā tū est, quid arbitrio discreti iudicis, q̄ dđ Bar. de eum.

Quarto

Quarto inferē ex præmissis vera interpretatio tex. in
d.l.is qui cum telo.C.de ficariis:qua quidem constitu-
10 tione cautum est,pœnā homicidij ordinaria puniendū
esse eum,qui cū telo hominis occidendi cā incesserit, ta-
metsi non occidat.Etenim receptum est,pluetudine eā
pœnam sublatam esseq; paulo ante adnotauimus. Ni-
hilominus vbi conatus quis fuerit proditorie hominē oc
cidere,& ad actum exteriorem processerit illato vulne
re,forsan erit locus pœnę ordinariæ, quemadmodū ex
l.reg.deducitur,l.1.tit.13.lib.7.ord.Ea nempe rōne, q̄
homicidiū proditoriū grauissimū crimē sit.c.1.de ho-
mi.cuius intellectum nos tradidimus lib.2.Var.rel.c.vl.
nu.7.Quamobrem in hoc grauissimo crimine satis erit
iuxta quorundā opinionē,q̄ ipse conatus ad actum om
nino proximum consummationi delicti processerit, &
quidem ad vltimū actum,qui a delinquente agēdus est
ad criminis perfectionem,licet nō fuerit mors sequuta.
Sunt etenim hi actus fere vltimi maxime considerandi,
vt iudex perpendere hinc valeat,an pœna sceleris con-
summati sit delinquens omnino puniendus,vel minori.

¶ Quinto,non incongrue deducam ipse quæ mō di
11 ximus ad definitionem illius q.passim controuersæ:
tan is,qui tentat aliū occidere veneno,sit puniēdus pœ
na mortis,quamuis mors,sequuta non fuerit?Nam iu-
risconsultus in l.3.in prin.ff. de ficar. expresim asserit,
hunc puniendū mortis pœna,nēpe ipsius legis Corne-
liæ supplicio.reg.l.8.tit.8.par.7.Sed quia cōi totius orbis
cōsuetudine derogatū est legib.conatū abiq; vero effe-
ctu puniendis.contrarium sū amissimo quod pœna extra
ordinaria puniendus sit qui venenum causa mortis alte
ri propinauerit,si vel medicamentis, vel alia via mors
sequuta non fuerit,tenent Bal.cons.443.l.2. Cæpola cō
filio vlt.Ang.in l.1.§.fit iniuria.ff.de extraord.crim.Flo.
in l.item si obstetrix.ff.ad legem Aquil Hippo.in d.l.3.
Ale.ad Bart.in l.1.ff.ad legem Pompeiam ,de parricid.
Paulus in cons.167.nu.13.lib.4.Matth.de Afflit.in con
stitutio.Neap.lib.3.rubr.41.Aug.Arimmensis in additio
nib.ad Ang.de maleficijs.in verb. ex interuallo. ad fin.
Cremens.in sing.49.Tho.Gramm.eleganter in decisio.
2.Neap.qui testatur,ita non semel in supremo Neapo.
prætorio decisum fuisse,& esse hanc opinionem com-
munem asserit eam sequutus Ludo.Carre.in pract.titu.
de homicid.§.homicidij.nu.19.sensit Fel. in tract. quan
do.conatus.col.4.notat.iterum idem Thomas. Gram.
decisione.74.nu.16.& 17.

Verum hac in q.obseruandum est, illud crimen esse
grauissimum,quippe quod ad proditoriam occisionem
pertineat.secundum Bal.in Inemo.col.3. C. de summa
Trin.Anan & Fel.in c.1. de hom.textus opt.in l.1.C.de
malef.& mathe.Bal.& Sal.in l.cum fratrem.C.de his qb.
vt indig. Alex.in cons.145.nu.6.lib.7.Lud.Carre.in pla
ct.criminali.§.homicidij.num.98.item illud est oīo res-
piciendum in præmissa specie,vbi quis venenum causa
mortis & animo occidendi alteri dederit, & propina-
uit,actum illum esse adeo proximum consummationi
criminis,vt denique is sit vltimus ab occidente agēdus,
nec.n.ad mortem quicquam aliud supereſt ab eo agen-
dum,vt plane constat.idcirco centeo veriorem esse con
trariam opinionem, & arbitror, hunc pœna ordinaria
puniendum,cui sententiæ suffragātur omnes,qui volue
runt,in his atrocioribus,conatum ad proximum actū de
ductum ordinaria pœna dignum fore. His accedit reg.
lex in proxima illatione citata,deinde & l.50.tit.vl.libr.
8.ord.qua constitutum est, mittentem sagittam in mor
tem alterius,morte plectendum,etiam si non percutiat.
Maxime tādem si percussisset cum ea.l.5.tit.13. libr.8.q̄
quidem leges rationem habere poterunt a glos.in c.1.in
verb.ad mortem.& ibi Bal de præsumptionib. hanc ti
dem sententiam tenent Bar.per tex.inibi in l.1.ff. ad le-
ge.Pompe.de parricid.Ioan.Faber in §.alia. Institut. de
pub.iud.Salic.in d.l.1.C.de maleſi.& mathe.Ang.de ma
leſi.in verb.& ex interuallo.col.vlt.Ioan.Igneus elegan
ter in crimine falsæ monetæ,in l.1.§.cum dis.nu.23 ff.
ad Syllania.nempe in eo,qui falsam monetam in pecu-
niæ formam ita excuderet, vt statim expendi posset.di-
cet ea vsus non fuerit.l.fi falsos.C. ad l. Cornel. de falsis.
Postremo facit opinionem istam insistioré,quod author
re Thoma Grammat.in d.2.decisione,per magnæ Cu-
riæ iudices apud Neapolim fuerit non semel per senten
tiā ad probata,licet in magno consi.cuius iudices beni-
gniores solent esse, aliud in contrarium sit definitum.
Nec tū probauerim,pœna mortis puniendū fore eum,
qui aīo alterū occidēdi venenum emerit,& parauerit,nō
tū propinauerit,nec dederit. Nam in hac specie totius
orbis consuetudo est intelligenda,q̄ leges hunc conatū
punientes abrogauit. Etenim Bal.Flor.& Cremē sis pau
lo ante citati contendunt,non posse hunc conatum iu-
ste puniri pœna ordinaria, sed extra ordinem puniendū
fore,quidquid Bar.Io.Faber.& Ang.de maleficijs, in cō
trarium responderint.nos equidem aduersus Cæpol.An
ge.& alios asseuerauimus, tunc locū esse pœnę ordinarię
cū is venenū aīo occidēdi parauerit, & propinauerit al
teri.& profecto idem in hoc casu voluerunt Bald. in d.§
fil.243.& Floria.in d.l.item si obstetrix.tametsi Thom.
Gramma.pro eius sententia hos authores adduxerit.sen
sit & hanc distinctionem Salic.in d.l.1.sic sane si qs fal-
sam monetā cudere cœperit,nondum in forma ad eius
vsum necessaria signauerit,puniendus nō est pœna or-
dinaria,sed extraordinaria,sm Ioan.Igneum in d.num.
23.ex alijs,quæ ipse adducit, atque ideo iure optimo in
hoc casu idem probat Th.Gramma.in d.decisio.74. ci
cens a summo Regio prætorio reuocatum mortis iudi
cium pronunciatum a iudicib.magnæ vicariæ.

Potissimum est admittenda,ac probanda mortis con
demnatio in eum qui venenum parauerit alio occideo-
di patrem,vel matrem,& propinauerit eidē. Nā etsi in
d.l.1.ff.ad legem pompeiam.de parricid. & in l.12. titu.
8.part.7.cautum sit sufficere ad pœnam ordinariam, pa
ratum fuisse venenum ad patris occisionem , & id
forsan æquissimum,licet consuetudine sublatum,in vbi
venenum propinatum sit,dubio procul conatus hicierit
puniendus ordinaria pœna ob tanti criminis atrocitatē.
De hoc etenim crimine legem non tulit Solon, qa nō
12 sperauit futurum parricidam: teste Cicerone in ōrā
ne pro Roscio Amerino. idem de Romulo in eius vita
Plutarch.retulitscribent,Romulum homicidium om-
ne vocasse parricidiū:nec de eo, qui patrem occidisset,
alia tulisse legem,q̄ illud impium,& nefarium,hoc im-
possibile iudicauerit. Sic sane apud Romanos veteres
omnes homicidiū parricidium vocatum est.liquidē au
thore Festo libr.14.Numa Pompilius hanc legē tulit:si
quis hominem liberū sciens morti dederit, parricida esto.
Dī aūt Parricidiū,idest patris nēpe hominis occisio. aut
denig;quasi patricidium per syncopem. Nam & Quin
tilianus lib.8.c.sexto,existimat, per abusionem parrici-
dam dici matris, aut fratris interfectorem. vnde olim
fuere in Romana republica Quæstores parricidij, id est
iudices,qui de homicidiorum quorumcunque cautis co
gnoscebant:quorum meminit l.2.§.deinde.ff. de orgine
iur.sed tandem anno sexcentesimo ab vrbe condita
L.Ottius primus omnium patre occiso parricidiū cō-
misit authore Plutarcho in eiusdē Romuli,vitis& de-
inde eo tpe, quo Marius Cymbros vicit, P. Malleolus
matre interempta infutus culeo in mare ēcipitatus est.
In huius vero criminis authores statuta est olim pœna
quæ nondum satis sufficiens est ad tanti facinoris vltio
nem,cuius Marcus Cicc.meminit in eadem oratione
pro Roscio Amerino :qui cum Solonis meminisset
inquit,

inquit,quanto maiores nostri sapientius?qui cum intel
ligerent, nihil esse,tam sanctum, qđ non aliqñ violaret
audacia,suppliciū in parricidas singulare excogitauerīt:
vt quos natura ipsō in officio retinere non potuisset,ma
gnitudine pœnæ maleficio submouerentur,in sui volue
runt in culeū viuos,atq; in flumen deijci . O singularē
sapientiā iudices. Nonne videntur ex rerū natura hunc
hominē sustulisse,& eripuisse, cui repente cælū solem,
aquā,terramq; ademerunt:vt qui eum necasset, vī ipse
natus esset,careret his reb. omnib. ex quib. omnia nata
esse dicuntur. Noluerunt ferā corpus obijcere, ne be-
stijs quoq; , q̄ tantum scelus attigissent, immanioribus
vteremur. Non sic mudos in flumen deijcere,ne cum de
lati essent in mare,ipsum polluerent,quo cætera,q̄ vio-
lata sunt,expiari putant. Deniq; nihil tam vile,neq; tam
vulgare est,cuius partē vllā reliquerint. Etenim quid est
eā cōe,quā ipsis vinis:terra mortuis:mare fluctuantibus?
littus eiectis?ita viuunt dū possunt, vt ducere animam
de cœlo non q̄antis moriunt,vt eorū ossa terra nō tan
gat.ita iactant fluctib.vt nunquā abluātur:ita postremo
eijciunt,vt nead saxa quidē mortui conquiescant. Hæc
Cicero. Valerius item Maximus lib.1. c.j. Tarquinius
inqt,rex Marcū Tullū duumuirū,q̄ librū secreta ciui-
liū sacrorū tenētē custodię suę cōmissum corruptis pe
tronio Sabino describendū dedisset,culeo ipsutū in ma
re abijci iussitidq; supplicij genꝰ nō multo post parrici
dis lege irrogatū est,iustissime quidē,quia pari vindicta
parētū ac deorū violatio expiāda est. Sed & Dio. Halicar
na.lib.4. idē cōmemorans, Marcū Attilū custodē li-
brorū Sybillinorum hunc Duumuirū appellat. Qui aūt
olim parentes occiderint,cōmemorat Lud. Cælius lib.
6 lectio.antiqua.c.39.& c. 43.refert Diodorus Siculus
lib.2.c.3.in Aegypto parricidas olim eo supplicio affe-
ctos,vt articulatim pacutis calamis cædi iuberenē, dein
de vivos supra spinarū acerui cōburi. Extat de parrici-
dij pœna pulchra Modestini lex in l.pœna.ff.ad legē Pō-
pe,de parric.l.vnica.C.de his , qui parent.occid.§.alia
deinde lex.Inst.de publ.iud.reg.l.12.tit.8.par.7.quālibet
mō tantū per explicare,qñ in tanti criminis memoriam
incidimus.fgiē parricida primū virgis sanguineis verbe
rāt,vt Modestinus in d.l.pœna.tradit.quo in loco Accur
sius in priori glossemate inquit, has virgas sanguineas
dictas proprio fruticis,aut arboris noīe.Cuius quidē fru
ticis meminit Plin.lib.16.c.18.& idem lib.24.c.10. scri
bit:nec virga sanguinea fœlicior habetur. cortex eius in
terior cicatrices,q̄ pfanauere,aperit. Deinde huius cri-
minis reus infuitur culeo,quēadmodū Cic. Valer. Max.
Modestin.& oēs hac de re constitutiones explicāt. Erat
aūt culeus saccus ex vtre bubalorum interpretatur Theo
phylus in d.§.alia.meminit & Iuuenalis Satyra octaua,

Liber a si dentur populo suffragia,quis tam
Perditus vt dubitet Senecam præferre Neroni.
Cuius supplicia non debuit vna parari
Simia nec serpens vnus,nec culeus vnus.

Rursus idem Satyra 13.

Et deducendum corvo bouī in mare,cum quo
Claudatur adversis innocua simia fatis

Culeo aūt insuitur cum gallo gallinaceo,cane, vipe-
ra,& simia:qm̄ authore Theophilo , hæ bestiæ humiles
mores Parricidæ habere videnē. Nā aliæ ex his parentes
occidunt,aliæ non se ꝑtinent,quin cū illis pugnent. Ho
rū aūt animaliū nec Cice.nec Valer. memīnere,sed Mo
destinus id moribus maiorū tribuēs,& post eū oēs leges,
quarū mentionē mō fecimus. Viperā Iuuenalis serpētē
dixit,regia lex colubrū. Spectalis aūt rō a qua huiusmō
di solet horū animaliū in huius criminis punitione. Gal
lus vero gallinaceus dictus est ex eo,q̄ latinæ linguæ au
thores pp homonymiam huius dictionis gallus, & ga
plurib.rebus eadem est appellatio sm Quintil.lib.7.galla
gallinaceū appellant huius nominis auē,& plerīq; dice
re solent gallinaceū absq; adiectione galli,qđ Budæus in
d.l.pena,ex Plinio.& Columella notauit.galli vero galli
nacei pugnaces admodū secū sunt,qđ ꝑter alios Plinius
tradit lib. 10.c.20.adijcens, Pergami oīb. annis spectacu
lū gallorū publice edi ceu gladiatorū.idē & Athenis fie
ri solitū author est Aelianus li.2.de varia Histo.cui me
minit Lud.Cælius lect.antiq.li.9.c.13.idē scribit Philō in
eo li.cui titulū fecit,qđ oīs ꝓb.libe. & Lucianus in Ana
charsi. Galli vero Tanagræi a Tanagra Bœotię vrbe,q̄ oī
um cēserent pugnacissimi locū fecere ,puerbio,authore
Suida.Rhodios et Gallos laudē hac re ꝓcipuos olim
fuisse Plinius scribit in d.c.2.c.21. idem de Tanagræis,
Rhodijs,& Chalcidicis,& Medicis,tradit Columella li
br.8.c.2.ꝑcipue galli apud serpentes,& viperā pugnant,
hoc etenim,& ad huius pœnæ rōnē adducit Stephanus
Forcatulus in Necyomantia,c.33.Canis sane huic pœnæ
adhibetur,vt sceleratum ostendat hominem , & immō
dum,qui parentē occiderit. Nam Vergilius primo Ge-
orgicorū canes immundos appellat,quā rōnem Forca
tulus excogitat. Nos & eā aptari posse opinamur, q̄ te-
ste Plinio lib.8.c.40.canis sit fidelissimum homini ani-
mal.idcirco ad arguendam infidelitatem parricidæ ita
tutum est,vt canis cum eo in culeū mitteretē. Simia equi
dem ea forsan ratione parricidij pœnæ conuenit, vt nul
la sit tanti facinoris imitatio apud homines, quos nullū
animal perfectius imitatur,quā simia , aut quia simiarū
generi ꝑcipua sit erga fœtum affectio,adeo, vt plerunq;
magna ex parte complectendo catulos ipsos occidāt,
vt testatur Plinius lib.8.c.54.Ex quib.poteris huiusmo
di rationes aliquot concipere.Aut ea erit optima, q̄ limiæ
similes sint hoīnib.interim deformes, sicuti Parricidæ,
qui sub figura hominum immanitatem belluarum ge-
runt,atq; ista rō Forcatulo placuit. Vipera quidē cu
leo cum parricida infuitur,quippe q̄ simili sit obnoxia
delicto,cū & ipsa exeso parentis vtero prorumpat in lu-
cem,parentemq; ipsum occiderit,iusto profecto irroga
to supplicio:quidem,vt enarrat Plinius lib.10.c.63. Fe-
minam coeuntis maris ꝑ dulcedine caput prærodere tra
ditū extat.Hinc & Orus Apollo scribit,apud Aegyptios
viperā fuisse notā Hieroglyphicam,q̄ filiū matri infidia
tem rēpsentaret,cum vipera non nisi per parricidiū in
lucem veniat,vtero matris prupto. Huius rōnis memi-
nere Forcatulus in d.c.33.& Ludou.Cælius lib. antiqua
lectio.3.capite 27.quo in loco disputat, sit ne certum
quod Plinius de conceptu,& partu viperæ scripsit. His
denique sociatus animalib. parricida infutus culeo, ea
ratione,quam Cicer.refert,in mare proximum mittit.
Nam de mari hac in re meminere Modestinus in d.l.pœ
na.& Valer.Maximus:non fluminis.Cicero vero de flu-
mine ita loquitur,vt & ad mare eandem iactationē re-
ferat,quamobrem in d.§.alia.& in d.l.vnica,promiscue
maris,& fluminis mentio fit.Nec ratio abhorret , cum
& eadē vbiq; sit:præsertim,quia mare significat quācun
q; aquarum congregationem.gl.in d.l.pœna.Bar.in tra
ctatu de insula.in princ.& Ioan.ca. 6.lacus Tyberiadis
mare appellatur, quasi peculiare sit Hebræis quacun-
que aquarum congregationem mare appellare,qđ con
stat ex Plinio libr.5.cap.15.Iosepho.libr.18.antiq.c.4.
Hegesippo de excidio Hierosol.lib.4.c.16.a quib. mare
Tyberiadis appellitur lacus Genesaræ,quem ipse Iorda
nis facit,ad cuius occidentem in gratiam Tyberij Hero
des Tetrarcha condidit vrbem,quam Tyberiadem di-
xit.idem ex Paulinia Heliacorum primo adnotauit Lu
douic.Caelius lib.14.lect.antiq.c.14 neque solis Hebræ
is licuit lacus,& flumina maris nobilitare:nam & Ser-
uius in 1.Aeneid.super illis versis.

Postquam prima quies epulis mensaq; remotæ
Ir mare prospectum,& ventos ventosus Aeneas

Mart.

Mare, inquit, ideſt flumen, quod, vt Varro teſtatur, ac eolę mare vocant. Loquitur etenim Virgilius de Timauo quod eſt nomen fontis, & fluuij, ſm Melą lib. 2. c 4. Philon itē Iudæus de Eſſæis refert, in Aegypto ſtagnū eſſe qđ vocante Maria, ſicut ex eo adnotauit Forcatulus tametſi verius illud ſit, Philonē non de mari, aut cōgregatione aquarum, quæ ab ipſo mari dicant Maria, ſed de lacu Mariæ intellexiſſe. quod conſtat ex eodem Philone in lib. de vita contemplat. Euſebio lib. 1. Hiſtor. eccl. c. 17 Arriano de geſtis Ale. lib. 3. (& Appiano Ale. in pro œmio Roma. Hiſto.) qui quidem lacus, & Mareotis dictus eſt ex Q. Curtio lib. 4. Hieronym. in Eſaiam ca. 19. Theodorito lib. 1. eccl. Hiſtor. c. 10. meminit & Athenæus li. 1. fōtis, q̄ in Aegypto apud Alexādriā dicta fuit Maria, a qua vinum inſigne nomen accepiſſe tradit, vt dictum fuit Mareoticum. obtinuit tñ apud Hebræos p̄ notata locutio. Sicį & mare mortuum & alter Iordanis lacus. Hæc ſane de lege Pompeia de parricidijs, ad cuius interpretationem addit Modeſtinus eos eſſe beſtijs obijciendos, ſi non ſit prope fluuius, nec mare, in quod iactentur. d. l. pęna. Paulus in receptis ſnīs lib. 5. ad l. Pompeiam, refert, pro regionis qualitate parricidas, vel beſtijs obijci ſolitos, vel viuos exuri. Lege aūt Pompeia occiſores parentum, liberorum, & aliorum quorundā a latere cognatorum, affiniumq; eadem pęna plectebatur: nempe, ea q̄ legis Corneliæ de ſicarijs ordinaria quidem, cuius mētio fit in l. 3 ad fi. ff. ad l. Corn. de ſica. & hoc ſatis explicite traditur in d. l. pęna. poſtea equidē in l. vni. C. de his, qui parent. occid. & in d. l. regia, latior eſt culei pęna, cū ea pluribus alijs cognatis a latere, & affinib. indicitur, eaq; punitio per Iuſtinianum in d. §. alia. deinde lex legi Pōpeiæ tribuit: quaſi ad eius extenſionē pertineat, qđ & ipſe obiter adnotaui Epitome ad 4. decr. 2. parte. c. 7. §. 7. nu. 16. Sed & Cyrenēſes olim, nēpe Mithridatis tpe. Lecādrū quendā fratricidā, ſimul & tyrannicidā culeo in futū in mare proiecerunt, teſte Plutarcho lib. de claris mulierib. In hos vero parricidas, aut ſine in eos, qui nouercam occiderant, extat lib. 1. Graecum & elegans Epigramma in hunc ſenſum: Ne ſepelias hoc cadauer, ſit enim cibus, & rapina canib. Nam omnium mater terra, non recipit, matricidam. Ex quo facilime intelliges, qua ratione parricidæ non ſepeliant, lege quidē hoc ꝓhibente.

Scribit ſane Suetonius in Auguſto, c. 33. pęnam iſtam culei non ſolere inferri parricidis, niſi confeſſi fuiſſent hoc ipſum crimen. Multa p̄ter hæc de parricidio tradit Lud. Carre. in pract. §. hom. nu. 128. Platonis aūt ſciam circa huius criminis punitionē ſi quis noſſe cupit, legat ipſius dialogum Nonum de legibus.

Hæc quidem obiter de lege Pōpeia tradidimus ad conatus puniēdi tractatū, cui finē ponimus, lectorē admonentes, vt Nicol. Boer. legat deciſ. 316. diſputantem, an conatus ſit puniēdus in crimine grauiſſimo, quod luxuriæ cā cum beſtijs aliquis perpetratur, iuxta capitulū, mulier. 15. q. 1. & Matth. de Afflī in conſtitutionib. Neapolit. lib. 3. rub. 42. nu. 12. idē ſcire tractantē de conatu Sodomiæ, cuius diſtinctio conducit maxime ad intellectū regiæ pragmaticæ de puniendis Sodomitis. itē Io. Ignecum in l. 1. §. cum dominus. ff. ad Syllani. nu. 21 & præcedentib. late examinātē, an ſint aliquot delicta, quę ex animi tantum cogitatione quo ad forum exterius confidererentur, ſaltem aliquot exterioribus ſignis contingentib. & præmiſſis, nempe in vitio fugitiui. l. quis ſit fugitiuus. §. item apud Iulianum. ff. de ædil. edi. l. li quis ſeruo. C. de furtis. cum plurib. quæ ad id citari, & adduci poſſunt, q̄ tamen caute ſunt intelligenda, iuxta notata per Baldum conſil. 250. num. 8. libr. 1. & conſi. 382. libr. 5. numero 8.

SVMMARIVM

1 *Homicidium non punitur pęna ordinaria, ſi defecerit animus ad occiſionem. & ubi traditur, ex quibus hoc animus colligatur.*
2 *Intellectus ad text. in c. vlt. de homicid. in 6.*
3 *Mandatum tacitum homicidij facit quem irregularem.*
4 *Ratihabitio homicidij an efficiat quem irregularem?*
5 *Ratihabitio in delictis quid operetur, & qua pęna puniēda ſit?*
6 *Ratihabitio criminis non commiſſi nomine ratum habentis an ſit peccatum mortale, an veniale?*

§. PRIMVS.

Verum quo facilius hæc q.expediatur,oportet memoria repetere,quæ de furibus occidendis leges humanæ priuatis pmiserint.Extat enim lex duodecim tabular.in hæc verba.Fur manifesto furto deprehensus,si aut cū faceret furtū nox esset,aut interdiu se telo, cū deprehenderet,defenderet,impune occiditor.Hæc sunt legis verba,cuius quidē legis Cicero pro Milone meminit,sic locutus,q̃ si duodecim tabulæ nocturnū furem quo qūo,diurnū aūt,si se telo defenderit, interfici impune voluerunt.Eiusdē meminit Quintil.li.5.Oratori. institutionū,c.10.Hanc legē & Iurisconsultus cōmemorat in l.4.ff.ad legē Aquil.quo in loco Caius Iurisconsultus addit,p̃missum esse cuiquā furē nocturnū occidere mō id cū clamore testificet.Sic & Vlpianus in l.furē.ff. ad legē Cornel.de sicariis.eandē legē ita interpretat, vt hæc occisio licita sit ita demū,si parcere,furi sine periculo vitæ quis nō potuit.Ex quib.apparet,furē nocturnū occidi posse,cū sine periculo ei parcere nō possumus,de niq; vbi dubiū est,an accesserit ad furandū,an ad occidendū,sicuti Augu.interpretat in d.c.3.de homic.Idē notat Fortunius in d.l.vt vim.col.8.ad hoc allegans gl.in d.l. furē.Et in d.l.4.ex hoc aduersus cōem opinatus non licere cuiquam alterū occidere pro rerū defensione, & si is laicus sit.Nā licet pleriſq; placuerit,nō licere clericis aliquē occidere pro reb.defendēdis,laicis aūt hoc licitū ex c.suscepimus.de homic.vbi Abb.hoc voluit.Idē Abb.in c.olim in 1.de restit.spolia.col.7.Ludo.Gomezi. in princ.de actionib.nu.54.tñ hæc differentia non satis constat,quia nullā veræ mititiæ rōnē habet, p̃sertim qa in d.c.olim.p̃bat, licitū esse clericis proprias res defendere,& in earū defensione aliquē occidere. Quod si constiterit,nocturnū furē accessisse ad furandū,non ad occidendū,tunc non aliter poterit is occidi,q̃ posset diurnus fur impune occidi, quemadmodū constat ex p̃citatis authorib.Fur.aūt diurnus occidi pōt, si se telo defendat,non alias, idq; constat in d.3.cap.& in d.l.4.ideirco hoc in loco est obseruādum,quanam ratione sit ad vnguem intelligendum quod leges passim constituerunt, posse scilicet furem diurnum occidi,si se telo defendat.

Nos vero huius qōnis resolutionē breuiter expediemus,plane veriti, ne qd ex varia Docto.sn̄ia supersit,q̃ rē iſtā difficiliorē efficiat.Quamobrē ꝛlitua aliquot casus pietate quadā i hoc iudiciū Iurisconsultorū interp̃tat".

Primus sit huius cōcertationis casus, cū qs occiderit furē nocturnū,dubitans an ad occidendū, vel furandū accesserit,& non potuerit ei parcere absq; propriæ vitæ periculo,hæc etenim occisio licita est apud Deū & in iudicio exteriori,quemadmodū ex lege duodecim tabularū apparet,simul & ex diuo Aug.interpretatione,idq; fatentur oēs,qui qōnē iſtā disputarunt. Plato ité dialogo 9.de legib.inquit,qui noctu furē domum suam ingressum interemit,inuadus sit.Hoc & Solonis lege licebat, authore Demosthene in oratione cōtra Timocratem.

Secundo proponitur ea ip̄s,in qua cōtingit homicidiū ad necessariā defensionē rerū,nec ab aggressore capiantur,& profecto licitum esse hoc homicidiū deducitur ex multis,q̃ superius adducta fuere, p̃sertim vbi raptor bonorū defendentē res proprias à rapina vult ostendere quo ad p̃ōnā,quemadmodū frequentissime accidere potest.Nā cum quis à raptore defendit res proprias,aut raptor abstinet à rapina,& tunc iā nullius occisionis adest casus,aut ipse contendit adhuc multo defensore res rapere,non pōt ea contentio expediri absq; iniuria,& dāno personali defensoris,ideirco homicidiū inde secutum p̃tinet ad defensionē p̃ōnæ, simul & rerum. Quæ quidē defensio ipso Fortunio teste in ita est idemq; notant Fel.in d.c.1.Dec.in l.vt vim.nu.3. & p̃batur ex ciuilē dni Augustini in d.c.3.& Iurisconsultis asserentib.post ipsum legē duodecim tabu. diurnū furē occidi posse,si se telo defendat.Hoc ipsum cōis opinio p̃bat,ac deniq; Caie.in d.ar.7.tex.optimus in d.c. olim.

Tertio hinc deducit licitā esse occisionē raptoris quoties ea sit ad defensionē rerum,& p̃sonæ eaſdē res defendētis,quā ipse raptor offendere conat, ne rerum occupationē impediat.Nec satis pcipere valeo,quo pacto mihi licitum sit res meas defendere,ne à raptore capiāt & sit illicitum p̃ rerum defensiōe raptorē occidere. Nā si ipse defendam res meas,& raptor hāc defensionē impediat p vī,nō pōt id aliter ꝛtingere, q̃ meipsū offendendo, quo casu iā defensio rerū ad defensionē p̃sonæ p̃tinet.

Quarto ex his & illud manifestū sit,licere cuiquā furē diurnū res auferentē capere,& cū se defendentē à captione itidē occidere.hoc probat tex.in d.c.4.ex Augu. tex.ité in d.l.4.ff.ad l.Aquil.& fatent Fort.& alij. Si qdē iuste qs capit furē.& is iniq; se defendi,qua mobrē occidi poterit,si se defendat, ne in ea defensione occidatur ab eo is,qui eum iuste capere conatur.qua argumentatione & ipse Fortu.vtitur.

Quōto inde cōstat sensus eius,q̃ Plato scribit dialogo 9.de legib.dicēs,licitū,cē cuiquā spoliatorē in defensionē suā occidere. Hæc etenim sn̄ia est intelligēda ꝛm ea q̃ ad legē duodecim tabularū hoc in loco tradita fuere.

Sexto ipse vere,ni fallor,opinor, furē nocturnū, uel diurnum,de quib.manifestum sit ad furādum, non ad occidendum accedere,tunc occidi posse, cum seipsum defendit telo ne capiatur.Occiditur enim tunc ea ratione,ne volentem eum apprehendere ipse fur occidat. Quæ omnia constat ex his,quæ paulo ante tradidimus.

Septimo,vt discrimen furis nocturni à diurno cōstituat,infero,nocturnum furē posse occidi nōdum expectato,an se velit defendere,ne capiat.forsi.n.q̃ noctis tenebras nō possit hic conatus cedere i cōmodū, & vtilitatē,nec in tutelā ipsius,cuius domū fur nocturnus aggressus fuerit.& deinde pp audaciā eius, qui forsan ad occidendum,domū alterius aggredit,de quo plumēdū nō é,q̃ sit p̃miturus,se tutē capiēd circo eius occisio licita cēset,nisi posset ipse fur absq; periculo capi,vel posset qs ei parcere,nullū ex hoc salutis dispēdiū subiturus.

Octauo apparet,diurnū furē,qui capi posset tute, quę non se defendit telo,occidi non posse licite. constat .n.hunc ad furandum,non ad occidendum accessisse:& iō,nisi se telo defendat, timendus non est. tute.n.pōt eius captio tentari.facillime.n.fures capi solēt: cum deprehenduntur,quippe qui ꝛo sint timidi admodum.

Nono,si recte,& penitissime tractentur q̃ mō ex Iurisconsultis adduximus,dubium erit qđ Sylueſter notat in verbo excōicatio.6.q.9.cuius verba subjcia. Si tū non me inuadit,& tū rē meā tenere nequeo,nisi occidā: puta quia fugit in equo meo,quē aliter habere nequeo, nisi illū fugitta occidā,forte nō licet mihi in cōscientia occidere,nisi vt dicā limitādo d.Pan.quāuis ēt dici possit,hoc casu nō esse ꝛ legē Dei, aut nāx occidere,q̃a quotidie de licēcia principis moueōr arma p̃ tpalib.Hactenus Syl.cuius posteriorē opinionē ipse opinor falsā esse. si quidē hic fur telo nō se defendit,nec nocturnus ē,nec alium aggredit.imo fugit:igitur occidi licite non pōt.

Imo ipse Sylu.in verb.bellū.2.§.7.hoc in casu cēset ꝛ hi irregularitatē à clerico,q̃ homicidiū hoc cōmiserit.

Decimo non est p̃termittendum ēt p̃missa cōi sn̄ia non licere,nec licitū esse quenquā occidi pro defensione rei,q̃ modici valoris sit,quemadmodū notāt Mathe silanus notab.135.Abb.& Fel.in d.c.2. Ias.& Gome. Inſti. de actio.in prin.nu.55.Hipp.in d.l.furem.nu.8. ff.de furt.argumento tex.in l.1.ff.ex plagis.§.tabernarius.ff.ad legem Aquiliam,quæ sn̄ia maxima æquitatem habet.

Vndecimo ad propositā huius constitutionis interpretationem adnotādum est, ille nihilominus irregula-

rem clericũ,qui p̃ necessaria rerũ defensione hoĩnẽ occiderit.quod,vt quibusdã placet,probat in d.c.2.de homicid.& in c.fuscepimus.eod.tit.atq; ita tenent Pan.& Doc.c.2.Nicolaus Plouius de irregularitate.reg.37.syl. in verb.bellũ.2.§.7.Maria.Soc.in d.ca.ad audientiã.de homic.nu.40.Gonsalus à Villadiego de irregularitat.c. de pcussore .col.14.quorũ opinio vt maiori ac frequentiori Doc.calculo recepta.Hæc vero sñia non probatur in d.c.2.qd.S.tñ dimus in vers.sed & ad tex. multo minus in d.c.fuscepimus.quo in casu maximus cõtingit defensionis rerum excessus:cuius equidem ratione non potuit illud homicidium nec ob defensionem pſonæ, aut rerum necessariam,& moderatam à culpa excusari: saltem ea quæ sit sufficiens ad irregularitatem.vt gl. Abb. & Doct.ibidem tradide re,quamobrem hæc opinio cõmunis non potest habere certam authoritatem ex prædictis iuris Pontificij decisionibus.

Postremo igitur mihi magis placet non esse cesendũ irregullarem eum,q ad necessariã defensionem rerum furem,aut raptorẽ occiderit his in casib,quibus ea occisio iure licita sit,iuxta ea,q̃ mõ distinximus,q sñiam existimo probari ex eo,q̃ hoc homicidium priuatum sit, & nullam culpam habeat:ex quo nulla oritur irregularitas:ſm ea,q̃ nõ semel hac in Relectione probauimus. & p̃terea quia occidens aggressorem ad defensionem mistam pſonæ & rerum,irregularis nõ est.c.2.nec occidens furem nocturnum,cui sine periculo parcere non poterat.c.3.nec itidem occidens furẽ diurnum, quise tuo defendit,vt in eo.c.consitat.His etenim casib.non ꝓhibet irregularitas ex priuato homicidio, sicut nec in multis alijs, maxime in his,qui hac cõstitutione cõtinẽtur,non alia rõne quam q̃ ipse occidens nullam habeat nec contraxerit culpã in hac priuata occisione. quamobrem vbi defensio rerum iustã,ac licitã faciat occisionem priuatã:cõsequens erit minime ꝓhibere irregularitatẽ.

Hæc de irregularitate ad huius constitutionis intellectum olim Salmanticæ publice dictauimus: quæ & nunc prælo committimus,benigne, ac facile nostram sententiam mutaturi si quid à iure deuium viris doctrina & eruditione præstantibus visum fuerit.

RELECTIONIS FINIS

DIDAI COVARRVVIAS

ALYVA EPISCOPVS S. DOMINICI DESIGNAT.

Licentiato Antonio Couarruuias fratri amantissimo, & Salmaticæ in Collegio sanctissimi Saluatoris Collegę ornatissimo,atque vtriusque iuris egregio professori, S.

POST editum à me Variarum Resolutionum opus, Frater amantissime, cũ aliquot eius capita relegissem statim percepi,breuius quã fortassis par erat,quorundã vetterum,& huius regni numismatum valorẽ, nondũ ab initio petita æstimationis ratione adnotasse.Id vero tunc feci,vt operi instituto partim subseruirẽ,ac deinde,qd mihi satis fecisse videbar, si re ista obiter incidenti,testimonia doctissimorũ virorum,& ex vtroque iure Regio,ac Cæsareo loca quædam se legissem,ex quibus iudicarem,posse facilime deprehendi,quibusdam rationibus,quæ illic scripserami in publicum edere constituerim. Verum dum ipse diligentius rem istam perpendissem,necessarium duxi veterum numismatũ valorem, eorundemq; rationem:quam cum his, quibus modo vtimur,vel omnino parem,vel fere similem habere possint,iuxta proprias vires explicare. Sic sane veteres æreos numos cum his æreis,qui modo expenduntur,argenteos cum argenteis aureos cum aureis conferre curaui,ac simul exquisiui,quamnam æstimationẽ ex huiusce ætatis nummis Vetera huius regni numismata habere possint:his & de numorũ publica mutatione,ac de crimine falsæ monetæ quædam adijciens, quæ ab operis instituto nec aliena sunt,nec lectori ob exactã breuitatem fastidio esse poterunt.Scio equidem tractatum istum maiorem diligentiam exigere,quàm à me,homine tot negotijs impedito,adhiberi potuit,præterquàm quòd multorum authorum,& veterum Chronicorum lectione ob publicum munus,& huius Regij tribunalis magistratũ priuatus,ea forsan prætermiserim,q̃ hisce difficultatibus expediendis viam omnino aperire potuissent.Feci tamen quod potui, libentissime cuiusque diligentioris censuram subiturus,quã in his,quæ hactenus edidimus nusquàm detrectauimus, nec in posterum detrectare censemus.Interim,egregie vir,exoratum volumus,vt si ex lectione huius opusculi præceperis,id alicuius futurum esse vtilitatis,Andreæ à Portonarijs nobili Salmanticensi Typographo,meo nomine statim tradas,quo & tuo limatissimo iudicio, eius q; diligẽti opera prælo traditũ in publicũ prodire possit.Vale.E Granata Idibus Aprilis.Anno. MDLVI.

VE-

VETERVM COLLATIO NVMISMATVM, CVM HIS QVAE MODO EXPENDVNTVR, PVBLICA, ET REGIA AVTORITATE PERCVSA:

AVTORE DIDACO COVARRVVIAS à Leyua Episcopo Ciuitatensi.

Operis huius summaria cognitio.

¶ *Caput primum, De æreo Numismate Romanorũ tractat:ac deinde in ubi numi ærei, quibus modo vtimur, expenduntur.*

¶ *Caput secundum, In quo de argenteis Græcorum, Romanorum, & Hebræorum agitur: & de his, qui modo apud nos regia sunt authoritate percusi.*

¶ *Caput tertium: vbi aurea numismata latè ac longe examinantur: Aurei & Solidi discrimen perpenditur, multaque de auri & argenti bonitate traduntur.*

¶ *Caput Quartum, in quo traditur ratio, ex qua libra in iure examinanda sit, item de Sestertio neutrius generis, ac de Talento.*

¶ *Capitulo Quinto: En el qual se declaran algunas monedas, deque hazen mencion las leyes reales, y Cortes de estos Reynos, en especial los marauedis, y sueldos.*

¶ *Capitulo Sexto: en el qual se considera el peso, y valor de algunas monedas de oro: y plata antiguas de estos Reynos, para entendimiento de muchas leyes Reales.*

¶ *Caput Septimum, de mutatione monetæ quo ad pondus, & quo ad valorem eius: vbi 8 primo examinantur omnia quæ à Bartol. traduntur in l. Paulus ff de solution.*

¶ *Caput Octauum, tractat de crimine falsæ monetæ, ac de pœnis ad eius punitionem statutis.*

SVMARIVM

1 *De nummis æreis, qui percussi fuerunt iussu Regum Catholicorum Fernandi Quinti, & Elysabeth.*
2 *Moneta de vellon, quæ dicatur.*
3 *Asses quod pondus habuerint apud Romanos, & quòd no stris Marauedinis conueniant.*
4 *De dupondio, semisse, quadrante, triente, semuncia, & sextula.*

De AEreo numismate.

CAPVT I.

LIVIVS Author est libro Naturalis Historię 33.ca.3.Roma nos primum ærea pecunia, deinde multo post argentea, ac denum aliquod lapsis annis aurea vsos fuisse. Non.n.rude illud ſculum,quo Roma morũ integritate maximi principatus mitia stabilire conabat,aureã pecuniã adiunxerat. Sic sane Seruius Tullus Romanorũ rex æreos nummos primus Romę pcusit,quẽ admodũ idẽ Plinius affirmat.Sed & ante Romanorũ originẽ multis qdẽ annis penes alias gẽtes fuit numismatũ vsus,qd̃.apparet ex Aristo. Politicis,Platõe, & alijs,plerũ Strabone li.8.Plutarcho in Lysandro, Pausania in Laconicis,Vergilio Polydoro de Inuẽtor. rerũ li.2.c.20.Georgio Agricola li.1.de pretio metallorũ,& monetis, Stephano Forcatulo in Necyomantia turis, Dialogo.68 Lugdunensis de ẽt.q.100.nu.795.Ludouico Cęlio li.1.e.antiquarũ.6.c.2.q passim testimonia multa ex Hebręis,& Gręcis ad huius rei ꝓbationẽ adducũr.

Nos igit̃ primũ æreos veterum numos ad rõnem eorum,qui nostra ætate,vel iussu Regum Catholicorum Fernãdi Quinti,& Elysabeth,& Caroli primi Romanorum uero Imperatoris quinti,pcusi fuerunt, ꝓ nostro conatu cõferemus,quo possit qlibet facilius ueterũ Historicorũ numismatũ ualorẽ ad numos,qui hodie expẽdunẽ deducere,utriusque æreę pecunię rationẽ adiequatus.

¶ Anno denig; M.CCCCXCVII.Reges Catholici Ferdinandus.& Elysabeth cudi iusserunt ęream monetã, quam de Vellon dicimus,ad hanc rationem, ut ex quolibet Marcho,nẽpe ex octo uncijs, fignarentur 195.nummi ęrei,quos blancas appellamus,quarum duę constituunt ęreum Marauedinũ,quo modo utimur, atquita secundũ hanc computationẽ ex libra Romana 1.nummorum cudũtur.288.nummi ęrei blancæ dicti, quibus addunt centũ quadraginta quatuor Marauedinos.Hoc ꝑ

Cofarru. Tom. I. [illegible]

tur eſt eſtimatio præſens vnius æreæ romane libræ, q̃ ad numos redacta, publicæ monetæ nomen ac vices ſit fortita, ſicuti apparet ex Pragmatica conſtitutione regum Catholicorum, l. 118. quæ de monetis, ac re numaria fuit ſtatuta.

Poſtmodum percuſi ſunt ærei numi, quorũ quilibet duorum Marauedinorum valorẽ habet, & ſic quatuor blancas valet. Item percuſus eſt numus æreus ad rationem quatuor Marauedinorũ, qui Quartus dicitur vulgo, & valet octo Blancas.

Cæterum hac in parte Marauedinus, non tam eſt numus, quam numorũ numerus, qui conſtat ex duab. blancis, aut Coronatis ſex, vel Denariolis decẽ, quemadmodũ in c. 5. huius operis tractauimus, quo i loco varia huius regni numiſmata expendentes, conabimur veterum Hiſtoricorũ dictiones in hac re numaria ad amuſſim explicare.

2 Moneta1 vero de vellon dicitur non tñ ea', q̃ ex ære percuditur admiſta parte aliqua argenti, ſed & illa, q̃ cuditur ex argento, cui miſta ſit tertia, vel quarta aut ſanẽ quinta pars ęris, vt aſſeuerat Lugdunenſis in tracta. de ꝫ ctibus, qũne 100. no. 783. Ex hac materia nuper expendamus in hoc regno numos, quos Tarias dicebamus, quorũ quilibet nouẽ ęreis Marauedinis eſtimabatur.

Vtar in hoc tandẽ libello ſæpiſſime hoc dicendi modo, vt quadrantes paſſim appellem eos numos, quos vulgus Marauedis propria huius regni dictione nominat.

Apud Romanos authore Plinio li. 33. c. 3. libralis, & dupondius appendebatur aſſis. libræ aũt pondus ęris diminutum bello Punico primo cũ impenſis Reſpublica non ſufficeret, conſtitutumque, vt aſſes ſextantario pũdere ferirent. ita quinq; partes factę lucri, diſſolutumq; eſt æs alienum. Poſtea Hannibale vrgente. Q. Fabio Maximo Dictatore aſſes vnciales facti, placuitq; denariũ ſe decim aſſibus mutari, quinariũ octonis, ſeſtertiũ quaternis, ita Reſpublica dimidiũ lucrata eſt, in militari tamen ſtipendio denarius pro decem aſſibus datus. Mox lege Papyria ſemiunciales aſſes facti. Hęc fere Plinius, à quo deducuntur plura.

Primum, dupondium numum ęreum fuiſſe duarum equidem librarũ, idque M. Varro declarat, Dupondius inquit, à duobus ponderibus, quod vnum pondus aſſi pondium dicceretur. id ideo, quod As erat libræ pondus.

Secundo apparet, hos numos ęreos adeo graues fuiſſe, vt inde dicta ſit ęris grauis pœna, ſm Plinii in d. c 3. Si quidẽ populus Romanus pro numo, ęre graui vtebat.

Tertio inde manifeſtũ ſit, ante primũ bellũ Punicũ numum aſſem libralem fuiſſe, & dupondium bilibrem.

Quartum deducitur, in ipſo primo bello Punico aſſem pondere, non valore diminutum, duarum vnciarũ pondere percuſum fuiſſe, & ſic ſextantarium.

Quintum colligitur ex his, Hannibale vrgente Italiã aſſem vncialẽ factũ, eiuſdẽ q̃dẽ valoris quo ad ſtipẽdiũ militare, cũ denarius, p̃ decẽ aſſib. daref, tametſi quo ad alia valor ſit aliquãtulũ diminut', pluris ſane 3. pa. ſigdẽ denari' decẽ, & ſex aſſib. p̃mutebat', ac ſeſterti' quatuor.

Sextũ ex hoc conſtat, frequentiori veterũ eſtimatione decẽ aſſes denario argẽteo ęquales fuiſſe, & quinque quinario, duos aũt, & dimidiũ ſeſtertio. Q̃d manifeſtius probabitur, cum denarij æſtimationem expendemus.

Septimo hinc idem probatur, poſt varias aſſiũ mutationes eos fuiſſe ſemiunciales lege Papyriana, eodẽ quidem valore manente.

3 Octauo ex hac ratione cenſeo, veterẽ aſſem quo ad valorẽ conferendum eſſe noſtris quatuor quadrãtibus, quos modo Marauedinos dicimus. Id etenim probatur quia ſi denarius argenteus decẽ aſſes valebat, quod ſatis receptum eſt, & nos inferius examinabimus ſaltẽ iuxta quenionem æſtimationem, & idem argenteus denarius æſtimatur huius p̃ſentis monetę quadraginta ęreis Marauedinis, plane deducitur, veterẽ Romanũ aſſem merito conferri noſtris quatuor Marauedinis. Hac etenim ꝓpenſa rõne viri docti, & qui diligentiſſime hanc rẽ expendere ſolent, ſinIam iſtã apud Hiſpanos probarunt, quamobrem & ad eandem rõnẽ veteres alios numos ęreos æſtimabimus, cũ idẽ iuris ſit de illis, quippe ad aſſem ſint omnino referendi. Quod ſi veterum ex ęre numiſmatũ pondus conſideremus, conſtabit etiam aſſes ſemiunciales uigintiquatuor ex libra Romana cudi ſolitos fuiſſe. Quorũ valor noſtris conferẽ nonaginta ſex Marauedinis, cũ hodie ex libra Romana. 12. unciarum cudi ſoleãt centũ quadraginta quatuor ęrei Marauedini, quod mirum non eſt, ſiquidẽ noſtra ęrea moneta partẽ quandã argenti admiſtã habet. Etenim argenteus num' regalis & dimidi' marcho cuilibet ęrimiſcetur, ateq; iõ hęc p̃ſens ærea moneta de Vellon nuncupat.

Dupondius olim æreus fuit numus, ſicuti ſane ꝓbauimus, qui duos aſſes cõtinebat, idcirco vetus ille dupõdius erit hodię eſtimationis octo quadrantũ, ſeu Marauedinorũ. Græci aũt vt ex Cleopatra refert Georgius Agricola li. 2. de externis ponderibus, t aſſem ſemiuncialem appellare dupondium, quia is duo aſſaria pẽderet. Aſſariũ aũt, ſeu Aſſarius numus erat ęreus, quorum duo aſſem efficiebant ſemiuncialẽ, ut tandem hic dupõdius eſſet p̃ſentis monetę quatuor Marauedinorũ. Aſſarius vero duorũ. Sic M. Varro li. 1. Analogię, inquit, & non equum publicũ mille aſſariorũ. eſſe. Sed & Suida teſte, aſſarium obolus eſt, mihi vero, ſi coniectura nõ fallit aſſem ſignificat, ex authoritate Dionyſij Halicarnaſſei li. 9. & T. Liuij li. 2. dũ hi authores meminere mulctæ, q̃ Menenio Agrippæ fuit à Populo Ro. indicta. ex Plutarcho itẽ in Camillo, & Matthæi interprete c. 10. Polybi' vero lib. 1, aſſeuerat, aſſarium dimidio obolo æſtimari. Et id iuxta Græcum codicem.

4 ¶ Semis numus erat ęreus, qui iuxta hanc rõnẽ duos quadrantes ualebat, quiã dimidium eſt aſſis. Qua dictione utitur P. Vatinius cum Ciceroni ſcribit, Sinius non ſemiſſis homo contra me arma tulit, & eum bello cepi.

Quadrãs quarta erat aſſis pars, & eiuſdẽ rõnis numus ęreus, qui præſenti Marauedino æqualis eſt. quod apud nos paſſim admittunt uiri maxima eruditione p̃diti ex denarij argentei æſtimatione. Itẽ ex Italorũ cõi uſu loquendi ipſi etenim quadrantem quatrinũ nominant, quatrinus uero Italicus noſtro æreo Marauedino fere ſimilis eſt. Sed & ex noſtris nõ recuſabo teſtẽ citare Florianũ Occampũ li. 5. Hiſtorię. c. 25. ubi hanc horũ Numiſmatũ collationẽ probat, cuius uiri diligentiã in hac re, & alijs rebus perſcrutandis merito multi faciũt oẽs. Quadrans uero uocatus eſt triuncis, à trib. uncijs, teſte Plinio in d. c. 3. Et inde Teruncius, qua dictione utit M. Varro. Teruncius, inquit, à trib. uncijs dictus. eiuſdẽ nui meminit Cicero li. 3. de Finibus, & li. 5. ad Atticum.

Sic & triens numus erat ęreus tertiã habens aſſis partem, nempe quatuor uncias, qua rõne maior eſt quadrãte, & ualet apud nos octo Coronatos, quos uulgus Cornardos appellat. Hæc enim eſt tertia pars quatuor noſtrorum Marauedinorum. Huius nutni meminit Plinius in d. lib. 31. c. 3. Iuuenalis Satyra. 3.

Infelix, nec habet, quem ſarrigat ære trientem.

Vbi hoc in ſcholijs adnotauit Cęlius Secundus Curio, uir mehercle doctus ac diligens in hiſce adnotationib.

Sextula itẽ erat numus ęreus, cuius multi meminere, nõ equidẽ ſexta aſſis pars, ſed authore Varrone minimus erat numus ex ęre habẽs ſextã uncię partẽ. Ex p̃ſentib. numis, aut denariolis nõ uideo, cui ſextula cõuenire poſſit, ualeret tñ tres Meaias, ac paulo plus. Nã duo coronãti efficiunt unciam totius aſſis, & hi ualẽt uigiti Meaias. Igitur ſexta pars harum erit ſextulę valor.

Erat

Erat. & Semuncia numus ęreus, 24. pars aſſis, cuius numi mẽtio ſit ab Aſconio Pædiano, Gubelmo Budæo li. 3. de aſſe. Eſt aũt hic numus ſimilis noſtro Coronato.

Hinc ipſe libenter adnotauerim, falſo Cælium Secundum ad Iuuenalẽ in ſcholijs ſenſiſſe, trientẽ minimam omnium monetam fuiſſe, cũ multo minor ex æræ fuerit quadrans, ſemuncia, & ſextula. Nam ꝓ Donatus censei obulum fuiſſe minimam, & vltimã monetã, ad argẽteos numos referendũ eſt, de quo alibi tractabitur, etiã ſi ipſe Cælius Donatum hac in parte lapſum fuiſſe aſſeueret. Et id iure quidẽ, cum ex numis argenteis ſint aliquot minores obolo. Etiã ſi Rhemnius Planius de põderibus ſcripſerit idem quod Donatus hoc ſane verſu,

Nam mihi bis obole ve minus, maiuſve talente.

Agit tamen de Athenienſium Repub.

SVMMARIVM.

1 *Argentei, numi quo tempore primum Romæ ſignati*
2 *Argentei numi apud Hiſpanos ſignati, quibus modo vtimur.*
3 *Libera vetus diuiditur, & expẽditur, & imibi de granis.*
4 *Marcha pondus, quid ſit.*
5 *Vncia, quot drachmas appendat*
6 *Denarius olim cudebatur ex argento puro, quandoque ex miſto.*
7 *Denarij, & Quinarij pondus examinatur.*
8 *De ſeſtertio, libella, & obolo numis argenteis.*
9 *Siclus argenteus apud Hebræos, cuius ponderis fuerit, & item aureus.*
10 *Examinatur glo. in c. ſi quis aliquando. §. in Leuitico. de pœnitent. diſtin. 2.*
11 *Denarij, & Seſtertij valor traditur, & intellectus. l. vlt. C. de donationibus.*
12 *Sterlingum, quis numus fuerit.*

De veteribus argenteis numis.

CAPVT II.

ARGENTEA pecunia Romæ primũ ſignata eſt, quinq; annis ante primum bellũ Punicum, anno ab vrbe condita DLXXXV. Q. Fabio Conſule, vt ſcribit Plinius lib. 33. c. 3. quo in loco annorum numerus manifeſtũ errorẽ habet, qui leuis non eſt, quippe q centũ annos addiderit, atq; iõ legendũ eſt apud Plinũ. † Anno ab vrbe condita CCCCLXXXIIII. Is etenim annus Q. Fabij conſulatui conuenit iuxta Chronoloniã Henrici Glareani, & Haloandri. cõſtat ſane ex Polybio li. 1. Solino li. 1. c. 2. Aullo Gellio li. 17. ca. 21. primum bellũ Punicum initiũ habuiſſe anno ab vrbe condita CCCCLXXXIX. Nec quicquam vrget in contrariũ quod Paulus Oroſius ac Dionyſius alio ſub anno rũ num. initium primi belli Punici conſtituerunt, ſiquidẽ diuerſa tpis rõ in paucorũ annorum ou. penes authores ſit, concordi ſnia huius belli initium ſtatuentes intra quingenteſimum ab vrbe cõdita annum, quẽadmodum diligenter probat Io. Vaſſæus in priori Chronicorum Hiſpaniæ parte. Sed & Plinij locum mendoſum eſſe admonuerũt Ludo. Viues ad Auguſtinum de ciuita. Dei, li. 2. c. 18. Et Henrichus Glareanus in d. Chronologia ad Titum Liuium. Igitur primus apud Romanos numi argentei vſus contigit anno ante Chriſti natale Ducenteſimo ſeptuageſimoquarto, aut Ducenteſimo ſeptuageſimoſexto iuxta varias hac de re opiniones.

Argenteum aũt numiſma non tantum apud Romanos, ſed & apud Græcos, cæteraq; orbis gentes olim in
2 vſu cæpit eſſe. † Apud Hiſpanos vero moneta argentea varie in vſum venit, qd alibi explicauimus: mõ etenim tñ expendemus præſentem argenteã pecuniã, qua vtimur, vt ad eius rõnẽ veteres Romanorum argenteos numos excutiamus eorũ valorẽ tradentes. Et ſane anno Domini, M.CCCCXCVII. pragmatica Sanctione Regum Catholicorum, l. 118. ſtatutum eſt, vt ex quolibet matcho argenti percutiant ſexaginta ſeptem numi argẽtei, quos Reales, ſeu Regales vulgus appellat. horũ autẽ quilibet valorem habeat. 30. quatuor quadrantũ, quos Marauedis dicimus. Atque ad eandẽ rõnem iuſſum eſt vt cuderentur argentei minores numi, nẽpe dimidias argenteus valoris. 12. quadrantum, quẽ medio Real dicimus. † tẽ quartus, quẽ quartillo appellamus. & eſt valoris octo quadrãtum, & dimidij, hic & octauus, i. octauo de Real Valoris quatuor quadrantũ, & dimidię blancæ Sed non oẽs hi numi argentei mõ in vſu ſunt. Paucos. n. expendimus quartos, & fere nullos octauos. Frequentiſſimi ſunt ipſi argentei regales integri, item dimidij, tandem in Hiſpania, & Mellici apud Indos cuduntur Regis Hiſpaniarum iuſſu maiores argentei numi quorũ quidã pondus habent duorũ argenteorũ Regaliũ, quidã quatuor, alij trium, alij octo, & hi vnciales fere ſunt Qui in Hiſpania peruiunt, habẽt altera ex parte inſignia Regũ Catholicorũ, ex altera Hiſpaniarũ, & horũ Regnorũ ſigna. Q̃ui vero Meſſici cudunt, altera facie ſcutũ habent Caſtellæ, & Legionis, altera quidẽ Caroli Regis inſignia, duas, inquã, colũnas cũ titulo, Plus vltra.

Cæterũ quo rectius veteres numi argẽtei noſtris conferanſ, oportet prius examinare põdera, quib. apud nos fabri argentarij vtuntur, & aurifices in appendẽdo argẽto, & auro, atque itidem an ea ſint ſimilia his quib' Romani vtebantur.

3 Romanorũ † libra diſtribuit' in vncias duodecim, vncia q̃libet habet octo drachmas, drachma tria hẽt ſcrupula, q̃ gr̃amata dicunt à Græcis, ſcriptula rectius alij appellant, vt Agricola, & Ant. Aug. adnotarũt, diligẽterque admonet Petrus Victorius li. 5. Var. lect. c. 13. Scriptulũ, ſeu ſcrupulũ in binos obolos diuidit. Itẽ taliquæ, hoc eſt Ceratia ſex, ſcrupulum faciunt, grana vero quatuor ſiliquã. Eſt igit ſcrupulũ 24. vnciæ pars, ꝙ & notat in l. 1. C. de metallarijs li. 10. vũ ꝙtat vnciã habere 24. ſcrupula, ſicuti tradidere An. Aug. li. 2. Emẽdationũ ca. 10. & Nebriſſenſis in Lexico iuris ciuilis, in dictione, ſcrupulũ, idq; conſtat ex Columella lib. 1, de re ruſt. c. 1. Hoc vero in opere nõ ſemel, imo paſſim ipſos fabros argentarios, ſimpliciter argentarios appellabo ad facilhorem propoſitæ materiæ intellectũ, non ignarus apud veteres aliam fuiſſe potiorem huius dictionis ſignificationem, cuius inferius meationem faciemus.

Duella conſtat ex duabus ſex ulis, ſextula vero ſexta pars eſt vnciæ, & ideo duella erit tertia pars.

Scilicus cõſtat ex duab. drachmis, atq; iõ aſſumitur pro. 4. vnciæ par. l. liberto. 8. tiũ. ff. de annuis legat. q̃d notant Iſidorus li. 16. Etymologiæ. c. 24. & Anto. Augu. Emendat. 18. ex Columella in d. c. 1. hæc ſane eſt veteris Romanæ libræ rõ, & diuiſio p̃ſenti tractatui neceſſaria, quẽ deduximus ex Budæo libr. 1. de aſſe, Leonardo Portio in tracta. de monetis, Voluſio Metiano de aſſe, Alciato ti. de metallarijs lib. 11. Georgio Agricola li. quarto de ponderibus Romanis, à quibus & alij huius rei authores citantur.

Hinc denique illud obiter deduxerim, frumenti grana olim in vſu fuiſſe ad ponderis iuſti rationem. vide grana quatuor conſtituunt ſiliquam, grana vigintiquatuor ſcrupuli, grana vero ſeptuagintaduo drachmã, q̃d Alciatus fatetur. adnotauit Agricola lib. 3. de Pretio veterũ mõnetarũ. Idẽ ipſe rurſus probat in libro de reſtituendis põderibus, atque menſuris ex Græco Nicandri interprete, & Serapione Mauro. Hæc grana Bu-

dans appellat momenta lib.3.de asse,& tñ constat, grana frumenti eo ip robusta differre ab inanibus,recentia à vetustis, non esse certa,nec tuta ad iusti ponderis rationẽ,sicuti nocte elegãter ipse Georgius Agricola li. de restituẽdis põderibus.Qua ratione Catholici Reges Hispaniarum Fernandus & Elysabeth annorum .M. CCCCLXXXVIII.pragmatica sanct.cxxij. statuerũt, frumẽti grana prorsus ab vsu ponderũ esse abijcẽda,atque grani põdus æquale iuxta rationẽ vnciæ ex orichalco faciendũ, ut legitima, certaq; & iusti ponderis rõ.

Nostri vero fabri argentarij,& aurifices iã diu ex vetustissimo vsu aliã quã Romanæ libræ ponderis rõnẽ habent,siquidẽ vtuntur bessẽ Romanę librępro iusto
4 & summo fere ponderis,quẽ bessem Regiæ leges Marchũ appellant,idque in vsu est apud cæteras Christiani orbis gentes à quibus marcha Germanico nomine appellatur,quod Budæus lib.1.de asse,Georgius Agricola lib.de restituendis ponderibus,& Lugdunensis de contractibus q.100.nũ.730.non semel fatenr. habet hæc Marcha octo vncias Romanæ libræ, quamobrẽ Romana libra proportionem sortitur ad marcham sesqui alteram .Erit vero marcha ista selibra nostræ vulgaris librędecem & sex vnciarum,quæ quidem libra, habet ad Romanam libram proportionem, *ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ* id est superterriam.Ea tamen,quæ de Marcho dixmus, probãtur in lege prima,titulo vigesimoquarto,in ordinationibus Regis Alfonsi vndecimi Compluti statutis Anno M.CCCLXXXVI.

Illud plane receptissimum est apud veteres,ac iuniores,qui de libra Romana scripsere, Romanam libram duodecim vncias habuisse, vt hinc mirũ sit Gulielmũ Budæũ,virũ hac in re,vt & in plerisq; alijs diligentissimũ,lib.2.& 3.de asse ubique vllo certo authore scripsisse, Romanã libram habere vltra duodecim vncias dimidiam,& sic duodecim vncias,& quatuor drachmas,cuius opinionẽ multis ꝓbatissimis testimonijs, & authoritatib.refellit Georgius Agricola li.4.& 5.de mensuris & ponderib.exacta rõne deducens, libram Romanam à Græca mina, atq; ita ab Attica libra in hoc differre, ꝙ Græca centũ drachmarũ sit,Romana verò nonaginta sex tñ drachmas habeat.eũ legito,ꝙ de his multa tradit

5 Sed & de vncia nostra plerisq; dubitarunt,sitne æqua his vnciæ Romanæ Nã Leonardus Portius, Alciatus, & Budæus scribunt,vnciam qua mõ vtimur & vtuntur argentarij,& aurifices,eandem esse cum illa veteri Romanorum vncia.Ab his dissentit Georgius Agricola in lib. de restituen.ponde.ea rõne,quod non vna eademque sit vncia apud Christianiorbis gentes. Nos vero quãdoque conati fumos rem istã ad iustã ponderis rõnem experimentis quibusdã examinare,ex quib.plane deprehendimus multis coniecturis vncã,qua mõ Hispaniargentarij,& aurifices vtuntur,eiusdẽ esse ponderis,cuius erat vetus illa Romanorũ uncia.Habet.n. nostra uncia octo partes,nempe diuiditur in octo argenteos regales iustissimi ponderis,quib.argentarij,& aurifices ad pondus utuntur .Quilibet autẽ argenteus habet duas drachmas minores,quarum quilibet triginta sex grana continet.Sic sane uncia diuiditur in decẽ & sex nostras drachmas,quæ veteres octo drachmas efficiunt, cum uetus drachma habuerit septuaginta duo grana , quæ habent nostrę duę drachmæ , atque ideo eiusdem ponderis est uncia uetus Romanorum octo drachmarum,cuius & nostra uncia decem,& sex drachmas continens.

His accedit,ꝙ octaua nostræ unciæ pars,quæ ad iustum pondus exacta,regalem numũ efficit, quo aurifices utuntur,ita cum denario ueteri conuenit , ut plane maioris ponderis denarius sit iuxta eam proportionem quę ex denarijs sepiẽ nõ attritis,nec corrosis cõstituat nostrã unciã,sicut & veterẽ Romanã constituebat,quã nostri octo regales numi iusti põderis itidem efficiunt. Vnde par est , nostram unciam ueteri Romanæ conuenire.

6 Est tamen illud hac in parte admonẽdũ,ueteres Romanorum denarios scudi solitos ex puro argẽto, quod uulgo acendrado dicimus,absque uilla æris mistura, cuius argenti ualor,& æstimatio maior est,ꝙ argenti mixti qd nostri argentarij, & aurifices expendunt , siquidem hoc habet æris , aut stanni misturam ꝓportionem,quam ipsi aurifices facillime diudicare solent.

Sed & ueteres Romani poſtea in cudenda moneta æris octauam partẽ argento miscuerunt,primusq; id fecit Liuius Drusus in tribunatu plebis teste Plinio libro trigesimotertio.c.3.Idem Plinius eodem libro c.nono, conqueritur,Antonium triumuirum denario miscuisse ferrum.Sic & auro misceri solet argentum,aut æs, nõ tñ ad cudendam monetam,sed etiam,ut ex eo solidiores,ac fortiores fiant imagines,anuli,& alia , quæ essent admodum mollia . si ex auro puro fierent . Hac tamen in re uarios hac ratione tradit numos Georgius Agricola lib.1.de pretio metallorum,& monetis,quorum & nos inferius mentionem iterum faciemus.

Argenteus autem regalis,quo utuntur ad iusti põderis rõnem argentarij,& aurifices,quippe octaua est unciæ pars differt ab argenteo numo itidẽ regali.Nam numus minoris ponderis est,ad expensas quidem, q̃ fiunt in cudenda moneta,siquidem ex Marcha percutiuntur sexaginta septem numi , & tamen eadem marcha pendet sexaginta quatuor Regales argenteos iusti , & legitimi ponderis quo ad aurifices,& argentarios. Sic denique numus argenteus minor est tricesima secunda parte , q̃ ipse iusti ponderis argenteus regalis,quo aurifices vtuntur , & profecto aliquanto pluris,ac fere tribus granis.

Primum omnium ad uetera numismata intelligẽda, quæ ex argento cudebantur,est de denario tractandũ.
7 Denarius uero est octaua unciæ pars , siquidẽ olim ex uncia octo denarij cudebantur , unde fit , ut drachma Attica,& denarius Romanus eiusdem põderis fuerint. Hoc probatur authoritate Plinij,qui libr.xxxiij.capitulo ultimo inquit , drachma Attica (fere etenim Attica obseruatione medici utuntur) denarij argentei habet põdus.Idẽ ex Liuio lib.xxxiij.dũ scribit , redemptos fuisse ,mille & ducentos captiuos constituto , in capita quingentorum denariorum pretio , eamque centum talentis fuisse.Constat uero ex Polluce,& alijs,sex drachmarum milia in talento Attico esse,atque ideo manifestum sit Liuium drachmam,& denarium eodem põdere,eidẽque æstimatione accepisse.Hoc ipsum & Plutarchus fecit in Sylla , quippe qui drachmam quatuor numis tessertijs,et & denarium æstimauerit.Idem multis alijs testimonijs cõprobat, quibus Latini drachmas Græcas,denarios interpretantur,& eodem iure Græci denarios Latinos in drachmas Græcas transferunt. Sic sententiam istam conantur probare,& ostendere uerã esse Leonardus Portius,Budęus lib.1.& 2.de Asse. Andre.Alciat.lib.9.parerg.c.2.Qua ratione,si uelimus denarios conferre nunmis argenteis Castellanis, quoad põdus, respondendum erit denarium Romanum simile fuisse quantum ad pondus argenteo regali Castellano iustissimi ponderis,quo aurifices vtuntur . Et eadem lege denarius hic erit fere similis numo argenteo regali Castellano,ac denique tanto maior pondere , quanto maior est argenteus regalis,quo aurifices utuntur , numo argenteo regali,quem passim expendimus . Vnde ualor denarij erit itidem constituendus ad rationem numi argentei regalis,& paulo pluris , cum propter iusti ponderis rationem(quia octaua est unciæ pars)tum propter argentei qualitatem,tameti & olim apud Romanos non omnes denarij argenti puri materiam habuerint,

habuerint,nec item eiusdem fuerint,ac legitimi ponderis,quem admodum statim trademus.Erit igitur iuxta Budæi fabam denarius Romanus octaua unciæ pars , & numo argenteo Castellano,qui regalis dr̃,fere similis põdere,ac ualore.Vñ licet denarius apud Romanos ualuerit quadraginta quadrantes, non ualebit apud nos 40. æreos marauedinos,atq; inde consequẽs,pluris æstimari apud nos æreum marauedinum,q̃ olim fuerit apud Romanos quadrans æstimatus,cum argenteus numus eiusdẽ ponderis ualuerit apud Romanos 40. quadrantes .i. decẽ asses:& idẽ apud nos mõ æstimet 34.marauedinis, & paulo pluris ob iustissimũ argentei denarij pondus , imo ẽt si denarius constituatur ex argento puro absq; ulla mistura,& ualorem pãtem contideremus argenti puri ad rõnem duorum mille,& quadringentorum marauedinorum pro quolibet marcho,adhuc denarius ille Romanos ex purissimo argento signatus,erit apud nos æstimandus fere 38.marauedinos.Hæc tandem obseruatio & illud efficit,vt sexaginta quatuor denarij constituant Marchum,nonaginta sex libram duodecim unciarũ, & idem erit dicendum de argenteis regalib.quib.ad pondus legitimum utuntur aurifices,quorum quilibet octauam habet unciæ partem,aut drachmam veterẽ unam.

Ad rationem itaq; expendi poterit æstimatio numi argentei veteris,qui dictus est quinarius,idem & victoriatus.Hic,n.numus pars est dimidia denarij. Item sestertius argenteus numus,erat pars quarta denarij.libella itidẽ argenteum numisma partẽ decimã denarij habuit. Vicesima denarij pars erat sembella ,40.teruncius, qui quidem oẽs numi sunt omnino æstimandi ad rõnẽ denarij,atq; iõ constituta ꝓnotata æstimatione & collatione facta cum numis argenteis Castellanis,facilis erit ad rationem ipsius denarij & reliquos numos æstimare.

Verum aduersus Budæi opinionem quibusdã placuit, denariũ Romanum a drachma differre,ita quidem,vt licet drachma sit octaua unciæ pars,denarius tñ sit septima,qua rõne denarij septem unciam efficiũt integram. Huius rei testimonium primũ adhibetur ex Plinio , qui lib.33.c.9.inquit,miscuit denario Anto.triumuir ferrũ, miscuit æri,alij è pondere subtrahunt , cum sit iustum octuaginta quatuor è libris signari.Hæc Plinius .Quod si libra Romana octuaginta quatuor denarios habuit, palam est,quamlibet unciam & septem denarijs conflare.Idẽ ꝓtat testimonio Corn.Celsi lib.5. ca. 17.qui hoc ipsum expressim asseuerat.hic & Scribonius Largus in ꝓfatione probat,libram octuaginta quatuor denariorum esse.Sed & authoritate Appiani Alex.lib.2. bellorum ciuilium,& Suetonio simul in Iulio Cæsare.Hanc sententiam defendit Georgius Agricola libro 4.& 5. de Ponderib.& mensuris.idem repetit in eo libello,quem scripsit aduersus Alciatum de Ponderibus:ad ea uero , quæ Budæus,Portius,& Alciatus tradidere,respondet , drachmam Atticam Græcũ numum fuisse minoris ponderis,ꝙ denarius Latinus,sed quia drachmæ pondere , & æstimatione admodum similis est Latinus denarius,cõsueuisse veteres authores Latinos, dum Græcorum libros traducebant,drachmam in denarium vertere , ac rursus Græcos,qui Latinum in Græcam linguam vertebant,denarium drachmam interpretari.

Sed & illud certissimum est,vel Plinio authore libro 33.c.9.denarios non semper eiusdem ponderis fuisse, atque ex Tito Liuio libro quadragesimo quarto,& Nicãdri interprete ostendit Georgius Agricola in libro ad ea quæ Alciatus,denarium pondere drachmam Atticã cum dimidia,& denique denarium legitimo pondere diminutum fuisse , vt tandem hic denarius fuerit drachmæ æqualis.Idcirco de eo forsan accipienda est Budæi,Alciati,& aliorum sententia,non denario graui,nec ilio,qui frequentissimo pondere legumo tractabat.Etenim post Claudium Cæsarem Imperatores è libra signarunt nonaginta sex denarios , quorum quilibet drachmę erat æqualis,teste eodem Agricola in libr. 2.de ponderę monetarum,& in libro,ad ea quæ Alciat.

Denarium igit iuxta ponderis rationem, quã habuit Plinius in d.c.9.extimo fuisse illum, qui apud veteres Romanos iusti ponderis fuerit septimam habens unciæ partẽ,qui quidem erit 7.ex parte maior drachma Atticæ,& argenteo regali Castellano,quo aurifices vtunt ad pondus ltimũ.Idcirco huius denarij æstimatio,proportione nostri numi habita,erit fere quadraginta quadrantum,aut pãtium Marauedinorũ,si argenti mixti ualorẽ ꝓsideremus.Nã hoc argẽtũ & nũc & olim in vsu est ac fuit ad nomos cudẽdos,qũadmodũ ex Plinio ꝓbauimus.

Sic Denarij Romani quinquaginta sex efficiũt Marchum,qui est octo vnciarũ,cũ ẽm Budæi fabam drachmæ,& denarij sex iginta quatuor efficerent Marchum, qua ratione poterit quis facillime expendere qua ex parte maior sit denarius hic nostro argenteo Regali numo: siquidem tanti ponderis sunt quinquaginta sex denarij quanti sexaginta septẽ nostri numi argentei regales, ex quibus constat Marcha iuxta Regiam constitutionẽ.Sic ẽt deducitur,quota ex parte sit maioris æstimationis denarius Latinus.quã sit noster numus argenteus. Noster .n.numus valet triginta quatuor Marauedinos , ille quinquaginta.Imo si ad æstimationem argenti puri denarij constituantur , valebit quilibet quadraginta tres quadrantes Marauedinos,quod & Florianus Occampo obiter adnotauit lib.5.Historiæ c.25.Et hæc quidem dicta sint quo ad denarij numi,& drachmæ legitimum pondus,& æstimationem.

Latinus ergo denarius decem asslib.olim fuit æstimatus:quemadmodum Plinius,& alij passim testantur.

Quinarius,qui & victoriatus dictus est ab eiusdẽ authorib.quinq; asslib.æstimabatur , eritq; nostræ pecuniæ estimationis 20.quadrantũ,& sic 20. Marauedinorum.

Sestertius numus itidẽ argenteus erat quartam habens denarij partem,vt eandẽ sit nostræ monetæ æstimationis decẽ Marauedinorum.Habuit aũt duos asses , & dimidium quoad ualorem,& ita decem quadrantes.

Erat & apud veteres libella nomus argenteus,ꝙ unius assis æstimationem habuit,cũ esset decima denarij pars vt Budæus libro 2.de Asse probat,& testis est M. Varro libro quarto,de Lingua Latina,idem tradit Georgius Agricola libro secundo , de Pondere , & temperatura monet.Ex Plinio hoc ipsum deducitur libro. 33. capit. 3.qua ratione libella numus argenteus quatuor efficit nos æreos quadrãtes.Est & apud Volutũ Martianũ alia libella decima inquam pars sestertij,quę iuxta sestertij superius traditam æstimationem,erit modo unius quadrantis ualore censenda,aut unius Marauedini . Huius item libellæ meminit Georgius Agricola libr. 5.de ponderibus Græcis.

Obolus apud Græcos numus fuit argenteus,qui erat sexta Pars Atticę drachmę.Scribit etenim Plutarchus ĩ Lysandro,apud prius seculum sic omnino habuisse , vt numorũ loco ferreis uterentur uirgulis.i.obeliscis,pluribusque & greis,a quib.hoc etiam tempore numorum acervum Obolos uocari certum est,& obolos fex uñ conficere drachmam,quia tot manus ipsa cõplecteret . Ergo ex Plutarcho.apparet,obolũ sextam fuisse drachmę partem,qd & ex Plinio lib.21.c.vlt.adnotarunt Budęus libro 5.de Asse,& Georgius Agricola lib.2.de pondere & temperat.monet.idem libr.5.de ponderib.Græcis.hoc ipsum docet ex Polluce,Suida,& Xenophõte ,quibus obolus valet sex fere nostros marauedinos.Obolum autem olim dictũ fuisse phollen,testis est Suidas in dictione,obolus,& dictione,ϕόλλις,& in dictione,τετράολον vbique ea dictione(hi lebus libro decimo Historię

eccl.c.6.ex Latinis.)D.Aug.lib.vlt.de ciuitate Dei. ca.8. vbi Ludo. Viues,& Alc.ad 12.lib.C.hoc adnotarũt.Obolus ergo sex nostros valet Maruedinos,Semiobolus tres, Triobolus decem,& octo.Nostri vero aurifices appellãt Tomin quem nos obolũ diximus,idque obtinet quoad ponderis rationem,nam Tomin non est numus.

9 Apud Hæbreos erat oĩm,in vsu numus argenteus di ctus a Iosepho siclus,ab ipsis Hæbreis sicel,|quæ dictio & pondus significat auri,vel argenti, quod ipse numus appendit,nempe quatuor Atticas drachmas,authore Iosepho.li.3.Antiqu.c.10.& li.7.de bello Iudaico cap.26.& Hiero.li.1.c.4.Commentariorum in Ezechielem.idem esse Hieron.probat in traditionib.Hæbraicis super Genesim,c.24.atque ideo hoc pondus aut numus continet 24. Græcos obolos. Hæbreos aũt obolos habet viginti siculi constat Leuitici c.27.Exodi c.30.Et Numerorum c.3.Hebræus vero obulus maior erat obolo Attico. 5. parte.Nam 24.oboli Attici efficiebant Siclum Sanctuarij,quem efficiunt 20.Hebræi oboli. Cautum etenim erat lege veteri,cuius mentio fit d.c. 30. Numerorũ Sicli partem dimidiam domino offerẽdam esse. qua ratione a Cæsare Augus.,ꝓcurãte Iudæã Cyrino Præside ĩ tributũ Iudæis indictũ est,vt singulis annis q̃libet binas drachmas solueret, atq; iõ Mat. 17.didrachmus censet nummus ille,q̃ ꝓ tributo a Iudæis Cæsari reddebat. Q̃s & Budæus explicat li. 5 de Asse.Sed & Iosephꝰ scribit ĩ li.7.de bello Iudaico, cap.26.a Vespasiano Cæsare stipendium Iudæis indictum,vt vbicunque degerent, binas drachmas inferret quisq; in capitolio. ita vt ante Hierosolymorum templo penbebant quo in loco palam Iosephus probat dimidium siclum,quem Iudæi templo pendebant olim ex lege cuius mentio fit in d.c.30.Numero didrachmum fuisse,& iõ siclus integer erit quatuor drachmarum.idem siclus ab eodem Iosepho simplr dictus est argẽteus lib. 9.antiq.c.2.alibi idem Iosephus siclum interpretatur plane,ac vertit li.7.c.9.(Sic & Xiphilinus in Vespasiano scribit,ab eiusdem Vespasiani victoria indictũ fuisse Iudeis,qui Iudaicos mores,& instituta retinerent, vt Ioui capitolino didrachmum quolibet anno penderent.) Et hæc de siclo Sanctuarij,cum de eo expresslm agatur in locis ex veteri testõ paulo ante adductis:siquidem siclus sanctuarij a vulgari siclo,quo in commutationib.Hebræi vtebantur,in hoc distinguitur, ꝙ siclus sanctuarij 4.sicl' vero vulgaris duas drachmas pẽdebat, quẽadmodũ ex magistro Salamone adnotauit Georgius Agricola li.2.de Pondere monetarum.Et probat Lugdunensis in tract.de contractib. q.100.nu. 795.Ex quibus sit satis siclum Sanctuarij quatuor appensi sic drachmas Atticas & viginti obolos Hebræos,qd & ide Agricola tradiderat lib.1.de externis ponderibus, qui scribit, obolum istum Hebræum dictum fuisse Gera.quamobrẽ multa poterant deduci nõ omnino vulgaria in huius rei & numi examine,quæ subseruient,& plurimum conducent ad multarum authoritatum interpretationem.

Primum constat,stater ẽ numum,cuius meminit Matthæus c.17.censendum esse ponderis,& valoris quatuor Atticarum drachmarum,& denique sicli sanctuarij,cum is soluendus esset pro Christo,& Petro,& quilibet Cæsari soluturus esset didrachmum,id est numum duarũ drachmarum,dimidium nempe siclum Sanctuarij,& integrum siclum vulgarem Hebraorũ,q quidem numus cum duas habeat ponderis drachmas,conuenit quo ad pondus,& ẽstimationem fere duob.nummis regalibus argenteis,quibus modo vtimur ex constitutione Regum Catholicorum.denique simile omnino est duobus argenteis regalib.legitimi ponderis quorum rationem aurifices,& valeulani obseruant,sic didrachmus erat quarta vnicæ pars,& huius ponderis numus argenteus.

Secundo hinc deducitur,siclicum quẽ diximus apud Latinos quartam fuisse vnciæ partem,re, & nomine similem conferi Hebræorum siclo vulgari.

Tertio ex hoc pondere,& æstimatione poterit perpendi,cur septuaginta interpretes Numero.c.3.& Exodi c.38.Siclum interpretentur Didrachmum,cum locus ille palã tractet de siclo Sanctuarij,| quem ex authoritate Iosephi,Hieronymi,& aliorum constat 4.drachmas appendisse.Existimarunt.n.70.interpretes, siclũ Sanctuarij,& vulgarem paresse pondere,& vtrunq; duarum drachmarum pondus tm habuisse,vt tandẽ siclus ẽt Sanctuarij fuerit ponderis duarum drachmarum. Eãdem sniam sequitur & probat Epiphanius Salaminis vrbis, Cypri Episcopus cognomento Magnus alioqui Consltiæ præsul,(nã & Salamin ita dicta est,)qui omnium tã ponderũ grauitatẽ,q̃ capacitatẽ mensurarũ,q̃ sunt apud 70.interpretes,& Euangelistas explicat,cuius tñ opinionẽ tradito vero sicli Sanctuarij pondere improbat Georgius Agricola li.2.de externis ponderib. Habet etenim siclus Sanctuarij pondus drachmarũ quatuor Atticarũ.

Quarto eadẽ rõne facillimũ erit examinare pondus armillarũ aurearũ,q̃b.seruus Isaac.donauit Rebeccã.Pẽdebant.n.duæ illæ armillæ siclos 10.Genes.c.24. Nã si locus hic de siclo Sanctuarij,sit accipiẽdus,pondus duarũ armillarum erit censendus iuxta 40. Attichas drachmas, vel quinq; vnciarũ,aut deniq; 40.numorum aureorum, quos ex constitutione Regũ Catholicorũ signatos simplices ducatos appellamus.Quod si de siclis vulgaris.intellexerimus locũ p̃citatũ,pondus armillarum erit 20.drachmarum Atticarũ,atq; iõ 20.numorum aureorũ,quos dicimus ducatos simplices.Hieronymus tandem in traditionib.Hebraicis super d.c.24.locum illũ de siclo Sanctuarij palam intellexit. Nam & hic frequentissimus est in sacra veteris testamenti Historia.

Quinto ad eiusdẽ loci congruã interpretationẽ est idẽ obseruandũ pondus inauriũ, quas idẽ seruus Isaac Rebeccæ donauit,inquit.n tex.facer,Protulit vir inaures aureas appendentes siclos duos.Vñ apparet, vtranq; inaurem siclos duos appendisse, i.octo drachmales aureos,quib.vtimur,& quos simplices ducatos appellamus denique vnciam auri. Et hæc iuxta vulgarẽ editionẽ & valorẽ sicli Sanctuarij, cum pondus inauriũ sm vulgariũ siclorũ rõnẽ esset quatuor drachmarum,atq; ita quatuor aureorũ drachmaliũ,q̃b.Castellani vtimur. Quod si editio illa sit obseruanda,q̃ ex Hæbreo ferratione tradit in hunc modũ,protulit inaureã aurẽ dimidiũ sicli pondus ciusquemadmodum D.Hiero.traduxisse vĩ & probant Eugubinus,ac Georgius Agricola lib. 3. de Pretio veterum monetarũ,admodũ differt inauriũ pondus, si quidem est censendum,ac reducendum ad duas drachmas Atticas habita ratione sicli Sanctuarij. Quo fit, vt Aloysius Lippomanus in Catena super Genesim, c.24. existimet,75.interpretes non differre in eius loci trãslatione ab Hebræis dicentib.inaurẽ aureã fuisse ponderis semissis, vel dimidij sicli, etiam Sanctuarij, si apud interpretes 60. exponat, & adsumatur ἀπὸ ἕξεως differtur tue,vt sit sensus,quod qualibet inauris erat ponderis vnius drachmæ.Sic etenim vtraq; inauris erat ponderis dimidij sicli Sanctuarij,nẽpe duarũ drachmarũ.Cui rõni accedit,ꝙ septuaginta interpretes Sanctuarij siclũ semper,& vbiq; didrachmum interpretantur,quẽadmodũ superius probauimus, & manifestũ fit Numeror.ca. 3.& Exodi c.38.idcirco existimantes cum Hebræis virã que inaurem appendisse siclum sanctuarij, & earum quamlibet dimidium sicli, interpretati fuerunt distribuisse cuilibet inauris pondus esse censendum ad rationem vnius drachmæ, & ita dimidij sicli Sanctuarij. Sic tane fallitur doctissimus Eugubinus dum in dicto capitulo 24.maratur,quod septuaginta interpretes siclum verterint drachmã liquidẽ ipsi septuaginta interpretes

non

non interpretantur,siclum drachmam esse,cũ vbiq; eũ didrachmũ esse censuerit,sed existimarunt,Hebræos cuiuslibet inauris põdus tradidisse ad rõnem dimidij sicli, quem interpretes constituerunt integrum ex duab.drachmis,& dimidiũ ex vna tm drachma.Sed adhuc discrimen constat,si Hebræi de siclo Sanctuarij, & ponderis quatuor drachmarum intellexerunt locum illum, ẽt si vtriusq; inauris pondus fuerit ab eis significatũ ex dimidio siclo,quia septuaginta interpretes siclum integrum solẽt constituere sex drachmis,Hebræi vero ex quatuor Sic multo maior est differentia,si dixerimus ab Hebræis pondus cuiuslibet inauris ad dimidium siclum constitutum nam vtraq; inauris erit quatuor drachmarũ ex põdere integri sicli Sanctuarij qua ratione vt Aloisij Lippomani sniam probemus,oportet dimidium siclũ apud Hebræos accipere pro pondere cuiuslibet inauris, & de siclo duarum drachmarum intelligere.Etenim tunc iuxta interpretes septuaginta quælibet inauris appendebat drachmã vnã,& sm Hebræos dimidiũ siclũ. Quod si dixeris,Hebręorum C.intelligendum fore de siclo Sãctuarij quatuor drachmarum, & vtriusq; inauris põdus ab eis significatum ex dimidio siclo tunc interpretes septuaginta notari possent ex hoc,ꝙ dimidiũ siclum duabus appenderint drachmis,quo pondere ipsi censere toleant integrum siclũ.Editio vero vulgaris,& q̃ ab Ecclesia Catholica constitutissimã habet authoritatem,vt cõueniat editioni Hebraicæ,q̃ pondus significauit sicli dimidij,erit intelligenda de siclo vulgari,vt tandem q̃libet inauris ex.C.Hebreorũ appẽderit dimidiũ sicli Sanctuarij|quatuor drachmarũ,& vtraq; integrũ siclũ,sicq; quatuor drachmas,vel duos siclos vulgares,quorum quilibet didrachmus erat.

Sexto hinc plane deducitur,sibi non constare doctissimum Eugubinũ,qui Leuit.c.27.scribit,siclũ apud Hebræos esse quasi sestertium masculini generis apud Latinos.Est.n.hic manifestus error.Nã siclus, etiã si is esset vnĩ drachmæ,hẽret fere quatuor sestertios Latinos,& multo plures,si is duas drachmas,aut quatuor pẽdebat.

Septimo apparet inde,an certũ sit qd diuus Hiero.in d.c.24.Geneseos tradit,scribẽs,siclũ Hebręũ esse vnciã, & vnciã vnam pendere.idẽ asserit Isidorus lib.16.etymol.c.24.Nã hoc incertũ sit vel ex eo,qd idẽ Hieron. fatetur,siclum pendere quatuor drachmas,& tñ vncia cõstat ex octo drachmis.Vñ verius dixissent hi authores, siclum esse semunciã. Qd ex authoritate Isidori tradit Anto.Aug.lib.2.Emendationum.c.8.cum ipse Isidorus asserat,siclum vnciam esse.Igitur vtcunq; sit, siclus sanctuarij quatuor Atticas drachmas appendit,& iõ semuncia est.Rursus Iosephus lib.7.antiq.c.8.scribit,minã pendere 40 siclos.Quod siue intelligas de mina Hebræa, siue de Attica satis,differt ab his q̃ superius adnotauimus.

Octauo expendi poterit ex his numus ille cuius mẽtio fit apud Xenophontem lib.1.de Cyri ascensu ad Babylonem.Is.n.dictus est siglus,& vt ex eodẽ Xenophõte deducitur,pendet septem obulos Atticos,& dimidiũ. Sed & Hesychius tradit,siglum numum esse Persicum, aut Sardianicum,& valere octo obolos Atticos. pendet egro hic numus drachmam vnam, & tertiam alterius partẽ.idẽ probat Agricola lib.2.de Pondere monetarũ.

Nono hinc erit examinanda gl. in c. ti quis aliquando,ff. in Leuitico.de pœniten.dist.1.vbi mentio fit si-
10 cli Hebraici.Ioannes etenim Theutonicus hæc continxit carmina:

Tres siclos obolus obolos tres drachmas,sed octo
Vncia fert drachmas,duodena dat vnica libram.
Siclus habet drachmas septem obolos numus vnus.

Hæc tane carmina parum tibi constant. Nã si obolus habet tres siclos,fieri non potest, ꝙ siclus habeat septẽ drachmas obolo minus vno.Idcirco Anto.Aug. in d. li. 2.Emendation.c.8.docte,& diligenter probat,primum carmen aliter legendum esse,ita equidem.

Tres siliquas obolus,obolos sex drachma.

Item admonet,siclũ viginti pendere obolos Hebræos,quod nos paulo ante probauimus.Superest tñ adhuc error:etenim si ex Anto.Augustino legẽdũ est in primo carmine,obolos sex drachma,qua ratione fieri põt, vt siclus habeat septem drachmas vno dempto ex his drachmis obolo?haberet siquidem siclus 40. & vnum obolos, quod satis refragatur eidem Anto.August. atque iõ nec ipse sibi constat,nos vero arbitramur authorem horum carminum non satis percepisse rationem, & vim huius numismatis.nec item intellexisse drachmæ pondus,tametsi primũ carmẽ,vt & alia cõueniant sit ita legendũ:

Tres siliquas obolus obolos tres drachma.

Ita.n.fit,vt siclus habeat septem drachmas obolo minus vno.i.viginti obolos,quos licet Hebræos vere siclus habet.Hic dubio procul est huius authoris sensus,etiam si plurimum ab scopo errauerit,dum drachmã effecerit trium obolorũ,& ipsa vere sex obolos appendat.Sic etiã decipit dum viginti obolos Græcos ex his, quos drachma Græca pendet tribuit siclo,qui viginti quatuor Græcos obolos pendet,deinde siclum existimat habere septẽ drachmas,cum omnium sententia maior siclus,qui dicitur Sanctuarii ponderis, sit quatuor drachmarum.

11 Cæterum,licet ea quæ de pondere denarii, hac sestertii scripsimus,ita recepta fuerint,vt inde posimus horũ numismatũ valorem ad nostrã argenteã monetam conferre ablq; insigni æstimationis,& pretii errore, de valore tñ,quẽ hi numi apud veteres habuerint,maxima est cõtrouersia.Nã etsi ab initio denarius decẽ valuerit asses,& quinarius quinque,sestertius duos, & dimidium, sunt plane qui existiment,paulo post valoré istum mutatum fuisse,& denarium existimatum esse decem, & sex asslb.quinarium octo,sestertium quatuor,Hoc. n. appareret ex Plinio lib.33.c.3.qui id contigisse scribit Hannibale vrgente Rempublicam,Q.Fabio Maximo dictatore. Eiusdem sentẽtiæ authores sunt Volusius Mætianus in lib.de Asse.& Vitruuius libro .3 de Architectura .quorum authoritatem sequutus Anton.Augustinus libr. 2. Emendationum,c.7.a Budæi, & aliorum sententia discedit.Huius opinioni accedit locus insignis apud Cornelium Tacitum libro primo,quo in loco,vbi agitur de seditione Pannonica,conqueritur Pannonicus miles,ꝙ decem asses, non denarium acciperet:constat igitur apud Tacitum denarium pluris, quam decem assium, æstimari.Nam & ex Plinio in d.capitulo tertio,apparet in stipendio militari semper denarium decem assib. æstimatum fuisse,& idcirco decem asses militi dari solitos pro denario,qui erat diurnum stipendium:sed & Plinius ipse palam affeuerat,eius ætate denarium æstimari decem & sex assibus,& sestertium quatuor.Volusius itẽ Mętianus in d.lib.de Asse,qui iurisconsultus fuit,& floruit sub Anto.Pio,Hadriano,& Anto.Philosopho,manifeste,& eo tempore hanc fuisse horum numismatũ æstimationem scribit,vt hinc satis probatum esse videat adversus Budæum,& alios,quæ fuerit vera sestertii,ac denarii æstimatio.Sic sane intelligenda est Iustiniani Cęsaris constitutio in l.vlt.C.de dona.Verba(inquit)superflua,q̃ in donationib.poni solebant,id est, sestertii numi vnius,assium quatuor,pęnitus esse reiicienda censemus. Etenim ad interpretationem sestertii,ne quis ea verba intelligeret de sestertio neutrius generis,adiectum est assium quatuor,cuius valoris erat sestertius,sm Mętianũ. Quę quidem interpretatio placet Antonio Augustino. Cui libenter addiderim, illa verba (sestertii vnius) in donationibus ideo esse superflua,quod cum vere donatio fierer,simulatè vnius numi pretium apponebatur,vt videretur venditio,quæ vnius numi pretio appobito fi-

di

asia medicalium d. Regis ante conduxerit. ff. de acq. pos. & ex Suetonio in Cæsare, & Valerio Maximo li. 5. adnota tit Budæus lib. 1. de Asse & in rub. ff. de in dic adiectiõe.

Vtcunq; ita sit, etsi a Budæo Mætianum sequuti discedamus, iterum admoneo, non esse admodum incertam denarij, & sestertij æstimationem ad nostræ pecuniæ rationem, & pondus, ex quo certa potest constitui, & definiri æstimatio, sed & illud plane constabit, ad Hannibalis tẽpus, & Q. Fabij Maximi Dictaturã, denariũ decẽ assibus æstimatum fuisse, sestertiumq; deob. & dimidia, tametsi postea contigerit maior horũ numismatum æstimatio. Quod si quis adhuc sequi Budæi telam velit, ac existimet frequentiorẽ fuisse in Republica Romana denarij æstimationem ad rõnem decem assium, & sestertij ad rationem duorum, & dimidij, deniq; Matiani æstimationem opinetur tpariam fuisse, habet profecto graues authores Varronẽ lib. 4. de verbo. origine. Priscianũ li. 6. & Sextũ Pompeiũ, qui censent, Denarium decem asses valuisse quinariũ quinq; Sestertiũ duos, & dimidiũ, tametsi admodũ vrgẽt authores in ꝺ̃rũ citati, ex quib. apparet, hãc ẽstimationem fuisse receptam ad Q. Fabij dictaturã, & post eã denariũ plurib. asib. æstimatũ esse.

Fortassis, vt & hoc obiter admotemus, argentei, quib. Chrysus diuenditus est, non erant denarij, sed numi didrachmi, vt censet Budæus lib. 5. de Asse. ex numo quodam illorum, qui apud Gallos in sacrario ecclesiæ cuiusdam maxima cum veneratione seruatur. Sic fane erant illi numi sich vulgares Hebræorum.

Fit deinde mentio aliquot in locis Sterlinguorũ quorundam. erat vero Sterlinguus numus argẽteus Anglicus ex vicesima sexta parte vnciæ, nam 17. numi argentei Sterlingui vnciam pendebant authore Virgilio Polydoro in historia Anglica lib. 16. Dictus autem est hic numus, vt idem author tradit, Sterlinguus, q̃ Sturnus auis, Anglice Sterling, vulgo Storno, in altera parte numi esset impressa. Erit igitur quilibet Sterlinguus paulo maior sestertio Romanorũ, siquidẽ 28. sestertij vncia apud Romanos efficiebant, quã apud Anglos itidẽ ꝑstituunt 26. Sterlingui, atq; ita erit Sterlinguus tertia numi regalis argentei pars, aut numus paulo minor tertia Castellã argentei parte. Horum Sterlinguorum mentio fit in c. constitutis. de procurat. & in c. fide arbitris.

SVMMARIVM.

1 *Aureus numus apud Romanos, quo tẽpore fuerit percussus.*
Die antea nomen quos signari iusserunt Reges Catholici Fernandus & Elysabeth, eorumque nepos Carolus imperator.
2 *Solidus aureꝰ, cuꝰ mẽtio fit à Iustiniano, q̃ põdus habuerit.*
3 *Solidus, qua ratione ſ. dictus fuerit. Et in hoc de tremisib. & semisibus*

De veterum aureis numis.

CAP. III.

2 AVREVS numus apud Romanos cœpit post annum 672. quam argenteus, teste Plinio li. 33. c. 3. nẽpe anno ab vrbe ꝺ̃ita quingẽtesimo quadragesimo sexto, ante Christi natalem annum ducentesimo duodecimo. Graci itidẽ numis aureis vti fuere, quem ad modũ passim cõstat ex Historicis, Græcisque authoribus. tametsi Lycurgus numos aureos, & argenteos expunxerit, ferreo forum vtendũ ꝓponẽrit, sicuti Plutarchus scribit in eiusdem Lycurgi vita.

Regis autem Catholici Ferdinãdi, & Elysabeth anno 2 M. CCCCXCVII. cudi iussere monetam auream in his Regnis ad hanc rationem, vt ex quolibet Marcho procuderentur 75. numi aurei, & tertia alterius numi pars. Sic etenim ex libra auri duodecim vnciarum percussi fuere numi aurei nonaginta octo. Hi vero numi ex ipsa Regia constitutione appellant excellentes, eiusq; ponderis dupli fuere, item tignati alij numi aurei, quos Doblones vulgus appellat, & demum alij, qui quinque, decem, 20. aut quinquaginta numos excellentes penderent, quos sæpissime, & nos vidimus, atque ita cautum extat pragmatica constitutione 118. Hac denique deprehensa horum numismatum ponderis ratione apparet, quemlibet horum numorum, quos Ducatos dicimus, & qui excellentes Regia. l. nuncupantur, drachmalem esse, & fere habere Atticæ drachmæ pondus. Nam drachmæ Atticæ 64. Marchum efficiunt. 96. Romanam libram duodecim vnciarum. Quamobrem ex aureis his drachmalib. integri ponderis 64. tot detrahuntur grana, q̃ efficiunt numum alium, & alterius tertiam partem, sic ex 96. tot grana subtrahuntur, quæ duos numos aureos excellẽtes constituunt. Drachmam autem hac in parte intelligo Atticam quæ appendit septuaginta duo grana, q̃ quidẽ Attica drachma duas continet drachmas vulgares, q̃b. aurifices vtuntur. Valet autem quilibet numus aureus ex his vndecim Regales argenteos huius regni numos quorum præcedenti capite meminimus, & ultra vnum Marauedinum æreũ, atq; iõ valet CCCLXXV. æreos Marauedinos.

Expendebatur in his Hispaniarũ regnis ab hinc decẽ 20. & triginta annis aureus dictus Castellanus, cuius põdere, & nunc aurifices, fabriq; argentarii vtuntur. Erat vero is numus probi quidem auri, & pendebat octo tomines, quorum quilibet pendit duodecim grana, duoq; efficiunt scriptulum, sic fane numus aureus Castellanus appendit Atticam drachmam. & scriptulum vnum, habetq; sextam vnciæ partem, qua ratione 48. Castellani efficiunt Marchum vnum, pondere quidem iusto, & sex vnciamquemadmodũ ex ipsius numismatis vero pondere satis apparet. (Atq. hæc constant, si vncia, qua modo vtimur, eiusdem ponderis est, cuius Romana. sed qa maior quibusdam vr̃, ad exactam huius numi rationẽ alia est eligenda via iuxta quam ex Marcho quinquaginta Castellani cuduntur, aut cudi solent.) Huius numi aurei Castellani valor est plane quadringentorũ octuaginta quinq; Marauedinorum, quorum in 1. c. meminimus.

Demum Carolus Cæsar, Hispanorum Rex percussi iussit aureos numos, qui coronati, aut Coronæ dicunt. Hi mõ frequentiores sunt, quorum sexagintaocto faciunt Marchum octo, & dimidius vncia, triginta quatuor pendunt vncias quatuor: centum, & duo efficiunt libra Romanam duodecim vnciarum. Valor cuiuslibet numi ex his censet ad tercentũ quinquaginta Marauedinos. Denique numus hic aureus decem regales argenteos numos & decem æreos Marauedinos in æstimatione reddit sicuti statutum est ab ipso Carolo in Pintiano totius regni cõuentu anno M. D. XXXVII. l. 104. Habetaũt aureus hic numus pondus sexaginta octo granorum, cõficiturque, & signatur ex auro non ita puro, & pretioso vt est illud ex quo excellentes aurei numi signabantur.

Olim a Romanis numus percussus fuit, qui ex auro signatus simpliciter aureus dicebatur, cuius numi passim mentio fit a Iurisconsultis, & veterib. Historicis, sed quia ab eisdem traditur plerunq; numus aureus, qui dicitur est solidus, nondum satis constitutũ est, imo adhuc controuertitur, an aureus, & solidus eiusdẽ ponderis, & valoris fuerint. Ipse vero posit tot egregios authores rẽ istam breuiter examinabo, rõnes vtri usque opinionis, & authoritates adducens, ne videar temere alteram ex his sententiam elegisse, & vt palam sit posse vtranque habita ratione temporum vere, & constanter asseueran.

Primum

Primum. n. illud si absque controuersia solidũ aureum, cuius mentio fit a Iustiniano, & alijs paulo ante Cæsarib. sextam fuisse vnciæ partem, atq; drachmã Atticã, & scrupulum vnum, quo fit vt sex solidi efficiant vnciam, & septuaginta duo libram. Quod constat ex Isidoro libr. 16. Etymologiarum, c. 14. Constantino Harmenopulo libr. 3. Epitomes tit. 7. textus ad hoc insignis in l. quoties. C. de susceptoribus. & arcarijs. libro. 10. cuius literam, & cõtextum subijciam ex ipso Codice Theodosiano, vt lector percipere possit facillime quantum differat a vulgata lectione, & aliqua Accursium adnotasse, quæ plane subticuisset si integram constitutionem legisset. Extat igitur constitutio hæc libro. 12. Codicis Theodosiani l. 1 3. titulo. de susceptoribus, præpositis, & Arcarijs.

Idem A. A. ad Germinianum Com. S. L.

QVOTIESCVNQVE *solidi ad largitionum subsidia perferendi sunt, non solidi, pro quib. adulterini saepe subduntur, sed aut idem in massam redacti si alunde qui solui potest habere materiam auri obrizae dirigatur pro ea scilicet parte quam vnusquisque defendit, ne diutius vel allecti, vel prosecutores, vel largitionales adulterinos solidos subrogando in compendium suum fiscalia emolumẽta conuertant. Illud etiam cautionis adiicimus, vt quotiescunque certa summa solidorum pro tituli qualitate debetur, & auri massa transmittitur, in 72 solidos, libra ferat accepto. & catera. Dat. 6. Idus Ianuarias Romæ Lupicino & Iouino Consulib.*

HAEC in Codice Theodosiano nuper typis tradito Ioan. Tilij Angolismensis diligentia, & opera, tametsi in Iustiniani. C. tantum appolita sit vltima huius cõstitutionis pars, his equidem verbis:

Quotiescunque certa summa Solidorũ pro tituli qualitate debetur, aut auri masla transmittitur, in septuaginta duos solidos libra feratur accepto.

Huius constitutionis authores fuere Valens, & Valẽtinianus Imperatores, ac Cæsares. Vã manifestũ fit, solidũ aureũ, sextã fuisse vnciæ partẽ, & iõ sex solidos vnciam, 72. aut libra duodecim vnciarũ efficere. Hanc sniam ẽt probant, & admittunt præter Isidorum, & Constantinum, Gulielmus Budæus lib. 5. de Asse, Georgius Agricola lib. 2. de Pondere, & temperatura monetarum. & Alciat. libr. 3. Dispunctio nu. c. 9.

Solidus aũt iõ dictus est, q̃ nihil illi deesse videat. Solidũ. n. antiqui integrum dicebant, ſm Isidorum, & ꝓbatur in l. ergo. §. creditorib. ff. de fideicom. liber. testis itẽ est & Horatius scribens aut partẽ solido demere de die. Idẽq; Nebrissensis adnotauit in Iuris ciuilis lexico. Ea vero dictio, de qua mõ agimus ẽt aureis ꝓuenit, & in vsum accessit ad discrimen constituendum inter aureos integros, & semisles, cum semisses ex dimidia aurei parte, tremisses ex tertia constarent, sicuti apparet ex Aelio Lãpridio in Ale. Seueri vita. & in l. iubemus. C. de erogatione militar. annonæ. lib. 12. & tit. de veste militari. l. 3. eo. lib. quo in loco inquirunt Archadius, & Honorius, Fortissimis militibus nostris per Illyricũ non binos tremisses pro singulis chlamydib. sed singulos solidos dari ꝓcipimus. Sic Volusius Mætianus de asse, libram integrã solidum appellat, Prima inquit diuisio solidi. i. libræ. ex quib. deducitur, non ex eo dictum fuisse solidum, quia de solido, & puro auro factus fuerit, a soliditate, vt falso existimat gl. in l. vnica. C. de veteris numismat. potest. lib. 11. Nam & ex his, quæ hoc in capite nos adnotauimus, constabit, aureos veteres, & solidos frequentissime pensos fuisse ex auro mixto, nõ ex puro, & obrizo. Tametsi Ouidius aurum hoc solidum dixerit lib. 3. Amorum, elegia. 7. Eruimus terra solidum pro frugib. aurum. Solidus tñ hic numus aureus 24. siliquas appendit, & iõ octaua eius pars tres habet siliquas, vt probat Anto. Aug. ex Nouel la Græca constitutione 130. de vsuris nauticis, nondum typis tradita, etiam si falso alij ꝺ̃rium scripserunt, quorũ error manifeste deprehenditur ex eo, q̃ sexta vnciæ pars quam appendit solidus, constat ex drachma Attica, & scriptulo, drachma vero ex obolis sex, & sic decem, & octo siliquis, scriptulum ex duob. obolis, atq; ita ex siliquis sex, quemadmodum in c. præcedenti probauimus, vnde solidus viginti quatuor habet siliquas.

Hinc tandem fit, vt solidus hic numus aureus, qui sextam habet vnciæ partem omnino similis sit numo aureo Castellano. Et hoc quidẽ obtinet quo ad põdus, nã de valore, & ꝓtio ipsius solidi paulo post in hoc ipso capite dicemus, tametsi hæc fere iam olim tradiderimus li. 1. Var. rei. c. 11. Hęc igif sunt plane accipienda, & absq; vlla cõtrouersia de solido aureo, cuius mentio fit in ipsius Iustiniani Codice, & in eiusdem Cæsaris constitutionib.

SVMMARIVM

1 *Aureus quod sexta fueris vnciæ pars multis probãt rationib.*
2 *Rursus traditur, aureum a solido differre, & quartam efficere vnciæ partem.*
3 *Quæ fuerit hactenus auri ad argentum, agentive ad aurum proportio.*
4 *Auri bonitas traditur & qua ratione cognosci ex posit.*
5 *Aurum obrizum quid.*
6 *Argenti bonitas itidem distinguitur.*
7 *Argentum postulatum quid.*

§. PRIMVS.

1 DAVREOS sane quidam opinantur, eũ numũ pondere simile fuisse solido, atque iõ sextam fuisse vnciæ partẽ. Hæc sña placuit aduersus Budæum Aemilio Ferreto Inst. de pena temere litig. Ant. Aug. lib. 2. Emendat. c. 9. Eandẽ probat veriorem, ac certiorem esse cẽset Io. Arce ab Otalora olim in hoc Granatensi Prætorio Regius consiliarius, qui nunc Pintiæ eodem munere fungitur, vir equidem ob singularẽ eius eruditionẽ ab omnib. sed a me præ cæteris suspiciendus. Is inquam in elegãti opere, quod de nobilitate Hispana publicũ fecit, part. 2. c. 4. scribit solidum, & aureum idem esse, nec pondere, nec valore differre. Horum authorum rationes exponam, vt facilius deprehendi possit, quo tendat huius controuersiæ status.

Prima eorum ratio adsumitur ex d. l. quoties. qua cõstat, numum aureum, qui solidus dictus est sextam fuisse vnciæ partem. Idem probatur authoritate Isidori, & Cõstantini Harmenopuli, quorum modo meminimus. Igitur satis apparet aureum numum apud veteres, & Iurisconsultos sextam fuisse vnciæ partem, & sic omnino similem extitisse solido pondere quidem, & item numo aureo Castellano.

Secunda ratio adducitur ex l. vnica. C. de collat. æris. libr. 10. Ea etenim constitutione quilibet aureus solidus æstimatur viccnis libris æris. i. interprete Anton. Augustinum viginti sestertijs. Sed si solidus minoris ponderis esset, quam aureus, verisimile non sit, eum pluris ẽstimari, cum aureus centum tantum sestertijs fuerit æstimatus. Consequitur ergo, cum constet de solidi certo pondere, idem pondus & aureum habuisse.

Tertio idem probatur in l. si vero. §. Prætor ait. ff. de his, qui deiece. vel effud. pena etenim ibi statuta est iure Pandectarum decem solidorum, quæ per Iustinianum expressim traditur nomine decem aureorum. in §. item his. versi. cui similis est. Inst. de obligationib. quæ ex qua si maleſi. nascuntur. Ex quib. duo libet adnotare. Primum apud Iurisconsultos in Pandectarum libris mentionem fieri solidorũ, quæ itidem fit in l. quia vulgo. ff. de ædil. edict. Secundum, promiscue a Iurisconsultis. & Iustiniano accipi solidos, & aureos, vt idẽ omnino sint.

Quarto

Quarto hoc ipsum stabilitur ex l.1.in prin. ff. de his, qui deiecer. vel effud. quo in loco pœna cõstituit quinquaginta aureorum, quam sub eadẽ quantitate, & eodẽ aureorũ nomine repetit Iustinianus in d.§. itẽ is. verſ. ob hominẽ. vt hinc plane constet, Iustinianum veterem aureorũ monetam minime mutasse, sed manifesto argumẽto comprobasse eam solido parem esse, cum in eadem materia, quæ per veteres leges tradita fuerit sub promiscuo aureorum & solidorum vsu, ipse met quandoq; solidorum, quandoque aureorum mentionem fecerit.

Quinto idem probare conantẽ ex eo qđ Iustinianus §. vlt. Inſt. de pœna temere litigant. pœnam a Iurisconsultis quinquaginta aureorũ nu. staturam in l. si libertus ff. de in ius vocand. l. 2. Lin cum. & lege vlt. ff. in ius vocati vt eant. quinquaginta solidorum nomine expressit.

Sexto conflat, a solido aureum non differre, nec põdere, nec valore, ex Reg. l. 7. tit. 18. par. 1. vbi aduersus occidentẽ Episcopum, presbyterum, aut Diaconum pœna solidorum statuta est sub certo numero, cum idem numorum numerus videatur sub aureorum nomine iure communi definiri pro eisdem criminis pœna. c. q; subdiaconum 17. q. 4.

Septimo hoc ipsum probari potest, quia in quibusdã Regijs constitutionib. mentio solidorum fit in his casibus in quibus apud ipsos Iurisconsultos aureorum nomen exponitur. Nam & auri, quorum meminere Iurisconsulti, l. 3. §. 1. & §. 2. ff. de sepulchro violat. solidi nomine nantur in l. 1. & 2. lib. 4. fori.

Octauo eadem opinio comprobatur authoritate Accursij, Bar. & Doct. in d. quoties & in l. quicunque. C. de seruis fugit. Abb. & Fel. in c. conquerente. de offi. ord. quorum, & aliorum communi consensu decium exstat autem iurisconsultorum, & solidum Iustiniani eiusdẽ valoris, & ponderis fuisse.

Nono & his rationibus ipse aliam adijcio, certo sciens quantum ea sit roboris habitura. Etenim cũ Regiæ Paritatum leges plerunq; ac frequentissime aureos, & solidos veterum Iurisconsultorum, & Iustiniani in eandem monetam Hispaniarum transtulerint, fatis est probabile doctissimos illos viros, qui Paritatum operi fidem non dedere operam plane existimasse, eiusdem ponderis, & valoris aureum & solidum fuisse.

2 Verum ex contrario alijs visum est, aureum veterem a solido. C. Iustiniani differre proportione sescupla, ita quidem, vt aureus sit sescuplo maior pondere ipso qđẽ solido. Atq; ideo quatuor aurei vncia est ciunt, 48. auri libra duodecim vnciarum. 32. Marchum octo vnciarũ. Sic etenim censent & opinantur Guil. Budæus lib. 3. & 5 rursus. lib. 5. de Asse. Leonard. portius lib. 1. de monetis, & ponderib. Alc. lib. 3. disp. cap. 9. Georgius Agricola lib. 2. de pondere & temperat. monet. quorum sententia multis probari potest.

Primo ex ipsis met numis aureis veterib. quorum 24. tellatur Budæus in d. libr. 3. expendisse, atq; ex iusti ponderis examine deprehendisse ipsos, appendere sex auri vncias. Scribit tamen aureis 24. addisse duas drachmas, & grana quædam, ex quib. persecisse rem ad æquilibriũ. Sic factum est, vt 24. aurei duæ ad iustũ, & exactũ pondus deficerent drachmæ. Idq; mirum non est ob eorum vetustatem, ex qua contingit, & corroti aliqua ex parte fuere. Igit huius doctissimi viri diligentia probabilius est aureũ quartam fuisse vnciæ partẽ, cum 24. ex vncias appenderint, duab. propter vetustatem eorum deficientibus drachmis.

Secundo ad hoc ipsum & locus Plinij conducit lib. trigesimo tertio, c. 3. Etenim ex emẽdatione Leonard. Portij, Agricolæ, & aliorũ, ita is scripsit, Aureus nummus post annum 62. percussus est quam argenteus, ita vt scrupulu valeret sestertijs vicenis, quod efficit in libras rationem sestertiorum, qui tũc erant, V. D. CCLX. sestertio. Post hæc placuit, quadraginta duo signari ex auri libris, pau latimq; principes imminuere põdus, minutissime vero ad quadraginta octo. Hæc Plinius ex quo apparet aureos quatuor vnciam fecisse, & ætate ipsius Plinij ex auri lib. Romana percussos fuisse aureos quadraginta octo

Tertio his accedit Iulij Pollucis authoritatis etenim lib. 4. de Vocabulis ad Cõmodum Cæsarem inquit, Aureus numus duas drachmas Atticas habebat. Vnde patet, vt quẽadmodũ denarius Romanus fere drachmalis pondere fuerit, ita & aureus Romanus duas drachmas habuerit vũ manifestũ sit, aureum quartam fuisse vnciæ partẽ, cũ vncia ex octo drachmis constet. Erit igitur hic aureus Romanus iuxta pondus illud simile fere habita ratione ponderis aureo numo duplo, quem vulgus Dobion appellat. Est n. duplus hic numus aureus ponderis fere duarum drachmarum, siquidem dupli aurei Castellani, quos cudi iusserunt Reges Catholici Ferdinandus, & Elysabeth, triginta duo efficiunt Marchum addito alterius dupli aurei besse, aut duob. adiectis tremissib. atq; ideo quatuor ex his vnciam fere constituunt.

Quarto ad hanc rem diligentius expendendam oportet prænotare, aureum illum veterem, qui ubique vsitatus inuenitur 25. denarios argenteos valuit, si is foret solido similis ita, vt drachmam, & scrupulum appenderet, maxime dissimilem constituere proportionem, & analogiam auri ad argentum, multumq; diuersam ab ea, quæ Cæsarum temporib. & multo ante Romæ habita fuerit. Qua de re illud est æstimandũ, qđ olim cũ Romæ foret auri penuria, authore Plinio ea fuit proportio auri ad argentum quæ est quindecim ad vnum; drachma etenim auri quindecim argenti drachmis æstimabat. Erat ergo quindecuplex auri ad argentum analogia, seu æstimationis proportio. Qđ palã deducitur ex Plinio, qui lib. 33. c. 3 scribit, scrupulum auri vicenos sestertios valuisse, sed 20. sestertij quindecim argenti scrupulos continebant, nempe appendebant quinque drachmas, aut denarios, quorum quilibet, si denarius omnino drachmæ similis est, tria scrupula pendit. igitur ex Plinio deducitur, tunc auri ad argentum esse proportionem quindecuplam, atq; ita Budæus Plinij locũ lib. 3. de Asse inducit, & interptat.

Deinde apparet, Romæ vnam auri partem decem argenti partib. aliquando æstimatã fuisse. Cui rei testis est Liuius lib. 38. agens de conditionib. pacis, ad quas Aetoli conuenerant cum Romanis, inquit. n. De pecunia summa, quam penderunt, pentionibusq; eius nihil ex eo, qđ cum Consule conuenerat mutuatum, pro argento in aurum dare mallent, dare conuenit, dum pro argenteis decem, aureus vnus ualeret. Idem & Iulius Pollux lib. 9. de vocabulis ad Commodum, affirmat ex Menãdri comœdia, q depositum apud argentarium dr. Huius loci Budæus, & Georgius Agricola meminere. Et licet Lugdunensis de contractib. q. centesima, nu. 779. existimet, parum caute Liuij locum ad rem istam adduci, opinor ipse optime hoc ex eo probari, cum sit uerolimile, de aureo & argenteo eiusdem ponderis actum fuisse.

Herodotus tamen in Thalia vnum auri talẽtum taxauit tredecim argenti talentis, (& fere quindecim Diodorus Siculus li. 16.) Romę vero Sergii Galbæ temporibus vna auri portio æstimata fuit argenti portionib. duodecim, & dimidio, qđ ex Tranquillo, & Cornelio Tacito in hunc modũ deduxit Georgius Agricola. Scribit enim Suetonius Tranquillus in Othone Syluio. Nullo igit officio, aut ambitionis in quemquam genere omisso, quoties cœna principẽ acciperet, aureos excubãti cohorti viritim dimidebat. De eadẽ quoq; largitione ita loquitur Tacitus, Eo paulatim progressu, vt per speciem conuiuij quoties Galba apud Othonem epularetur, cohorti excubias agenti viritim centenos diuideret. Nam cũ centũ numi

numi sestertij efficiant quinq; & viginti denarios, & aureus duorum denariorum pondus habeat, vna quidem auri pars, argenti partib. duodecim & dimidia æstimata fuisse vr. (Sed & Dion lib. 55. asseuerat, aureum apud Romanos fuisse valoris, quinque & viginti drachmarũ Atticarum.)

Hipparchus Apud Platonem aperte asseuerat, vnam auri portionem esse pretium duodecim argenti portionum. Sic etenim constat ex Platonis dialogo cui titulus Hipparchus, vel de lucri cupiditate.

Deinde Vespasiani temporib. vnam auri portionem, argenti portionib. duodecim æstimatam a Roma. fuisse deducit ex Plinio, qui lib. 19. c. 1. Proximus, inquit, Bissino, mulierum maxime delicijs circa Elim in Achaia genito quaternis denarijs scripula eius permutata quondã vt auri. Habent. n. quatuor denarij pondus duodecim scrupulorũ, seu scriptulorũ. Eritq; paulo maior auri ad argentũ proportio, si denarium maiorem drachma cõstituamus, nempe si septẽ denarij efficiant vnciã, q conflat ex viginti quatuor scrupulis, tunc sane quatuor denarij pondus habebunt fere quatuordecim scrupulorũ, atq; iõ auri ad argentũ proportio hæc erit constituenda vt vna pars auri fere quatuordecim argenti partibus sit æstimanda. Sic deniq; tpe illo, quo Romæ solidus sextularis erat auri portio vna quatuordecim argenti portionib. æstimabat, quemadmodũ ex l. 1. C. de argenti pretio. lib. 10. deducitur, & adnotarunt Lugdunensis de cõtib. q. 100. nu. 779. Ant. Aug. lib. 2. Emendatio. c. 8. Hoc ipsum & multo ante obtinuerat, vt ex Plinio mõstrauimus, & ex Suetonio, ac Tacito paulo ante citatis, idem obseruandum erit, si ex septem denarijs vnciã, & ex duabus drachmis aureum veterem constituamus: siquidem viginti octo drachmæ, & aliquid plus constent ex viginti quinq; denarijs. Fit satis manifestũ, olim Romæ tpe, quo solidꝰ erat in vsu ex sexta vnciæ parte, & itẽ eo, quo aureus publica percudebat authoritate, auri ad argentũ eam fuisse ꝓportionẽ, quæ est vnius ad quatuordecim.

Qđ si hæc vera sunt, nec vnquã pluris fuerit aurũ Romæ æstimatum, quam ad rõnem vnius pro quindecim argenti partib. fieri non potest, nec est verolimile aureũ pendentẽ drachmã, & scrupulũ, & sic similem pondere Iustiniani solido valuisse viginti quinque denarios argẽteos, cum esset tunc ea proportio auri ad argẽtũ, quæ est vnius pro vndeviginti, quod nullibi legi, etsi dilr inquisierim. Et hæc quidem si denarius, pondere drachmæ similis constituatur. Quod si denarius Plinio authore septima est vnciæ pars, multo maior erit auri ad argentũ æstimationis analogia, & proportio, quia vna pars auri æstimanda est vna & viginti argenti partib. Hanc tamen rõnem ipse qđq; probaui pro Budæi, Leonardi Portij & aliorũ ini4, quam vlterius exponã illud primum præfatus, minime cõtrouersum esse, apud veteres aurum viginti quinq; denarios valuisse, qđ minime negant Anto. Aug. & Ferretus. idemq; nos inferius euidenter ostendemus. Nostra vero ætate vna quidem auri pars vndecim argenti partib. aliquando duodecim æstimatur, & pluris ob auri inopiam, vel eius æstimationem ex eo contingẽtem, quod aurum sit purum absque vlla argenti, vel ęris mistura.

4 Hæc aũt tam varia æstimatio auri, præter rationem illã quæ ab eius inopia sumitur, potest contingere ex ipsius auri vel argenti qualitate. Hæc tandem qualitas in de constat, q quanto purius est ipsum aurum, vel argentum, tanto est maioris æstimationis, sic & minoris æstimandum erit, si mistum sit alterius metalli maiori portioni. Auri etenim bonitas in viginti quatuor caractis indicaturæ pro ratione Marchi cognoscitur. Nostri siquidẽ aurifices, & argentarij fabri ad ignem, & bonitatẽ auri indicãdã, & deprehẽdẽdã vtuntur caractis: quã dictionem a Ceratio verbo Græco deflexere. Est enim Ceratium minuti ponderis vocabulum a grano siliquæ ductum, qui fructus est arboris prædulcis digitorũ hominis longitudine, & pollicis latitudine. Hispani Garrouas dicimus, intus sunt grana, quæ ceratia dicunt nomine cum fructib. cõcato. Sic Columella lib. 3. siliquã, inquit, Græcam quidam ceratium appellant. Hæc ita in parte ceratium nõ ad pondus veteris ceratij, aut siliquæ referendum est, sed ad auri indicaturã, quod & Budæus admonet lib. 3. de Asse. Nam aurifices Marchũ diuidunt in viginti quatuor caracta, q̃ vulgo quilates vocamus, cuilibet aũt vnciæ conueniunt tria caracta, aut tres quilates, qua ratione cum dicimus, Oro de viginti quatuor quilates, intelligimus aurũ purũ, & obryzũ, quod nullã habet mixturam alterius metalli, nec argenti, nec æris. Hinc sane fit, q̃ aurum illud est omnino purum, quod totum legitimum vnciæ, vel Marchę pondus, i. in Marcho 24. caracta habet ex vero auro, nullo admixto metallo, nec argẽto, nec ære. Qđ si Marchæ auri sit admixta vigesimaquarta æris, vel argenti pars, dicet aurũ illud viginti triũ caractorum, nos dicemus vulgari sermone Oro de 22. quilates. sic si in auri Marcha sit duodecima portio argenti, vel æris, dicet aurũ hoc viginti duorũ caractorũ, idest, Oro de 22. quilates. Hanc vero auri bonitatem facillime deprehendunt aurifices, Lidio lapide aurũ probantes. Nam & Plinius lib. 33. c. 8. de eodem lapide Lydio tractans in quit, His coticulis peruti cũ a vena, vt lima rapiunt experimentũ, protinus, dicunt, quantũ auri sit in eo, quantum argenti, vel æris, scrupulari differentia mirabili ratione nõ falleate. Hæc Plinius, q scrupulũ dixit, qđ nos quilate diximus. Hæc tamen Castellana dictio quo ad pondus quatuor habet grana vulgaria.

Hinc ergo plane in telligit constitutio Regũ Catholicorum, cuius in hoc capite meminimus, dum iubet aureos numos, quos excellentes appellat, ex auro percuti quod aurum sit de ley de 23. quilates, y tres quartos. Est enim hoc aurũ non omnino purum, sed quod habet argenti, vel æris admixtam nonagesimam sextam partem: sic habet aurum illud æris vel argenti quartam vnius caracti partem in auri Marcho, vel in octo vnciis.

Eidem rõne constat intellectus ad l. 114. Caroli Cæsaris Hispaniarũ Regis anno trigesimo septimo, Pinturiæ latam, qua constitutum est, vt numi aurei percutiant, & hi Coronæ dicant, ex auro quidem viginti duo caractorũ, idest, de 22. quilates. Habet. n. hoc aurum in quolibet Marcho duodecimam argenti vel æris admistam portionem, & sic vnius vnciæ duas partes é trib. Dicitur aurũ illud apud Latinos duo & vicenarium, quia duodecima parte ab auro purissimo deficiat, & habeat viginti duo caracta. Eodem ferme modo aurũ dicit vicenariũ qđ est viginti caractorum. Et item aureũ duodevicenariũ quod habet octodecim caracta, & id differt a purisimo quarta parte, quemadmodum Budæus diligentissime explicat libro tertio de Asse, scribens, vasa raro ex auro purissimo fieri, ideo quod illam aurum vsuram non fert, nec attrectationem sine magno in tertimento, id circo consulto temperatur. Et idem fit in anulis, cateris ſpuriq; & mundo muliebri, ne facile frangatur, aut tor queatur. ætatur & ipse Budæus apud Gallos numos aureos percuti ex auro quod vno tantum ceratio deficiat in ipsa indicatura, cum constet ex viginti trib. caractis.

Sed & hinc aperitur sensus Suetonij Tranquilli, q in Cæsare scribit, capit. quinquagesimo quarto, in Gallia fana, templaq; Deum donis referta expilauit, vrbes direpturus ob prædam, quam ob delictum, vnde factum, vt auro abũdaret, ternisq; milibus nummum pro mercede in Italia, prouinciisq; diuideret. Etenim in hoc Suetonij loco manifestũ fit, auri libram æst. matam fuisse ad rationẽ fere vnius auri partis pro argenti octo par

tib.cum de sestertijs numis sit Suetonius intelligendus vnde coniectare possumus,aurum illud,nempe vascularium,fuisse duodeuicenarij,& a purissimo auro quarta parte deficere,vt tandem fuerit aurum de 18. quilates, quod & ipse Budæus admonet.

Hæc quidē de auro puro adnotauimus, & de mixto: aurum vero purissimum passim obryzum vocatur,atq; inde obrizum dicuntur in l.vniuersos.C.de veter. numismatis potest .in lege 1.C. de oblatione votorum. lib.12.qui ex purissimo auro fuerint signati, Plinius ad hæc lib.33.c.3. Auri inquit experimento ignis est, vt simili colore rubeat,quo ignis,atq; ipsum obryzū vocāt. sic & ad bonitatē auri,& ad eius pondus examinādū iubet lex constitui publicū iudicem, quem Zygostatem appellat,nos contraste dicimus.l.2.C.de ponderatori.& 6
auri illatione.lib.10.Olim Romę lata a Mario Gratidiano statutus est ludus.i.schola probandi numismatis, vt ægre fallere possent numi adulteratores,teste Plinio lib. 33.c.9.Commemorat ad hæc Georgius Agricola libro 1.de pretio metallorum,(ex Herodoto libro 4.)Darium Regem Persarum, cum cuperet tale monimentum sui relinquere,quale nullus Rex reliquisset, ex auro, quod quam fieri potuit purissimum excoxit numos percussisse,qui Darici vocati sunt.Daricus autem hic numus pē debat duas drachmas,vnde similis erat duplo aureo numo,quem percuti iusserunt Reges Catholici Fernand. & Elyzabeth,quemadmodum ex dicto pondere cōstat quod proprium huius Darici numismatis fuisse ex Xenophonte & Aristophanis interprete docet idem Agricola lib.2.de pondere,& tempera.monet.aduersus Budęum qui existimat,Daricum octo drachmarum pondus habuisse.Erat ergo Daricus pondere similis aureo Romano iuxta posteriorem sui formam habebatq; ex altera parte imaginem Darii, ex altera Sagittarium incisum, authore Plutarcho in vita Artaxerxis.Tyberius itē Imperator,qui Iustino successit,Chilpericum Regem Frā corum aliquot puris aureis ad eum missis donauit, quorum quilibet libram pendebat,& altera cuiusq; pars exprimebat imaginem Imperatoris cū hac inscriptione Tyberij Constantini perpetui Augusti:altera currū quadrigarum cui insidebat auriga cum hac præclara inscriptione,Gloria Romano.cuius rei meminit Geor.Agricola lib.1.de pretio metallorum.atque item Sabellicus Aeneade octaua,libr.5.Sed & Paulus Aemylius de reb. Francorum lib.1.idem scribit adijciens,hos numos fuisse quinquaginta,tametsi non scripserit,eos fuisse ex auro purissimo signatos.Aurum † vero hoc purissimum
5 obryzum vocatur quasi Ophirizum,aut Ophiritiū authore Hieronymo ab Ophir insula Aethiopiæ, vnde purissimum aduehebatur. Latini autem,& pro obryzo obrussā dixere,vt Seneca epistola decimatertia: hæc inquit ex eius obrussa,idest summa bonitas,vt interpretatur And.Alc.lib.5.parergon,c.9. Qui ēt censet, hinc deduci prouerbium,ad obrussam,idest,ad summum perfectionem,quo Cicero in Bruto vtitur.Expurgandus est, inquit,fermo,& adhibenda ad obrussam ratio,quæ mutari non potest, Auri item numi obryzati meminit Agathias historicus.Locus sane Diui Hieronymi, cuius simpliciter Alciatus meminit,est,ni fallor,in Commentarijs in Hieremiam lib.1.c.10.super illa verba: Argentū inoolutum,siue productum de Tharsis affertur aurum de Ophaz,opus artificis,& manus ærarij.Hieronym.ita inquit,septem nominib.apud Hebræos appellatur aurū, quorum vnum Ophaz dicitur,quod nos dicere possumus obrizum.Idem adnotauit doctissimus Beroaldus apud Suetoniū in Nerone,c.44.ex Fortunato interprete ecclesiasticarum dictionum.Quæ tandem verba minime probant,Hieronymum voluisse obryzum aurum inde deducere,quasi Ophiritium ab Ophir.Nam etsi dixerit,aurum & Ophir propter eius summam bonitatē posse dici a Latinis obrizum,non tamen significat obryzum dictum ab Ophir,quasi ophiritium . Potuit sane obrizum dici quasi ὀβρυζον, idest syncerum delicatumq;.Dictio autem,obrussa,agnoscitur ab Erasmo in adnotationib.ad Senecam ex ratione auri obrizi . Apud Ciceronem in Bruto vulgata lectio hæc est: Expurgandus est fermo , & adhibenda quam obtrusa ratio,quæ mutari non potest.Sed & Petrus Victorius in adnotationib.obrussam ex veteri Codice agnoscit, existimans in vtraq; lectione subesse mendum.Fit & auri obryzi mentio Danielis c.10.vbi Hierony.ex Aquila, aurū Ophaz interpretatur Suetonius item in Nerone c. 44.eiusdem auri obrizi mentionem fecit.

Argenti lex,& bonitas non ex caractis,sed ex denarijs,& granis a fabris argentarijs distinguitur.Accipitur .n.hic denarius non ad pondus, sed potius ad bonitatē. Idcirco est duodecima pars integræ,seu totius puritatis materiæ cuiuslibet massę,vt explicat eleganter Lugdunensis de ȝ.tib.q.centesima,nu. centesimo octuagesimo secundo,& centesimo octagesimo nono . Nos tū ad Marchum in praxi denarios hos deducemus , siquidē Marcha habet duodecim denarios,quorum quilibet diuidit in grana 24.Summa igitur bonitas in argento ea est,vt Marchus quilibet habeat duodecim denarios argēti, atq; Marchus totus erit argenti puri,qd nullam habet æris,aut stanni mixturam.Quod si Marcha habuerit duodecimam partem æris mixtam argento,tunc argentum hoc erit vndecim denariorum , quia duodecimus denarius non argenti,sed æris est alteriusve metalli.Sic sane constitutio Regia in pragmaticis dum statuit numos argenteos esse cudendos ex argento,quæ sea de ley de onze dineros ,y quatro granos,est ita intelligēda, vt numi argentei percutiantur ex argento , cui tantum mixta sit æris,aut alterius metalli pars duodecima, minus sexta parte,atq; ita vnius denarij quinque partes ex ipsius denarij sex,denique habet argentum hoc mistum alterius metalli ad rationem decimæ quartæ partis,& paulo pluris.Quilibet igitur Marchus huius legis & bonitatis habet alterius metalli quatuor Atticas drachmas,& fere dimidiam,vel semunciam,& plus, nempe dimidiam ferme Atticam drachmam.Hanc vero rōnem bonitatis auri,& argenti præter Budæum,& Lugdunens. tradit optime Albert.Brunus in tract.de augmento & diminutione,conclusione vltima.

Ex argēto purissimo numos percussit Ariandes,quē Cambyses Aegypto præfecerat.quare Herodoti ēt temporib.argentum Ariandicum fuit purissimū. meminit huius numismatis Georgius Agricola libro primo de pōtio metallorum ex Herodoto lib.4.Romani vero denarij,ēt qui tpe Consulum percussi fuere non sunt ex puro argento confecti.Siquidem æris habent partem octauam,quam Liuius Drusus Tribunus plebis miscuit argento,qui ab Imperatorib.signati sunt maiorem habēt æris portionē,qd eleganter ac diligētissime tradit Geor. Agric.li.2.de ponderib.& tempe.mone.qui & in d. li. de pōtio metallorū& monetis, vtrinque rōnes adducit, an expediat reipublicæ,numos ex auro , vel argento purissimos pcuti,an potius vtile sit,auro & argento miscere æris partem aliquam ad numismata cudēda. Ipse vidi multos Cæsarum denarios argenteos, quorū aliquot signati videbantur ex argento,cui mixta erat decima, vel duodecima eris pars , aliquot autē ex minoris bonitatis materia,nēpe ex argento,cui fuerit mixta sexta,vel quinta æris pars.Nec dissiteor apud Romanos,& Græcos, vt & apud Hispanos varias ob causas sæpissime ex Reipublicæ instituto rem illam numariam mutationē in argēti & auri materia accepisse, Denique in auro, & argento ratio indicaturæ communis est, vtqd cæcoctilissimū fic,

sit,vel aurū,vel argentū,id sit a mixtura alterius metalli purgatissimū.Argentum purissimū qd Hispani Acen
7 drado dicimus,a Latinis postulatū nuncupatur ex authoritate Suetonij in Nerone,c.44.& Iurisconsulti in,l. naue Saupheli,ff.locat.quo in loco Budæus hoc adnotauit,& Philippus Beroaldus ad Suetonium in d.c.44.Cælianus Coita in dictione,Argentū. Hoc ipsum Aulus Gellius appellat lib.6.c.5.argentum purum putum.Quæ de re multa tradidere Alc.lib.6.Parergon,c.4. Lugdunēsis in tract.de ȝct.q.100.nu.785. & Stephanus Forcatulus in Necyomantia iuris Dialogo sexto. Quibus non omnino placet dictio postulatū apud Suetonium,nec apud Iurisconsultum,apud quem in pandectis Florentinis legitur,Pusulatum(fortassis a Pusula,quæ tumor est ab igne factus apud Plinium,& Columellam,ēāq; lectionem defendit Turneb.lib.24.aduersar.c.2.verum apud Columellam libr.7.c.quinto pulla dicitur facer ignis, eo quod tumores efficiat:apud Plinium libro 26.c.8.& lib. 27.cap.9.vulgo legitur,pustula.)Sed a multis proditum est aurum,& argentum non posse ita excoqui,quin aliquam habeat,etiam summa diligentia excoctum , alterius metalli portionem.Secundum hos in auro est summa bonitas ad quartum & vicesimum ceratium,ad quadrantem absolutum,idest,vt quadrans tantum ceratij in tota massa aut Marcho æreus sit aut argenteus.Sic equidem aurum illud,cuius meminit præcitata Regia constitutio,erit iuxta hanc rationem purissimum,& obryzum.Argentum autem ex hoc illud erit purgatissimū cui tantum mistus est alterius metalli denarij quadrans, nempe quadragesima octaua totius massæ pars.Verum Gulielmus Budæus lib.3.de Asse consentiens huic opinioni veterum,& asseuerans,aurum,& argentum ad præscriptam bonitatem summum censeri nihilominus ex iudicio,& testimonio peritorum huius sæculi probat, argentum ita decoqui posse,ut nihil huius sæculi probat, argentum supersit,aurum vero adeo posse igni purgari, vt ad bonitatem absolutam , & summam non sit in eo æris,aut argenti quicquam præter decimam sextā vnius caractij portionem. Et sane huic auro, vt vere sit viginti quatuor caractorum,de 24.quilates,solum deficit vnius caractij decima sexta pars , nempe totius massæ portio tricentesima octuagesima quarta.

Quæ omnia ideo hoc in loco adduximus,quod existimemus fore necessaria,aut saltem vtilia esse ad cognitionem eius rei,quam hoc in opusculo tractandam suscepimus.Scribit & præter hæc Plinius lib.33.c.4. Omni auro inest argentum vario pondere,alibi dena, alibi nona alibi octaua parte.In vno tantum Galliæ metallo, quod vocant Albicratense,trigesima sexta portio invenitur,ideo cæteris præstat.Hactenus Plinius.

His ergo rationibus probari potest Budæi, & aliorū sententia,quæ asserit,& definuit,aureum veterum Romanorum quartam fuisse vnciæ partem,& a solido , ac numo aureo Iustiniani,& aliorum Cæsarum desciuisse portione distingui.

EX §. SEQVENTI,

SVMMARIVM.

1 *Aureus apud Romanos non fuit semper eiusdem ponderis, nec eiusdem bonitatis , quamuis multo tempore fuerit quarta vnciæ pars.*

2 *Aureus quo tempore fuerit diminutus ad sextam vnciæ partem.*

3 *Aureus dictus est solidus,etiam eo tempore, quo erat quarta vnciæ pars.*

4 *Intellectus l.vnica,C. de collat.auri lib.10.*

5 *Solidi æstimatio & valor.*

6 *Intellectus l.vnica.C.de argenti pretio.libr.10.*

7 *Intellectus cap.qui subdiaconum.de cimaseptima q. 4.*

8 *Argentei Turonenses,qui fuerunt & intellectus. eiem. 2. De magistris.*

9 *Intellectus c.conquerente.de officio ordinarij.*

10 *Siquam Accursius falso solidum interpretatur, & qui nos solidos decem.*

11 *Solidi aurei in sacris Bibliis,& inibi de siclis aureis.*

12 *Stater aureus varius vbique.*

§. SECVNDVS.

NOn me latet,rem hanc difficilem esse cū & in ea viri diligentissimi in varias ierint sniias,quarū mō mētionem fecimus:conabor tamen quibusdam ex positis assertionib. huius quæstionis nodum pro viribus explicare,vt hinc constitutissimum sit habita ratione
1 temporum vtranque sententiam defendi posse.

Prima conclusio.Aureus apud Romanos non semp eiusdem ponderis fuit,nec eiusdem bonitatis. Prior assertionis pars constat ex authoritate Plinij libro 33.c.3. cuius verba proximo §.retulimus.Nec hoc poterit negari,nisi ab eo,qui Plinium nusquam legerit.idem tradere Leonardus Portius lib.1.de sestertio,Budæus libr. 3.de Asse,& Georgius Agricola lib.1.de monetis,& pretio metallorum.Posterior vero pars itidem ab eisdem probatur,cum ex eis appareat a Principib. Romanis auro numismatico duodecimam partem argenti,vel æris quandoque maiorem,quandoque minorem mistā fuisse,quemadmodum & hodie fit.His accedit Pomponius Iurisconsultus in l.numismatum.ff.de vsufr.ita enim inquit,Numismatum aureorū,reliqrgenteorum veterum quib.pro gemmis vti solent,vsusfructus legari poterit.

Secunda conclusio.Aureus Romanorum multo qdē tpe fuit quarta vnciæ pars.Hæc deducitur ex Plinio in d.c.3.eius etenim tempore,& sic sub Cæsarib. Vespasiano,& Tito aureus hoc ponderis habuit vt quarta fuerit vnciæ pars. Idem constat ex numismatis a Budæo appē sis ad vsque tēpora Marci Antonini. philosophi. Aurelij & Seueri.Iulius item Pollux, qui ad Commodum Cæsarem de rerum vocabulis scripsit,testis est , & aureum quartam fuisse vncię partem.Sunt & Aureliani Imperatoris aurei quidā,qui duos denarios appēdunt,quorum aliquod hodie extant,vt commemorat Georgius Agricola lib.2.de pondere,& temperat.monet.

Tertia conclusio.Aureus † Romanus sub Cōstantino Imperatore,aut sub Iuliano ita pōdere diminutus est,vt sextam effecerit vncię partem:hanc propositionem multis sane coiecturis,& fortassis certis testimonijs probare quis poterit,si consideret,proxime constitutas cōclusiones veras esse.Etenim sub Cæsarib.qui hos præcesserūt, aureus quarta fuit vnciæ pars:ab his vero Imperatorib. vt sexta vnciæ pars iudicatur,& expenditur.igitur constat horum Cæsarum Imperio aureorum pondus diminutum fuisse.Quod & Georgius Agricola itidem asseuerat in d.lib.2.idem deducitur ex aureorum pretio habita analogia,& proportione aurei ad argenteos numos, sicuti proximo paragrapho , quarta ratione colligebamus.quamobrem satis certum fit olim sub Consulibus & denique sub Cæsaribus ante Constantinum ,aureum fuisse quartam vnciæ partem.
3
Quarta conclusio.Aureus ēt eo tempore, quo quartam appendit vncię partem,dictus est solidus tunc primum cum Alc.Seuerus Imperator ex auro tremisses,& semisses percussisset . Ad huius assertionis probā

tionem Aelij Lampridij verbis vtar, qui in Alex. Seuero ita scribit, vectigalia publica in id ꝓtraxit, vt qui decẽ aureos sub Heliogabalo ꝓfiteretur, tertiã partem aurei ꝓstaret, hoc est tregesimam partem. Tunc ꝙ primum semisses aureorum formati sunt, tunc ẽt cum ad tertiam partem aure. vectigal decidisset, tremisses dicente Ale. etiam quartarios fururos, ꝙ minus non posset, quos qui dem iam formatos in moneta detinuit expectatos, vt si vectigal ꝺnere potuisset, & eosdem ederet. Sed cum non potuisset per publicas necessitates, conflari eos iussit, & tremisses tũ, solidosq; formari, formas binarias, ternarias, & quaternarias, & denarias ẽt, atq; ampliꝰ vsq; ad bilibres quoq;, & centenas, quas Heliogabalus inuenerat refolui præcepit, nec in vlu cuiusquã verfari, atq; ex eo his materiæ nomen inditũ eſt, cum diceret plus largiendi hanc esse Imperatori causam, si cum multos soli dos minores dare posset, dans decem, vel amplius vna forma 20. & 50. & centum dare cogeretur. Hæc Lãpridius. A quo libet deducere aureos, quorum quilibet appendebat quartam vnciæ partem, solidos ex eo dictos fuisse, ꝙ integri aurei eſſent, non semisses, nec tremisses, qui tunc primum percussi fuere, Semisses quidem ex dimidia aurei parte, tremisses ex tertia. Sed & sub Alexan. Seuero, aureum ẽt habuisse quartam vnciæ partem, con stat ex proxima conclusione, & ex his, quæ ad eius intel lectum adduximus. Item deducitur ex eodẽ Lampridio aureos veteres tunc ex ea rõne solidos dici cæptos. Nam & in hac dictione iuxta significationẽ illam ante id tpis apud Latinę linguæ authores rarus fuerat vſus. Aureos vero duarum drachmarum iõ minores solidos appellat Lampridius, ꝙ distinguerentur ab his, quos binarios .i. quatuor drachmarum, ternarios sex drachmarum, quaternarios octo, denarios viginti, bilibres centum nonaginta duarum, centenarios ducentarum drachmarum Heliogabalus cudi fecerat. Sic Vlpianus, qui sub hoc Cæsare Alex. floruit, in l. quod vulgo. ff. de ædil. edict. & in l. si vero. §. Prætor ait. ff. de his, qui deiecer. vel effud. Prætorum, & Aedilium vetera edicta referens pro aureis solidos appoſuit, ex eo forsan, ꝙ & si eius dictionis nõ fuerit apud veteres frequens vſus, vſi tñ ea qõq; fuerint veteres Prætores, & Aediles, vel ex ea rõne, ꝙ Iurisconsultus ipse dictionem tunc in vſum deductam veteri sobiti fuerit, cum frequentior sit mentio aureorum in ipsis veterum Prætorum, & Aedilium edictis.

Eadem ratione, & ipso quidem tpe, quo aureus, siue solidus sextam appendebat vnciæ partem, percussi fuere aurei numi semisses, & tremisses. Tremissis aũt numus aureus tertiam pendebat solidi partem, ita, vt solidus ex tribus tremissib. constaret, tremissis vero ex octo siliquis. Fit mentio de tremissib. in l. 3. C. de militari veste. & Iubemus. C. de erogat. milit. anno. lib. 12. & in Nouella 18. & 29. Sed & de solidis aureis Iustiniani, & de tremissib. expressim meminere Gothorũ inclyti Reges, qui apud Hispanos leges olim tulere ante Roderici Regis calamitatem, vt patet ex Foro Iuzgo maxime lib. 7. Lvl. & lib. 8. tit. 4. contextus etenim Latinus illarum legum solidi aurei, passim meminit item, & tremissis numi eum expendens ad tertiam solidi aurei partem. Exeant sane leges illæ & nunc eo quidem sermone, atque idiomate, quo fuere olim scriptæ nempe Latino, & rursus è regione Hispano, quo tunc Gothi vtebantur, quo & nunc paulum antiquatis, non attique dictionibus, vtimur.

Quinta conclusio ex præmissis hunc in modũ deduci tur. Quamuis aureus a solido, nec re, nec nõie in effectu differat, nec vlquam ei dissimilis fuerit, numos tñ hic sub consulib. & Cæsarib. fere ad Constantinum vsq; maior pondere fuit quam qui sub Constantino, & successoribus fuerit postea signatus. Hæc ideo probatur, ꝙ iam dixerim us, aureum, etiam ponderis duarum drachmarum, & qui quartam habet vnciæ partem, dictum esse solidum. Deinde quia numus hic, qui olim appẽdit quartam vncię partem postea sub Constãtino, & Iustiniano sexta fuit vnciæ pars. Qua rõne nos li. 1. Variar. Rel. c. 11. asserimus, & nunc constanter asserimus, aureum veterum Iurisconsultorum ab aureo codicis Theodosiani & Iustiniani ex eo differre, ꝙ aureus ille vetus quarta fuerit vnciæ pars: aureus autem, vel solidus Iustiniani, & aliorum Cæsarum, qui a Constantino imperium obtinuere, sextam tantum appenderit unciæ partem. Atque ideo rem istam obiter tetigisse videntur, qui discrimen hoc hac in controuersia nondum constituere.

Superest nunc his satisfacere rationib. quæ pro ẽria inita fuere adductæ. Non enim obstat tex. in d. l. quoties. C. de susceptor. præp. & arcar. ea siquidem constitutio edita fuit a Valentiniano, & Valente Cæsarib. vt constat ex lib. 12. codicis Theodosiani, tit. sexto, quo tempore aureus, vel solidus iam erat põdere diminutus, maxime que a veteri dissimilis, quippe qui sexta esset vncię pars. Errant ergo, qui eam constitutionem Alex. Seuero, vel Iustiniano tribuendam esse censent. Non igitur qdquã nostram opinionem diuellit, quod ibidem solidus sexta vncię pars censeatur, sicut Isidorus, & alij scripsere.

4 Secunda rõ ab Anto. Augusti. collecta ex l. vnica, † C. de collat. æris. lib. 10. non admodum vrget, quod ostendere conabimur, prius statuentes rationẽ ipsius inductionis, qua vir ille doctissimus vtitur. Is etenim existimat, ab eadem constitutione libras æris viginti solido vno æstimari, atque ideo solidum valere cẽtum viginti sestertios, cum quælibet æris libra efficiat 24. asses semũciales, ex quib. constituitur valor sex sestertiorum ad rationem quatuor assium pro quolibet sestertio. vnde deducitur, solidum ea lege valuisse centum viginti sestertios, & sic triginta denarios. Hinc sane Anto. Augu. existimat, solidum eius fuisse ponderis, cuius fuerit aureus, cum tanti sit valoris, imo pluris æstimetur. Posset equidem pluris hæc inductio fieri, si vtamur lectione secundum quam dicta. l. vnica legitur in Cod. Theodosiano lib. 11. tit. vigesimosecundo, l. 2. his equidem verbis:

Arcadius & Honorius A. A. Hilario.

AERIS pretia, ꝙ a prouincialib. postulantur, ita exigi volumus, vt pro viginti quinq; libris æris solidus a possessore reddatur. Dat. V. Calend. Ianuar. Mediolani, Arcad. I I I I. & Honorio I I I I. A. A. & coss.

Hinc vides, Lector candide iuxta Antonij Augusti. rationem, vnum solidum aureum æstimari centum quinquaginta sestertijs, denęq; 37. denarijs, quam æstimationem maxime iniquam esse satis constat, si legitima proportio auri ad argentum obtineret, idcirco nõ possum ipse mihi persuadere, solidum aureum tanti vnquam æstimatum fuisse, vt triginta septem argenti denarios valuerit id etenim nec memini me alicubi legisse, nec Budæus Alcia. Leonard. Portius, Agricola, ipseve Anto. Aug. tantę æstimationis mentionem fecere. Nam etsi solidus, vel aureus quarta fuerit vnciæ, pars atque duas appenderet drachmas, si tanti æstimaret, esset ꝓportio auri ad argentũ ad rõnẽ vnius pro decem, & octo partib. Quod si solidus constituat ex sexta vnciæ parte, vt ad l. vnicam constituendus est, profecto esset hæc ꝓportio ad rõnem vnius portionis auri pro viginti & octo argẽti portionib. Quod a deo absurdum est vt facillime refelli quest. Sed & si lectionem communẽ admittamus, quæ vulgo recepta est, & authoritatẽ publicã habet, minime permittam, nec concedam ex d. l. vnica, adnotari solidum vetũ valuisse tpe illo centum, & viginti sestertios, ideſt, triginta denarios. non enim est credẽdum, aurum eo tpe, quo maiorem habuit æris, aut argenti portionem, quam olim habuerit, plurisque tunc ꝙ olim æstimari, si eius esset in Italia penuria. ꝑtim hæc æstimatio

admittenda

admittenda non est vel ex eo, ꝙ multũ dissimilis, sit & iniqua proportio auri ad argentum, tic sane non verebor asserere solidũ aureũ sub Archadio, & Honorio Cæsarib. nequaquam tanti fuisse valoris, quanti ipse Anton. Augustinus inductione diligenti opinatur.

Ipse vero cõcecturis quibusdã, & his a iustitiæ rectitudine deriuatis contendã solidũ aureũ, ltertia parte veteris aurei diminutũ, itidẽ & tertia æstimationis, ac pretij parte a veteri deficere, qua rõne cum vetus ille aureus valuerit 25. denarios argenteos, solidos Iustiniani, & aliorum Cæsarum a Constantino, erit æstimandus denarijs argenteis fere decẽ & septẽ. hæc. n. æstimatio congruit proportioni auri ad argentũ, ꝙ eo tpe iusta cẽsebat, sicuti nos superius tradidimus. Et probatur in l. 1. C. de argẽti ꝓtio libro. 10. vbi libra argenti, q̃ constat ex 84. denarijs, quinq; aureis solidis æstimatur. Eandem opinionẽ probauimus lib. 1. Var. ref. c. 11. quo in loco deduximus Iustiniani solidum ad hunc, quem modo exponimus valorẽ.

Cęterũ ꝙ aureus olim habuerit hanc æstimationem centũ sestertiorum, aut 25. denariorum tradidere Gul. Budæus, Alc. Georg. Agricola, & alij hãc rẽ tractantes, nec negat ipse Ant. Aug. Sed & hoc manifestũ sit ex Trãquillo, in Othone, & Cornelio Tacito, quorũ superius meminimus ad probandum eius ætatis proportionem auri ad argentum. (Dion itẽ lib. 55. scribit, aureũ, quo olim vtebant Romani, valuisse quinq; & 20. drachmas argenteas idẽ & Xiphilinus in Augusto, vterq; plane id ex Græcorũ cõsensu asseuerans: Latini vero authores eã æstimationẽ ad denarios retulerũt.) Itidẽ & Leonard. Portius palã, & aperte asseuerat. Nã & tot doctissimorum virorum ista, qua valor aurei constitutus est ad centũ sestertios, ẽt cum erat quarta vnciæ pars, olim euerteretur ex d. l. vnica, si Antonij Augu. interpretatio foret admittenda, cum ex ea aureus æstimandus sit centum viginti sestertijs numis, & tũ erat tunc aureus ponderis eius, qd constat ex sexta vnciæ parte, idcirco ipse, ni fallor, existimarem certus esse, Cæsares ipsos Arcadium & Honorium in tributis exigendis a prouincialib. quilibet æris libra minoris æstimasse, ꝙ ea radacta ad numos æreos publica authoritate percussos Romæ æstimaretur. Idq; factum est, ac fieri potuit, vt prouinciales minus grauarentur in exactione tributorum, & mutarentur ad soluendum aurum pro ære, si de æris exacta æstimatione aliqd ea rõne remitteret, itẽ quia ultior erat æstimatio æris in prouincijs, ꝙ Romæ, & in Italia. Ex quib. statutum est, vt in tributorũ exactiõe, vrisq; collatione satis esset pro 20. æris libris aureũ solidũ ferri. Qua qdẽ solidus æstimationis erat decẽ ac septẽ denariorũ, qa sextã vncię partẽ pẽdebat, atq; ita ꝓ qualibet æris libra soluebant sestertij tres, & fere dimidi. Sin ea, ꝙ paulo ante adnotauimus,

6 Hanc interpretationi, quã ad d. l. vnicã adduximus, accedat, & altera constitutio in l. vnica. C. de argenti pretio lib. 10. qua statutum est, in publicis penitationib. posse pro qualibet argenti libra quinq; solidos aureos solui. Est est hæc constitutio Imperatorũ Archadij & Honorij ad Euthychianũ pfectũ prorio, extatij; in. C. Theodosiano li. 13. tit. 2. Nã si solidos qu libet æstimaret sestertijs centũ, aut centum 20. & hic 25. denarijs aut 20. vt censet Anton. Aug. esset profecto iniqua commutatio, & iniuriosa his, qui tributa soluere tenentur, cum pro 84. denarijs, ex quib. argenti constat libra soluerent ipsi centum 25. denarios, quos efficiunt quinque aureos solidi, aut sane centum 50. denarios iuxta ipsius Antonij Augustin. æstimationem. Quod si solidus qualibet constans ex sexta vnciæ parte æstimetur, vt æstimari debet, decem, & septem denarijs fere, tunc plane constat, quinque solidos efficere 84. denarios, ex quib. libra argenti conflatur. Hec ergo Cæsarum constitutio ita intellecta pene nihil tollat eam ꝓportionem quam nos constituimus ad soli-

dum aureum, cuius mentio fit in Codicib. Theodoliano, & Iustinianæo, ex quo ni fallor, secũda ratio tollitur.

Tertia ratio non obstat nostræ opinioni, si exacte cõsiderent conclusiones, quas hoc in §. constituimus. Nõ n. negamus, solidum aureum, cuius a Iustiniano mẽtio fit, sextam esse vnciæ partem, aureũ vero veterẽ quartã fuisse vnciæ partem constanter asseuerauimus. Iustinianus aũt, vt moris est apud legislatores, cũ vellet veterum Senatusconsultorum, ꝓtorum, & Iurisconsultorũ rũla lege noua confirmare, aũt interpretari mutatam, & numos priorum legum aureos quidem, aut solidos, sui tẽporis numis aureis exposuit, & significauit l cet põdere fuerint diminuti. Liberum enim est hoc legislatori. voluit sane Iustinianus deinceps pœnas legum antiquarum ex pẽdendas esse ad rõnem numorum, quib. eius principatu Romani vtebantur. Probatur hoc apud eundem Iustinianũ in §. sed nostra. Inst. de succes. liber. vbi agens ipse Imperator de libertis Centenarijs Papiam legem referens, quæ de centũ mille sestertijs loquebatur, eius quãtitatem ad centum aureos deducens ita scribit, vt pro mille sestertijs vnus aureus computetur. Non. n. voluit Iustinianus, mille sestertios vnius aurei tñ æstimationẽ efficere, id quidem falsum esset, siue accipiamus aureum veteris ponderis, siue solidum Iustiniani, qui est sexta vncię pars, sed veterem summam ad minorem deduxit, vt tandem centenarius libertus olim ex lege Papia cẽtũ sestertia in bonis habens hodie, dicatur is, qui centũ solidos habuerit aureos ex Iustiniani constitutione. Atq; ita locum illum Iustiniani explicarunt Eguinarius Baro ibi, Budæus lib. 2. de Asse. Alciat. lib. 3. disputat. c. 9. Anton. Aug. lib. 2. emendatio. c. 7. sic regia partitarum lex 10. tit. vigesimo secundo, parte quarta, cum esse censet libertum centenarium, qui habeat in bonis centum aureos nostra fere ætate dictos Castellanos, & similes aureo solido Iustiniani, qui sextam appendit vnciæ partẽ.

Quarta rõ eodem iure tollitur, liquidẽ leges veteres, quo ad pœnã aureorum veterũ reducuntur ad nostros aureos seu solidos, qui sub Iustiniano Cæsare exsoluebant.

Quinta contrariæ opinionis probatio eadẽ adæquatur solutionem. Nam Iurisconsultorum responsa intelligenda sunt de veteribus aureis quorum quilibet quartã habuit vnciæ partẽ. Decisio vero Iustiniani est accipienda de solidis, & aureis eius temporis, quorum quilibet sextam appendebat vnciæ partem. Hic tñ ex hoc sequitur, aureum veterem, & eum qui sub Iustiniano percudebatur, eiusdem ponderis fuisse, liquidem pœnam veterem aureorum, cum hi nõ essent tunc in vſu, nec eius ponderis peterentur trãstulit Iustinianus in aureos, & solidos minoris ponderis, qui tunc percudebantur, & publice signati expendebantur. Sic sane nos fatemur tex. in d. §. vltim. In it. de pœn. temere litigant. esse intelligendum de solids, quorum quilibet sexta vnciæ pars. Nec in lib. 1. Variar. Resolut. ca. 11. contrarium scripsimus. Imo nec vlquam mente cogitauimus, quippe qui palam, & apertissime aureum veterem distinximus a solido Iustiniani, cuius est præcisa decisio, & Iustiniani solidum non semel sextam vnciæ partem fecerimus.

Sexta rõ poterat profecto vrgere aliquantulum, si in d. c. q subdiaconum, mẽtio facta fuisset de aureis, cum in l. Regia partitarũ eadẽ decisio sermone Hispano sub mẽtione & nõie solidorũ expressa fuerit. Etenim tũc ꝓbaretur, aureũ, & solidum idẽ esse, & hos numos euidẽ põderis fuisse. At cum in d. c. qui subdiaconũ. de solidis mẽtio fiat, sicuti & in d. l. Regia, nullo quidẽ mõ probatur illic, aureum, & solidum eiusdẽ ponderis fuisse. Præsertim quia fortasis hæc inductio ad aureos nõ pertinet nec ad solidos Iustiniani. Nã solidi quorum in hac ipẽ

7 mentio fit in d. c. qui subdiaconũ, aurei non erãt, sed argẽti, nec erant tanti valoris, & pretij, quãti ceteri so-

lidi aurei Iustiniani,& aliorum Cæsarũ,quorũ constitutiones referuntur in codicib. Theodosiano, & Iustiniano. Ad hoc vero probandum summe adnotandum est, Gratianum in d.c.qui subdiaconum.17.q.4. decretũ illud adsumpsisse ex Ivonis Carnotensis decreto. lib. qui & ad deduxerat ex lib 5 Capitularium. Sicuti constat ex li. 8 Ivonis ti.de eo,qui clericum interficit. Liber aũt Capitulariũ,vt & hoc obiter explicemus,cũ a Gratiano sepe fiat eius mentio,continebat leges quasdã a Carolo Magno latas de reb.ecclesiasticis,vt inquit Franc. Balduin. in prolegomenis. pag. 120. Horus libri seriem & rõnem diligentissime expendit Lugdunensis,(cuius alioqui legẽdus,quippe qui multa scripserit, q̃a viro Catholico tacere de bullensis inquam(in Commentarijs ad edictũ Regis Galloi Henrici Scdi,pag.5.vbi inquit, seipsum librum hunc legisse,& Angelium Abbatẽ quatuor libellos quodam certo ordine distinxisse ex capitularib. Caro.Magni,Ludou.Fij,& Lotharij,quorũ duob. primis leges de reb.ecclesiasticis refert.Idẽ scribit Rhenanus in adnot.ad Tertullianũ lib.de Corona militis,hoc ipsũ palã asseverat Trithemius de scriptoribus.eccl.qui tellat hos Angelii libros seipsum legisse et vidisse,Sed & 1 hac spẽ,quã tractamus,Burchardus Vuormatiensis episcopus lib.6.Decr.c.5.refert ex concilio apud Theodonis villam habito c.3.Decr.quoddã,quo misecors admodũ & benigna censet pena p̃dicta p Caro.Magnum in capitularib.statuta,& iõ ea ibidẽ auget,vt pro homicidio sub ducem Episcopo soluant pro cõpositione 400.solidi.p homicidio Episcopi bis mille,& 700.Rursus idẽ Burcardus.c.6.adducit decretum Concilij Prouincialis Triburien.quo eadem augetur pena,aut pecunia pro compositiõe soluẽda Episcopo.Saltẽ quo ad homicidiũ presbyteri,& Episcopi,Nam pro homicidio presbyteri episcopo soluendi sunt mille,& ducenti solidi:pro homicidio aũt episcopi triplex redditur hæc cõpositio,nẽpe septuaginta mille,& sex centi solidi.Hinc ipse cõiecio siquot rationib.hos solidos non esse aureos nec similes his,quorum meminerit Iustinianus.Primũ,q̃ annis fere tercentum post Iustinianum tã varia Imperij Romani mutatione non est admodum veritati cõsonũ,cõstãt aureos solidos peculi publice & expẽdi. Deinde qa in concilio pcitato apud villã Theodonis misericors admodũ existimatur,punitio capitulariũ Caroli magni,q̃ certe nõ cẽt quo ad pecuniariã cõpositionẽ,si solidi illi aurei,& veteres conferentur, maxime quia praeter aliam iudicij secularis pœnitonem pecunia in dictis canonib. de nita pro cõpositione soluit Episcopo, vt homicida ad penitentiã & absolutionẽ admittatur q̃ ex cã satis grauis est pecuniæ detrimẽ solutio,ẽt si de solidis argenteis intelligatur. Et pterea cum capitularia Caroli Magni, de numis Gallicis,& Germanicis sint intelligenda, non conuenit rõ aureorũ solidorum Iustiniani apud eas gentes, quæ tunc maxima ex parte ab imperio Cæsarum, qui Cõstãtinopoli sedem habuerant,ad Francorũ reges, & alios desciuerãt.Sed & in legibus Salicis,quæ apud Francos veteres admodũ,& antiquẽ cẽsent,mẽtio fit solidorũ,quorũ valor,& pretiũ ex denarijs æstimabat author Rhenanus lib. 1.rerũ Germanicarũ.quo in loco distinguit Solidus duodecim denariorũ a solido quadraginta denariorũ.

Ex Gallicis aũt numis solidos ipse Turonicos,aut Turonenses meminisse expendisse apud Budæũ lib. 5. de Asse,hac habita rõne,vt quilibet solidus Turonensis,q̃ ex argento,& ære mistus,vt ẽ dicto,pensilis est,valeat duodecim denarios Turonenses.Sepiẽ aũt solidi Turonenses a Budæo æstimant didrachmo veteri,& sic duob. argenteis denarijs Romanorũ,quia Budæ.denariũ,& drachmã idẽ esse semper censuit.Hic igit solidus Turonensis æstimari potest apud nos tertia vnius argentei numi Regalis parte denique; paulo minus,nempe ex eo,q̃ iuxta Budæi sniam septẽ hi solidi efficiãt apud Gallos æstimationẽ duarũ drachmarũ q̃ apud nos sũt ex duob.iustissimi ponderis argenteis,quib.aurifices,& fabri argentarij vtuntur ad pondus,quorũ quilibet aliqua parte maior est numo argẽteo,quem in cõmutationib. expẽdimus, vnde perpendere licebit quembibet ex ijs solidis Turonẽsib.valere nostros æreos vulgares marauedinos decẽ. Denarius vero Turonen. minoris valoris est, q̃ noster hic numus æreus,marauedinus vulgo dictus. Quãobrẽ puerit non temere ad hos solidos Turonenses deduci decisio a Gratiano ex capitularib.tra.lata in d. c. qui sub diaconũ. Forsan & ad eosdem referenda est cõpositio, q̃ solutis certis solidis iniungitur in c.cum deuotissimam. 12.q.2.Ex epist.Greg. ? apæ 33.lib.4. ad Constantiã Reginam Galliæ.Cuius item meminit Burchardus.11.c.2.

Percussi ẽt olim fuere Turonis numi argentei, dicti Turonen.argentei,quorum mentio fit in cle.2.de mag. ad cõstituendum modum expensarũ,& sumptuũ,qui fieri solebant in dignitate doctorali suscipienda. Hi numi varie quidẽ ab interpretib. æstimanf,sed in extraus.prima,de centib.inter cões.§.porro,ita examinant, vt duo decim argentei Turonẽs.efficiant Florenum Florenti. aureum.Hic tamen Florenus Florentinus aureus maior vẽ octava ex parte Floreno Aragonio ex l. 62. Henrici regis Scdi Tauri statuta Aera M.407.At Florenus Aragonius octo fere valet argenteos numos regales Castellanos,ex quo,& ex his,q̃ mihi tradidere Bur.in l.Pan.ff. de fol.col.1.& Alc.li.3.diipunct.c.9.poterit Florenus pdictus Florentinus nomen argẽteis numis Regalib. Castellanis æstimari. Sic sane argenteus Turonensis, cuius mẽtio fit in d.cle.2.erit minor fere quarta ex parte numo argenteo regali Castellano,qui drachmã argenti appendit,qua ratione vndecim ferme argentei Turonenses efficiunt vnam argenti integram vnciam,& ideo quilibet Turonensis argenteus æstimabit viginti quinq; nostris æreis marauedinis,idcirco pan.in d.cle.2.tra.millia Turonensiũ argenteorũ ,de quib.illic traditur,ad ducentos, & 50.Florenos de camera deducit,ex æstimans hanc esse verã illorũ æstimationẽ.Quãobrẽ iuxta illã cõstitutionẽ nemo poterit in doctorali gradu,& honore adipiscẽdo expendere vltra ducẽtos simplices aureos,& ducatos Castellæ quorũ qlibet vndecim numis argenteis regalib. æstimat.

Quod si quis solidos capitulariũ Caroli magni,de q̃bus in d.c.qui subdiaconum . interpretari velit argenteos Turonenses,non admodum refragabor. Nam & tunc satis sufficiens erit compositio.

Solidi aũt quorũ mentio fit in c.vlt. de rerum permut. non sunt ad solidos Iustiniani,nec ad aureos veterũ Romanorum referẽdi,sed ad solidos Vngaricos argenteos vt opinor,qui percussi fuere regis Vngariæ authoritate, & iõ,I d.c.vl.Sed di regales dicunt,vt inde nõ temere opinemur,eos numos non esse veteres Romanorum, nec Imperatorum authoritate,imo Regia fuisse percussos.

De his solidis qui referuntur in c.cõquerente. de ord.maior.est dubitatio.Siquidem gl.in c.placuit.10.q. 3.scribit solidos illos pares esse,& similes aureis, & solidis Iustiniani.Quod mihi multis ex causis placet. Primo quia Bracharense concilium fm in quo statuitur, Episcopos nomine cathedratici non posse exigere vltra duos solidos a qualibet ecclesia,c.placuit.mõ citatum,celebratum fuit sub rege Sueuorum Theodemiro, & rege Gothorum Athanagildo,anno Dñi DLX/III.vt cõstat ex diuo Isidoro in Historia Sueuorũ, & Gothorũ, vt interim & obiter admoneam lectorẽ in lib.Conciliorũ,qui vulgo circunfertur,ipsis celebrati huius concilij Bracharensis vitio erratũ esse.lib.n. imbi ita scriptum, Anno Sclo Regis Artamiri Aera DC. X. sub Honorio Papa primo.Est equidẽ ita legendũ,Anno Sclo Regis Theodomiri Aera DC.II.sub Ioanne Papa Tertio. Cuius rei testis est diuus Isidorus, isque maximæ authoritatis author illis temporibus proximus, qui in historia Sueuorum scribit,Theodomirum cœpisse rehnare anno Dñi 563.Et cũ eius Regis secũdo anno congregatum fuerit hoc Bracharense Concil. secundum, apparet, eius certum,tẽpus tribuẽdum esse ãno Dñi 564. Aeræ 602. quo tẽpore summũ pontificatum obtinebat Ioan. Tertius. Nam Honorius electus est multo post anno quidã Domini DC XXII. Hoc autem Bracharense concilũ iuxta hanc rõnem plane cõtigit Iustiniani Cæsaris ætatẽ& iõ mirum non est q̃ ad eius numos, i.ad solidos aureos referatur. Secundo,quia hæc eadẽ decisio de duob. solidis ab Episcopo exigendis pro iure cathedratici tradit à Gratiano in ca.inter cætera.10.q.3. Ex concilio Toletano,4.seu potius ex concilio Toletano. 7.c.4.vt admonuit Ant. Demochares, quod concilium celebratũ est anno Dñi DCXLVI.quo tpe,ac postea Reges Gothorũ vtebantur proprijs in legib.& constitutionib.solido aureo Romanorum :quemadmodum iã semel admonuimus,& mõ iterũ admonemus ex Foro iuzgo li.7. c. vl.& li.8.ti.4. Tertio ex eo in hanc accessimus sniam,q̃ sub Iustian. Pelagius Papa primus paulo ante hoc Bracharense cõcilium statuerat,deos trẽ solidos exigẽdos esse ab Episcopo iure cathedraticinvt apparet ex c.illud. & c.vlt.10.q.2,de quo est sane constituendum eũ intelexisse de solidis aureis,qb.eo tpe Romani, apud quos summum agebat Pontificem,vtebantur,& de quib.leges tunc latæ ab imperatorib.erant intelligendæ.Quod non latuit virum illum doctissimum Martinum Bracharensem Episcopum,qui huic præfuit secundo Bracharenti concilio,quisque a Pelagij papæ decreto canonem Concilij deduxit:

Septima ratio ad leges Fori Castellani pertinet, quarum authoritas pendet ab vsu,& praxi, iuxta quã varia semp fuit in hoc regno solidorũ æstimatio.Sed & apud leges istas hac in specie nihil aliud legimus,quã q̃ pœna legib.Romanorum statuta sub aureorum mẽtione sit item repetita sub eadem solidorũ quantitate, qđ & Iustinianus fecit,& fecere viri illi doctissimi, qui Partitarum leges Alphonsũ decimi russu & authoritate concinnarunt.Nec tn id opinioni Budæi refragatur,quemadmodũ superius adnotauimus,& statim repetemus. Præsertim,quia Regia lex partitarũ. 12.tit.9.par.7.dum leges illas de sepulchro violato refert,non appellauit aureos Iuris cõsultorũ solidos,sed marauedinos aureos.lex aũt 14.tit.13.par.1.statuit non minoris æstimandã iniuriã sepulchri violati,quam centũ Marchas, cum de centũ aureis hoc ipsum dixerit lex.3.ff.de sepulchro violato.& d.l.12.tit.9.par.7.q̃ discutere conabimur inferius.

Octauæ rõnis respondebit illud profecto pbabor, me multum in qualibet dubia concertatione Accurt.Bart. Bal.& huius classis authorib.tribuere, quoties de percutiendo vero Iurisconsultorum sensu,aut de cognitione earum dictionum, quæ huius nostræ professionis propriæ,& peculiares censentur,agendum sit. At vbi de veterum Latinarum dictionũ interpretatione tractatur, exiitimo non ita certã esse eorũ authoritatẽ. Temperis siquidem vitium fuit,non ita proprie ab his authorib. aliquot Latine linguę dictiones acceptas fuisse.idcirco cum hac in parte tractemus de veterum numismatum pondere,& æstimatione,potius credendum erit græcę, & Latinæ linguæ eius tpis vetustissimis scriptoribus,& nostræ ætatis hominibus qui magno cum labore collatis veterib.numis rem istam diligentissime explicarunt. Quod si quis de verborum significatione credendũ omnino Accursio,Bartolo,& alijs censuerit,plane percipiet ex Budæo,Alciato,Nebrissen. Ant. Aug. & his similib. quot passim errores ille necesse sit probet,& admittat. Quis n.vt interim alia omittamus,credet Accursio? qui

10 in l.vnica.C.de argenti pretio lib.10. qei nost solidos aureos in collatione pro singulis argenti libris soluendos decẽ interpretatur,maximo,& fere puerili errore ad intellectũ ipsius constitutionis plurimũ conducente, cũ illic quinque potius solidi fuerint intelligendi:in eundẽ erroré labuntur ipse Acca.in l.nã & si fur.§. vlt.ff. si certũ petatur.in.l.sita stipulatus fuero,si Titius. in prin. ff.de verb.oblig.in l.vt agẽdi,C.de cursu publico.in l.qui rextrini.C.de murilegulis.lib.14.in l.fciendum.ff. de le.idẽ Accur.in Procœmio Digestorum,in verb.denarũ. & in l.stipulatio ista.§.eum.qui ita.ff.de ver.oblig. Albert. & Ias.in l.vlt.ff.de in ius vocan. Bar. in d.§ eũ qui ita.quo in loco scribit,et in legib.pœnalib.dena viginti significare,quod adeo manifestũ esse censet,vt nulla indigeat benigniori interpretatione.Sic sane Bart. lege lato, vt bini digiti amputentur falsi crimen committenti, facilime iudicaret, quatuor digitos illi fore amputandos. Qua ratione ob errorem grauissimum in re tam clemẽtaria quis contra legem duos admitteret digitos.

Quis item obsecro ferat hac in re iudiciũ facere opinioni Accurtij in l.vnica.C.de imponẽd. lucrat. descri. quem illic perperam Pyrrhus legit,dũ siliquã solidũ interpretatur,cum siliqua sit solidi 24.pars,sicuti ex adnotatis superius deducitur,atq; in spẽ probant Budæus lib.5.de Asse,idẽ in l.qua vulgo.ff.de ædili.edi. Alc.in l. frumenta.ff.de verborũ signifi. Ant. Augu.li.2.Emendat.8.& c.9.Georgius Agric.lib.5.de ponderib. Etenim cum solidus habeat drachmã,vnam & scrupulum,plane constat siliquam,q̃ est 6.scrupuli,pars, esse vicesimã quartam solidi partem. Nã & drachma decẽ,& octo siliquas appendit,& sic tria scrupula.idem explicat elegãter Lugdunensis.de ?ctibus.q.1. numer.64.& 68. hoc ipsum.& Isidorus scripsit,cuius mentionẽ fecit idẽ Accursius in auth.nullum credito.agrico.collat.5.in verbo solidũ.vt hinc magis miremur vilo eo authore Accursium toties hallucinatum fuisse.Ex quib.itidẽ intelliges,quãta sit ętimãda siliqua aurea in auth.sed hodie. C.de episcopo.& cleri.& in authen.de sanctissimis episcopis.§.sportularum.erit equidẽ 24.pars auri numi Castellãi,cuius spẽ hoc nomine supra meminimus,atq; iõ siliqua numus aureus æstimabit nostris viginti æreis marauedinis.Hæc longius adduximus, quam ab initio constitueramus,vt admoneremus,numismatum & veterũ Latinarũ dictionum interpretationem non ab Accursio, & eius adsectis,sed ab alijs probatissimis authoribus petendam esse. Cui rei,& negocio egregiam dedere operam quo ad juris ciuilis libros Gulielmus Budæus,Alciatus,Zasi.& noster Nebrissensis, & Anto. Augu.atque alij plerique.

Nona rõ facillime tollitur:quidẽ viri doctissimi, qui Partitarum leges ędidere,sequum Iustianũ, eiusque constitutiones,quib.solidus lexta vnciæ pars censetur, oẽs veteres aureos ablq; vllo discrimine pares fuisse solidis Iustiniani existimarunt.Atq;ẽ veteres leges,& Iuriscõsultorũ rãs,quib.mentio aureorũ facta est,& ad monetã deduxere eandem, nempe ad aureos marauedinos. vnde non magis obstant Partitarum leges,quã Iustinianea.Nam etiam si cõditores legũ Regiarũ notã habuissent distinctionem veterum aureorũ ab his,quorũ memminit Iustinianus, attamẽ videnf veteres aureos, in hujus Regni numos indẽ aureos,tunc vsui publico pecuniosos commutasse,quemadmodũ fecit ipse Iustinianus. Qđ si viri illi eruditissimi opinati sunt, eiusdẽ põderis fuisse veteres aureos & Iustinianũ solidos, seruabimus, in hoc regno eorum Iniam regia authoritate definitam in iudicijs,& alijs actionib.non tn inde certũ erit, aureũ veterẽ,lexam,vt Iustiniani solidũ, fuisse vnciæ partẽ. Cũ harũ legũ authoritas extra Castellæ Regnũ minime sit admittenda,nec ex ea iure possimus Budæũ, portiũ,

Alciatum,

Alciatum,& Agricolã conuincere. Non tamẽ ptermittam in hoc ipso libello aliam regiarũ legũ interpretationem quantum ad numismatum æstimationẽ distinctius tradere, quippe qui videam operæ pretiũ me facturũ, si huic negocio operã qualẽcũq; pfuerim, vel in hoc, vt doctiores ansam hinc capiant rem ista in publicam vtilitatem diligentius tradendi, & examinandi.

Igitur oportet iurisconsultorum veterũ rñsa, & Iustiniani constitutiones, aliorumque Cæsarum constituta rõne temporum, omino distinguere ad propriã, ac veram aurorũ, & istorum æstimationem, Sic Budæus lib. 5. de Asse, hanc aureorum, & istorum differẽtiam tradit, se deprehendisse ex ipsis aureis numismatis Cæsarum ab Augusto. Octauiano ad Commodũ, & Mammam Alexandri Seueri matrem, q̃ quartã appendebant vnciæ partẽ, rursus aureis numis Constantini Magni, Iuliani Magnentij, & Iustiniani, quorũ pondus sex tam efficiebat vnciæ partem. Sic sanè aureus qui fuit tẽporibus Iustiniani, fuisse ferè plus fuit ad antiquũ aureũ. Et 3. part. minor, qui in Codice Iustiniani solidus vocatur, teste Francisco Connano lib. 2. Comment. c. 9.

De aureis item solidis mentio fit in sacra scriptura.
11 Primo Paralipomenon capit. 29. Polliciti sunt itaque principes familiarum, & proceres tribuum Israel, Tribuni quoq;, & Centuriones, dederuntque in opera domus Dñi auri talenta quinque milia, & solidos decem milia de eadem re tractans Iosephus lib. 7. antiquit. ca. 15. inquit, oblata sunt auri quidem talenta quinque milia, & stateres decem milia. Etenim qui solidi in sacris Bibliis dicuntur, à Iosepho stateres appellantur, vt plane intelligamus, solidos istos aureos fuisse quatuor drachmarum, nempe siclos Hebræos Sanctuarii, quib. superius in c. 2. laiorem mentionẽ fecimus. Nam licet Atticus stater didrachmus fuerit, frequẽtius tñ stater non tam numus esset, quam põdus quatuor drachmarum, quod ex Cleopatra, Epiphanio, Hieronimo, & Hesychio adnotauit Georgius Agricola libr. 2. de externis ponderib. Idem probat Budæus lib. 4. & 5. de Asse. Solidus igitur hic Iosephorum erit quatuor drachmarum. & idẽ qui ab Hebræis siclus dicitur, atque iõ stater hic, seu solidus aureus appendit nostros quatuor aureos drachmales fere, quos Ducados senzillos dicimus. Stater vero & argenteus, & aureus fuit, cum certũ pondus, & lege cuius ponderis numum figuraret.

12 Erat & olim aureus numus stater Crœsi dictus, cuius pondus par erat nostro aureo, & stateri Darico quem duas drachmas habuisse, superius ostendimus. Crœsi igitur aureus duarum drachmarũ Atticarum pondus habuit, fuit ex Aristophanis interprete probat Georgius Agricola lib. 2. de pondere monet. Quare ne Crœsus hic par erit aureo veteri Romanorum, & aureo nostro duplo, quem vulgus dobon appellat.

Stater item Cyzicenus aureus numus erat, qui valebat viginti octo drachmas Atticas argenteas, vt apparet ex Demosthenis oratione ad Phormionẽ: idcirco habita proportione aurei ad argentum probari videtur, aureum illum appendisse duas drachmas, & dimidiã, ac fortasse plus ad rationem vnius drachmæ auri pro decem argenti, quod iure Budæus, & Agricola fatentur.

Erit idẽ iure ponderis serãi aurei, seu stateres Macedonici, & Regum, qui Alexandro Magno successerunt, vt idem Agricola cenſet lib. 2. de põdere monetar. Budæus tñ lib. 5. de Asse, testatur, se eiusmodi numum aureum Lysimachi Regis, quem non potuit appendere, & tamẽ inspicatur, cum quatuor drachmarum pondus habuisse.

Illud tamẽ prætermittendum non est, quandoq; aureũ stateremq; ad pondus quatuor drachmarũ, dictũ esse eiusdem ponderis nuncupatum. Quin & minus, hoc est libræ pondus, dictũ fuisse stateré, scribit Iulius Pollux de rerũ vocabulis, vt quidã interpretant. Ipse vero censeo, minam, & libram, & numi nomen fuisse atq; iõ apud Pollucem mina, vt numus, stater dicitur, quod Ludo. Cælius adnotauit lib. 6. lectio. antiquit. c. secundo, qua rõne stater aureus minam æquabat, & vterque numus erat. Sic & Iosephus lib. 2. antiquit. ca. 3. argenteos numos, quorum mentio fit Genesis. c. 37. minas appellat. intelligens, vt opinor, stateres argenteos quatuor drachmarum: & sic Sanctuarij siclos Hebræos.

SVMMARIVM.

1 *Argenti libra, qualiter intelligatur.*
2 *Auri libra, quonam modo æstimetur in iure.*
3 *Libra quandoque non pondus, sed numus est.*
4 *Sestertium generis neutrius expenditur aliquot quæ loquendi modi traduntur.*
5 *Talenta varia examinantur ad rationem valoris, & ponderis.*

Quanam ratione sit examinanda libra in iure.

CAP. IIII.

QVANDOQVE legib. auri vel argenti libra iure mulctę indicit, aut rõne pœnæ ob crimen aliquod exponitur, q̃ passim constat, & iõ oportet inquirere, qualiter sit in hisce legib. libra æstimanda, & expendenda. Etenim si vbi libra, vt pondus auri, vel argenti, indicitur, erit referenda in tot argenteos denarios, vel aureos numos, quot Romana lege, Regia, vel prouinciali ex duodecim vncijs auri, vel argenti pendiunt. Quæ qui dẽ rõ facillime haberi poterit ex his, q̃ hoc in tractatu tradidimus. sic sane est interpretanda decisio. l. 2. C. de episc. audi. l. ab executione. C. quorum appellat. nõ recip. quib. equidem legib. temere appellanti pœna imponit quinquaginta librarum argenti, & quandoque centum indicta est. l. ciuitas. C. de officio rectoris Prouinciæ. Argenti etenim libra q̃libet duodecim vnciarũ æstimatur nonaginta sex numis argenteis Regalib. iustissimi ponderis, nẽpe drachmalib. aut centũ ex his, qui publica, & Regia percussi authoritate in commutationib. expenduntur, quemadmodũ ex c. 2. deduci facillime poterit.

Eodẽ pacto est accipienda pœna. 30. librarum argenti, q̃ sacrilego inferetur in c. quisquis. 17. q. 4. Ex Ioanne Papa. 8. & Iuone Carnotenti lib. 2. tit. de sacrilegio. Quãuis in hac spẽ. quia hæc pœna indicit ex argento purissimo, qũ vulgo Plata acẽdrada dicimus, maior erit æstimatio faciendæ cuiuslibet argentei numi, cum hi numi quibus vtimur in commutationibus, etiam si argentei sint, habent tamen aliquam æris partem admistam.

Ex his etiam constat interpretatio. l. properãdũ. §. finaũt vtraq;. C. de iud. & l. vnicæ. C. de rõ. oper. publico. quibus constitutionib. pœna infligitur librarũ auri certo quodam dist. nu. Est. n. qualibet libra ex his referenda in septuaginta duos solidos, seu aureos numos Iustiniani, vel quadraginta octo aureos veteres Romanorũ aut duplos aureos in his regnis signatos authoritate Regum Catholicorum Fernãdi, & Elysabeth. Hoc ipsum notãdũ est ad l. si quis sepulchrũ. C. de sepulchro violat.

Quandoq; libra nõ pondus, sed numus est, qui hoc nomine censet, aut saltem hoc libræ nomine paucorũ numismatũ numerus significat. Quod Budæus explicat lib. 4. de Asse. Ex quo refert Lugdunensis. de contractib. qũ. 100, nu. 781. Circa tẽpora Iustiniani libram stateré fuisse aureum non magni ponderis, atq; inde deduci, etiã olim libra fuisse numeralẽ longe minorẽ iusta & ponderali duodecim vnciarũ. Qđ inde forsan procedit, quia Iulio Pollucæ authore, cuius in c. pcedẽti meminimus,

stater

stater aureus mina dictus sit, minam autem Græcam dictionem pleriq; libra Latine interpretãtur, tametsi ad exactam libræ, & minæ rõnem discrimen sit inter hæc duo pondera constituẽdũ, sicut probat Georgius Agricola libro de ponderibus, & mensuris. Quamobrẽ stater põdus quatuor drachmarũ libra dici potuit, & ea rõne numerus quatuor drachmarũ auri, & numus itẽ aureus quatuor drachmarum dici potuit tunc libra numeralis. Quod mihi admodum arridet ad pleraq; Iustiniani Codicis leges, intelligẽdas, pſertim vbi pœnagrauissima videri potest, si auri libra ad rationẽ duodecim vnciarũ iudicetur. Hinc denique existimat Carolus legẽ vltimã C. de cupressis. lib. 11. non de libra auri ponderali, & sic duodecim. vnciarũ, sed de libra auri numerali, aut numaria fore intelligendam. Statutum. n. est in d. l. vlt. Qđ plantanti singulas nouellas cupressi iuxta Daphnensi, vel littori Antiocheno dentur singulæ auri libræ: qui vero vel vnã cupressum e Sylua tulerit, in pœnã quinquaginta libras auri soluat. Nam si auri libra illa põderalis intelligatur, quæ septuaginta duos solidos aureos appendit, nulla esset nec pretij, nec pœnæ proportio, qua rõne vẽ, non esse hanc constitutionẽ intelligendã de libra ponderali, sed de numerali, vel numaria, quamuis incertum nobis sit, quanti hæc fuerit pretij, vel æstimationis: si quidem quod de libra auri quatuor drachmarum diximus non est ita certum, nisi eam sententiam ad libram quis retulerit, quam explicuimus in vltimis pcedentis captis verbis. Id equidẽ admonemus obseruandũ esse ad plures leges iuris ciuilis, quarũ aliquot in initio huj' capitis tradidimus, itẽ & ad laddictos. C. de episc. audient. Sũt tñ qui in d. vlt. C. de cupressis. non quinquaginta libras, sed quinq; libras auri legant, idq; magis conuenit, l. 1. C. eo. tit. atq; ita in Codice Gregorij Haloandri legitur.

Apud Gallos in vsu est, & à quingentis annis in vsu fuisse legit, libra numaria, q̃ valet viginti solidos Turonenses, quorũ quilibet valet duodecim denarios Turonenses, vt scribit Lugdunensis in d. q. centesima, nu. 781. Septem autem solidi Turonenses didrachmum efficiũt vt ex Budæo explicuimus in ca. præcedenti. §. vlt. nu. 7. atque ideo hęc libra numaria, quæ valet viginti solidos Turonenses, valebit sex Regales numos argẽteos. quos drachmales esse apud nos probauimus in c. 2. aut paulo plus propter ponderis diminutionem.

4 Andreas itẽ Alciat. lib. 3. disputatio. ca. 9. alterius Italicæ libræ numeralis meminit, q̃ nostris conuenit centũ æreis Marauedinis: scribit etenim, sestertium stneutrius generis valere centum libras monetę Bononiensis, aut Italicæ. Hoc autem sestertium va et, & iuxta propriam eius æstimationẽ cõtinet mille numos sestertios, vel ducentos, ac quinquaginta denarios. Vñ pdicta libra valet duos dẽarios & dimidiũ, sic sane decẽ numos sestertios.

Habent & Valentini in Hispania Tarraconenti suam numarii, & numeralẽ libram, qua passim vtunt. Quæ quidem libra valet viginti solidos itidẽ Valentinos: quorũ quilibet valet decẽ & octo æreos nostros Marauedinos. Idcirco valet hæc libra decẽ regales numos argenteos, qb. mõ vtimur, & viginti æreos Marauedinos. Poteritque lib. ista æstimari decẽ argẽteis drachmis, & dimidia.

Cæterum quod mõ diximus, sestertium neutro genere valere mille sestertios numos, probatur a Gulielmo Budæo aliquot authoritatib. lib. 1. de asse: iisdem tenentiæ sunt Leonardus Portius lib. 1. de sestertio, & Alciat. lib. 3. disputãt. c. 9. lib. 5. pareg. c. 17. Quamobrem sestertium neutrius generis valet. ac appendit ducentos quinquaginta denarios argenteos Romanos: atque iõ apud nos æstimabitur decem millibus æreorum Marauedinorũ, seu quadrantũ quib. vtimur: Erit autẽ ponderis Marcharũ quatuor, & dimidiæ, atq; insuper vnciæ dimidiæ. Sed Georgius Agricola lib. 1. de pondere & temperat. moneta. existimat, sestertium neutrius generis non differre a sestertio masculini generis: atque iõ sestertia eiusdẽ valoris esse cẽsetcuius sunt & sestertij. vt plane ẽm hac opinionem sestertium fuerit quarta vnius denarij pars. Et profecto is author iure videtur dissentire a Budæo, dum is censet, sestertium ita dictum esse genere neutro q̃ duas efficiat argenti libras, & dimidiã. nempe ducentos, ac quinquaginta argenteos denarios. Nam libra nõ constat ex centum denarijs, nec adhuc ex centum drachmis quemadmodũ ipse Agricola diligentissime omniũ ostendit lib. 4. de Ponderib. Romanis, nisi quis uelit deductionem Budæi probare ab ea opinione, q̃ denarium fere drachmæ æqualẽ facit, ac deinde libram centũ drachmis constare: quæ quidem sua defendi nequit, si rem exacte ad propriam rõnẽ, & uerũ pondus deducamus. Quod si res illa sit ad pondera nõ ita exacte æqualia referenda, poterit ipsa Budæi deductio admitti, aut tandem alleuerabimus sestertium ita dictum fuisse, q̃ constet ex ducentis denarijs, & dimidia alterius centenarij parte. quasi habeat, duos centenarios numeros, & dimidium. Sed & his omissis nos potius admittimus discrimen a Budæo traditum inter sestertia, & sestertios, vt tãdẽ sestertiũ generis neutri' mille sestertios, aut mille numos cõplectat argenteos quorum quemlibet ad valorem decem Marauedinorũ superius constituimus. Hæc vero æstimatio constat ex multis veterum authorum locis quorum aliquot hoc in loco subijciam. Nam præter Plutarchum in Fabio Maximo, & Martialẽ lib. 1. in Epigrãmate de Gauro in Prętorẽ, apud Ciceronẽ actione tertia in Verrem, ducenta quinquaginta sestertia dicũtur semel, q̃ paulo ante significata fuerant ducẽtis quinquaginta millibus sestertiorũ. Repente, inquit recitatur uno nomine sestertium ducenta quinquaginta millia iussu prętoris data. de eadem pecunia reddita a Verre paulo post loquutus inquit, Numerantur illa ducenta quinquaginta sestertia Syracusanis. Ad hoc ipsum & Tranquillus in Othone inquit, ante paucos dies pro impetrata dispensatione seruo Cæsaris decies sestertiũ excusserat. Hoc subsidium tanti ęstimatum fuit, ac primo quinque speculatoribus, commissa res est, deinde decem alijs, quos singuli binos produxerant: ib. dena sestertia repræsentata, & quinquaginta promissa per hos solicitati reliqui. Hęc Tranquillus. Idẽ manifestũ fit ex Plinio & Macrobio. Nam Asinium celerem Mullum piscem sestertijs octo emisse, scribunt quidam, cum Plinius lib. 9. c. 28. memorię tradiderit, Asinũ Mullũ emisse septẽ millibus numum, & de eodem Macrobius libr. 3. Saturnalium, c. 16. testat, Mullum emisse septẽ millib. numũ. audi tandẽ de Crispino Iuuenalem Satyra quarta:

Mullum se e millibus emit.
Æquauerit sane paribus sestertia libris.

Etenim Mullus sex millib. emptus numis, & sic sestertijs masculini generis pendebat libras sex pro numero sestertiorum generis neutrius, quib. emptus fuerat. Et apud eundem Iuuenalem Satyra prima satis apparet, sestertium generis neutrius multo pluris esse æstimandũ quam sestertius numus æstimetur. Alioqui ridiculus esset tantus Poetę constus, qui aleam maximopere vituperat, ac reprehendit ex eo, quod pecunię maxima quantitas in ea perdatur. ita enim inquit:

Et quando uberior uitiorum copia? Quando
Maior auaritiæ patuit sinus? Alea quando
Hos animos? Neque enim loculis comitantibus itur.
Ad casum tabulæ, posita sedet Isidtus arca.
Prætia quanta uolet dispensatore uidebis
Ambigere, spectesne furor sestertia centum
Perdere, an horrenti tunicam non reddere ferno?

Quod

Quod si,vt opinatur Agricola,sestertiũ,generis neutrius quarta esset, vt sestertius,denarij pars, furor hic ludentis posita arca,nec tunicam ferme reddẽtis ad vigintaquinque referendus est denarios argenteos, quos vel quilibet loculus caperet,quorumq; summa est adeo modica,vt solus hic Iuuenalis locus cõuincat Agricolæ sententiam. Præsertim quia ipse multa authorũ loca mendum habere coniecit,si nostram hanc rõnẽ potissimum admittant cum & totam sestertij cum nomine numerabili distributiuo aliter interpretetur,quam sit consonum congruę interpretationi. Sic n. HS. decẽ,ab eo decem sestertij intelligũtur,at sestertiũ decẽ milia ex hisce notis, sestert. decẽ, intellexit, multaq; adducit testimonia ex Cicerone,Plinio,& Suetonio, apud quos nos sestertia interpretamur,nõ sestertiũ in genitiuo casu pluralis numi. Sic Tranquillus in Caligula: Cõpererat Protinciarem locupletẽ ducenta sestert. numerasse vocatorib. Ducenta. n. sestertia interpretamur. Idẽ apud Plinium lib. 29. ca. 1. idem is scribit, Multos præterea medicos, celeberrimosq; ex his Cassios, Carpitanos, Aruntios, Albutios, Rubellios 50. sestert. annua mercede his fuere apud principes, intelligimus ducenta quinquaginta sestertia. Sic denique apud Tacitum Annalium lib. 2. qui ita scribit, datum liberis eius decẽa sestert. singulis, q sexus virilis esset. Dicentia sestertia, non decena sestertiũ accipiemus, etiã refragante Agricola, qui in æstimatione constituendi ei,his summis non dissentit a nobis, cum & si intellexerit, decena sestertiũ, nihilominus interpretatur bis centũ mille sestertios, qui efficiunt decẽta generis neutrius sestertia, quã summã & nos admittimus. Fit igitur, vt sestertium generis neutrius valeat mille sestertios generis masculini, qđ & Antonius Sabellicus in Suetonium adnotauit. Quin & Andreas Alciatus in adnotationib, ad Cornelium Tacitum libro vndecimo legit, iussit dena sestertia, & asserit ea æstimari decem millib. sestertiorum generis masculini.

Illud vero non prætermittã, quod Budæus, & Agricola scripsere, nẽpe maximũ esse discrimẽ inter hęc duo, decem milia sestertium, vel numũ sestertiorũ inquam, vel numerũ. & decies sestertiũ, vel sestertiorũ. Nã decẽ milia sestertiũ, significant decẽ neutrius generis sestertia: at decies sestertiũ, idẽ est, qđ decies centena milia sestertiorum, i. mille sestertia. Hoc ipsum tot probaturus authoritatib. vt puto me eatẽ hic omittere. Nã quemadmodum cũ a numis sestertijs ad sestertia genere neutro fit transitus, numerus millies multiplicatur, ita cũ ad eã locutionem ventũ est, quæ per aduerbia numeralia enunciatur, sestertia singula conduplicata crescunt, sit genitiuo in casu sestertiorum mẽtio fiat. Etenim si centũ sestertia dicã, centũ milia sestertiorum intelligere debeo quod si centies sestertium dicam, non iam centum sestertia, sed centies centena sestertia subintelligẽda sunt. Est apud Martialem locus satis hac de re insignis lib. 1.

Si dederint fures decies tibi mille centum,
Dicebas nomen Scæuola fallax opes.
Qualiter o tenuare, quam large, quamque beate,
Reserunt facies, & trecentesimus es.
Insanis, o fallax, atque inficiator eadem,
Aut tunc, aut dices Scæuola reddit opes.

Plutarchus hoc idem testatur in Antonio ita scribẽs Romanis quinque & viginti myriades drachmarũ, decies nominant. Conflant etenim sestertiorũ decies, centena milia efficere denariorũ, Drachmarũ vero decẽta quinquaginta milia, aut viginti quinque denariorũ myriadas. Nã Græci myriada dicunt decẽ milia. Idẽ & hãc locutionẽ pier Budęũ, & Agricolã ita explicarunt. And. Alciatus in adnotationib. ad Cornelii Taciti lib. 15. & Baptista Egnatius ad Tranquillũ in Augusto, & in Caio Cæsare. Eandem dignationẽ ipse Budęus lib. 1. de asse. per casum ablatiuum singularis numeri pronunciat & insinuat in hunc modũ, decies sestertio, a quo dissentit Agricola vbique legens, Decies sestertium, non decies sestertio. Decies igitur sestertiũ significat decies cẽtũ mille sestertios aut mille sestertia, quæ summa efficit apud nos decẽ cõputos, vulgo dicemus. diez cuentos.

